An hoc ratio iustitie habeat: ut non sint
extensiora penarum tempora q̃ fuerunt
peccatorum. Caplm .xi. ¶ Si autem.
¶ De magtudine puaricatoĩs pme: ob quã
eterna pena oĩb9 debeat̃ q extra grãm
fuerint saluatoris. Ca. xii. ¶ Sed pena.

Contra opīonem eoꝝ q putāt criminosis supplicia post mortem causa purgatiōis adhiberi. Caplm. xiii. ¶ Platonici.
¶ De penis temporalis huiꝰ uite: qbꝰ subiecta est hūana conditio. Ca. xiiii. ¶ Quanq̄.
¶ Quod oīe opus grē dei eruentis nos de profūditate ueteris mali: ad futuri sc̄li ptineat nouitatē. Cap. xv. ¶ Uerūtamē.
Sub qbus grē legibus omēs regeneratoꝝ hēant etates. Cap. xvi. ¶ Uerū tanta ē.
¶ De his q putāt nlloꝝ hoīm penas i eter-nū eē mansuras. Ca. xvii. ¶ Nūc iam cū.
¶ De his q nouissimo iudicio ꝓpter inter-cessionē scōꝝ nemīnē putant damnandū esse. Caplm. xviii. ¶ Sūt etiam quales.
¶ De his q īpunitatem oīm pc̄toꝝ ꝓmictūt etiā hereticis propter pticipationē corpis christi. Caplm. xix. ¶ Item sunt alii.
¶ De his q nō oībus: sed eis tantū q apd catholicos sunt regenerati: etiā si postea in multa crimīa erroresq; ꝓrupīt idul-gentiā pollicenē. Ca. xx. ¶ Item sunt q.
¶ De his qui eos qui pmanent in catholica fide: etiā si pessime uixerint & ob hoc uri meruerint: tn̄ ꝓpter fidei fūdamentū sal-uādos eē diffiniūt. Ca. xxi. ¶ Sūt aūt.
¶ De his q putant ea crimia que inter ele-mosinaꝝ opa cōmictunē: ad dānationis iudiciū nō uocari. Ca. xxii. ¶ Comperi.
Contra opīonem eoꝝ q dicūt nec diaboli nec hoīm maloꝝ ꝑpetua futura supplicia. Capitlm .xxiii. ¶ Ac pmū queri.
¶ Contra eoꝝ sensum q in iudicio dei oībus reis propter sanctoꝝ preces putant esse parcēdum. Caplm. xxiiii. ¶ Hoc aūt.
An hi qui inter hereticos baptisati sunt & deteriores postea male uiuendo sunt facti: ul' hi q apd catholicos renati ad he-reses aut scismata transierūt: uel hi qui a catholicis apud quos renati sunt non re-cedētes crimiose uiuere ꝑstiterūt: possint priuilegio sacramētoꝝ remissionē eterni sperare supplicii. Caplm. xxv. ¶ Sed iā.
¶ Quid sit in fūdamento habere christum: & qbus spondeatē salus quasi per ignis usturam. Capitlm. xxvi. ¶ Sed habēt.
¶ Contra eoꝝ ꝑsuasionē qui putant sibi non ob futura peccata: in qbus cū elemosinas facerent ꝑstiterūt. Ca. xxvii. ¶ Restat.

¶ Aurelii Augustini de Ciui. dei incipiunt rubrice libri. xxii.

De conditione angeloꝝ & hominum. Capitlm. pmū. ¶ Sicut in ꝓximo.
¶ De eterna dei & incōmutabili uolūtate. ¶ Capitlm. ii. ¶ Multa enim.
¶ De ꝓmissione eterne beatitudis sanctoꝝ et perpetuis suppliciis impioꝝ. Cap. iii. ¶ Quapropter.
¶ Contra sapientes mūdi: q putant terrena hoīum corpora ad celeste habitaculū non posse transferri. Cap. iiii. ¶ Sed uidelꝫ.
¶ De resurrectiōe carnis: quā qdam mūdo credētes nō credūt. Ca. v. ¶ Sed hoc in.
¶ Quod roma conditorem suū Romulum diligendo deū fecerit: ecclīa aūt xpm dm credēdo dilexit. Cap. vi. ¶ Recolamꝰ.
¶ Quod ut mūdus in xpm crederet: ūtutis fuerit diuine non persuasionis hūane. ¶ Capitlm. vii. ¶ Sed ualde.
¶ De miraculis que ut mūdus in christum crederet fc̄a sunt: et fieri mūdo credēte non desinūt. Cap. viii. ¶ Cur inquint.
¶ Quod uniuersa miracula que p martires in x̄ noīe fiūt: ei fidei testimoniū ferāt q̄ i xpm martires crediderē. Ca. ix. ¶ Cui.
¶ Quanto dignius martires honoranē: qui ideo multa mira obtinent ut deus uerus colaē: q̄ demones q ob hoc quedā faciūt: ut ipi dii eē credenē. Ca. x. ¶ Hic forte.
¶ Contra platōicos: q de naturalibꝰ elemē-toꝝ pōderibꝰ argumētanē terrenū corpꝰ in celo eē nō posse. Ca. xi. ¶ Contra qd.
¶ Contra calūpnias infideliū: qbus x̄anos de credita resurrectione carnis irrident. ¶ Capitlm .xii. ¶ Sed scrupulosissime.
An abortiui nō ptineāt ad resurrc̄tionē:

¶ Aurelii Augustini de ciuitate dei rubricę fęliciter expliciũt.

INTEREA cũ Roma gothoꝝ
irruptione agẽtium sub Rege
Alarico atq; ĩpetu magnę cla-
dis euersa est: eius euersionem
deorũ falsoꝝ mutorũq; culto-
res quos usitato noĩe paganos
uocamus: in christianã religi-
onem referre conantes: solito
acerbius et amarius deũ uerũ
blasphemare coeperũt. Vnde
ego exardescẽs zelo dom⁹ dei:
aduersus eorum blasphemias
uel errores: libros de ciuitate
dei scribere ĩstitui. Quod opus
per aliquot ãnos me tenuit: eo
ꝙ alia multa intercurrebãt quę differri
non oporteret. et me prius ad soluendũ
occupabãt. Hoc aũt de ciuitate dei grãde
opus tandem .xxii. libris est terminatũ.
quoꝝ quinq; primi eos refellunt qui res
humanas ita ꝓsperari uolunt: ut ad hoc
multoꝝ deoꝝ cultũ quos pagani colere
consueuerunt: necessariũ esse arbitrent̃.
et quia ꝓhibẽtur: mala ista exoriri atq;
abũdare contẽdunt. Sequẽtes aũt qnq;:
aduersus eos loquũtur qui fatentur hęc
mala nec defuisse unquam nec defutura
mortalib⁹: et ea nũc magna: nunc ꝑua:
locis: tẽporibus: personisq; uariari. Sed
deoꝝ multoꝝ cultũ quo eis sacrificatur:
propter uitam post mortẽ futuram esse
utilem disputant. His ergo .x. libris duę
istę uanę opiniones christianę religioni
aduersarię refellunt̃. Sed ne quisq̃ nos
aliena tantũ redarguisse: nõ autẽ nostra
asseruisse reprehẽderet: id agit ꝑs altera
operis huius. quę .xii. libris continetur.
Quanq̃ ubi opus est: et in ꝓorib⁹ .x. quę
nr̃a sunt asseram⁹: et in .xii. posteriorib⁹
redarguamus aduersa. Duodecim ergo
libroꝝ sequentiũ primi quattuor cõtinẽt
exortũ duarũ ciuitatum. quarũ est una
dei: altera huius mũdi. Secũdi quattuor
excursũ earũ seu ꝓcursum. Tercii uero
qui & postremi: debitos fines. Ita oẽs
.xxii. libri cũ sint de utraq; ciuitate con-
scripti: titulũ tamẽ a meliore acceperũt.
ut de ciuitate dei potius uocarentur. In
quoꝝ decio libro nõ debuit ꝓ miraculo
poni: in Abrae sacrificio flammã cęlitus
factã inter diuisas uictimas cucurrisse:
q̃m hoc illi ĩ uisiõe mõstratũ est. In .xvii.
libro quod dictũ est de Samuele nõ erat
de filiis Aaron: dicendũ potius fuit. non
erat filius sacerdotis. Filios qppe sacer-
dotum defunctis sacerdotibus succedere
magis legitimi moris fuit. Nam in filiis
Aaron repit̃ pr̃ Samuelis. sed sacerdos
nõ fuit. nec ita in filiis ut eũ ipe genuerit
Aaron. sed sicut oẽs illius populi dicũt̃
filii israel.

GLoriosissima
ciuitatem dei
siue in hoc tẽ-
porũ cursu cũ
inter impios
ꝑegrinat̃ ex
fide uiuens:
siue ĩ illa sta-
bilitate sedis ęternę quam nũc expectat
per pacientiam: quoadusq; iustitia con-
uertat̃ in iudiciũ: deinceps adeptura per
excellẽtiã uictoria ultima & pace ꝑfcã:
hoc ope ad te instituto & mea ꝓmissione
debito: defendere aduersus eos q cõdi-
tori eius deos suos p̃ferunt fili carissime
Marcelline suscepi. magnũ opus & ar-
duũ: sed deus adiutor noster est. Nam
scio qbus uiribus opus sit: ut ꝑsuadeat̃
suꝑbis quãta sit uirtus humilitatis. qua
fit ut oĩa terrena cacumina temporali
mobilitate nutãtia: non hũano usurpata
fastu: sed diuina gratia donata celsitudo
transcendat. Rex ei et conditor ciuitatis

huius de qua loqui istituimꝰ: in scꝑtura
popli sui sententiam diuine legis aperuit
qua dictum est: Deus superbis resistit.
humilibus autẽ dat grãm. hoc uero qđ
dei est superbe quoq; aie spiritus inflatꝰ
affectat: Amatq; sibi in laudibus dici.
Parcere subiectis et debellare superbos.
Vnde etiam de terrena ciuitate: que cũ
domiari appetit: et si populi seruiãt: ipa
ei dñandi libido dominat̃: non est ꝑte-
reundum silentio qdquid dicere suscepti
huiꝰ operis rõ postulat & facultas dat̃.
Ex hac namq; existũt inimici: aduersus
quos defendenda est dei ciuitas. quoꝶ tñ
multi correcto ipietatis errore ciues i ea
fiũt satis idonei. Multi uero in eã tantis
exardescũt ignibꝰ odioꝶ: tãq; maifestis
beneficiis redemptoris eius ingrati sunt:
ut hodie contra eam linguas mouerent:
nisi ferrũ hostile fugientes in sacratis eiꝰ
locis uitam de qua supbiunt inuenirent.
An nõ etiam illi Romani xp̃i nõi infesti
sunt: qbꝰ ꝓpter xp̃m barbari pepcer̃t?
Testãtur hoc martirum loca & basilice
apostoloꝶ. que in illa uastatione urbis
ad se confugiẽtes suos alienosq; r̃ceperũt.
Huc usq; cruentus seuiebat inimicus. Ibi
accipiebat limitẽ trucidatoris furor. Illo
ducebant̃ a miserãtibus hostibꝰ: quibus
etiam extra ipa loca pepercerãt: ne i eos
incurrerent q similem misericordiam nõ
habebãt. Qui tñ etiã ipi alibi truces atq;
hostili more seuientes: posteaq̃ ad loca
illa ueiebãt ubi fuerat iterdictũ qđ alibi
iure belli licuisset: tota feriendi refrena-
batur immaitas: et captiuãdi cupiditas
frãgebatur. Sic euaserũt multi qui nunc
christianis tẽporibus detrahũt: et mala
que illa ciuitas pertulit xp̃o imputant:
bona uero que in eos ut uiuerent ꝓpter
xristi honorem facta sunt: nõ imputant
xp̃o nr̃o sed fato suo. Cũ potiꝰ deberent:
si quid recte saperẽt: illa que ab hostibꝰ
aspera & dura ꝑpessi sunt: illi diuine ꝓui-
dẽtie tribuere: que solet corruptos hoim
mores bellis emẽdare atq; cõterer̃. Itẽq;
uitam mortalium iustã atq; laudabilem
talibus afflictioibꝰ exercere: probatãq;
uel in meliora trãsferre: uel i his adhuc
terris propter usus alios detinere. Illud
uero ꝙ eis uel ubicũq; propter x̃ nomẽ:
uel in locis xp̃i nõi dicatissimis & ãplis-
simis: ac pro largiore misericordia ad
capacitatem multitudinis electis: preter
belloꝶ morẽ truculenti barbari pepcer̃t:
hoc tribuere tẽporibus x̃anis: hinc deo
agere grãs: hinc ad eiꝰ nomen ueraciter
currere: ut effugiant penas ignis eterni.
Quod nomẽ multi eoꝶ mẽdaciter usur-
pañt: ut effugerẽt penas pñtis exicii. nã
quos uides petulãter et ꝓtaciter isultare
seruis xp̃i: sunt in eis plurimi qui illum
interitũ cladẽq; nõ euasissent: nisi seruos
xp̃i se eẽ finxissẽt. & nũc ingrata supbia
atq; impiissima insania eius nõi resistũt
corde peruerso: ut sempiternis tenebris
puniant̃. ad quod nomẽ ore uel subdolo
confugerũt: ut tẽporali luce fruerentur.

Capitulum secũdum.

Mot bella gestaq; cõscripta sunt uł
ante conditam Romam: uel ab eius ex-
ortu et imperio. legant et proferãt sic ab
alienigenis aliquã captam eẽ ciuitatem:
ut hostes qui ceperãt: parcerent eis quos
ad deoꝶ suoꝶ tẽpla cõfugisse cõpererãt:
aut aliquem ducem barbarũ precepisse:
ut irrupto oppido nullus feriretur q in
illo et illo templo fuisset inuẽtus. Nonne
uidit Aeneas Priamũ per aras sanguie
fedãtem: quas ipe sacuerat ignis? Nõne
Diomedes et Vlixes cesis summe custo-
dibus arcis corripuere sacram effigiem:
maibusq; cruentis? Virgineas ausi diue
cõtingere uictas? Nec tñ quod sequitur
uerũ est. ex illo fluere ac retro sublapsa
spes r̃ferri. Danaum postea qppe uicer̃t.
Postea Troiam ferro ignibusq; delerũt.
Postea confugientem ad aras Priamum

obtrūcauerūt. Nec ideo Troia periit q̄a Mineruā perdidit. Quid enī prius ipsa Minerua ꝑdiderat ut periret. an forte custodes suos? Hoc sane uerum est. illis quippe interemptis potuit auferri. Neq; enī hoīes a simulacro: sed simulacrum ab hoīb⁹ seruabatur. Quomō ergo colebat᷑ ut p̄riam custodiret et ciues: que suos nō ualuit custodire custodes? ¶ Capi. iii.

Ecce quibus diis urbem Romam ꝓuādam se cōmēdasse gaudebāt. O nimiū miserabilem errorem. et nobis succēsent cū de diis eoꝝ talia dicim⁹. nec succensent auctorib⁹ suis. quos ut ediscerent mercedem dederūt. Doctoresq; ipos insuper & salario publico et honoribus dignissimos hūerūt. Nempe apud Virgiliū quem ꝓpterea puuli legunt: ut uidelicet poeta magnus oīumq; p̄clarissimus atq; optimus: teneris ebibitus āīs nō facile obliuiōe possit aboleri: ſm illud Oracii. Quo semel ē imbuta recēs seruabit odorē testa diu. Apud hūc ergo Virgiliū nēpe Iuno inducit̄ infesta troianis: Eolo uētorū regi aduersus eos irritādo dicere. Gens īimica mihi tyrrhenum nauigat equor. Ilium in italiam portās: uictosq; penates. Ita ne istis penatib⁹ uictis romam ne uinceretur prudētes cōmēdare debuerunt? Sed hec Iuno dicebat uelut irata mulier quid loqueretur ignorans. Quid Aeneas ipse pius tociens appellatus? Nōne ita narrat. Pāthus otriades arcis phebiq; sacerdos. Sacra manu uictosq; deos paruūq; nepotē: Ipse trahit: cursuq; amens ad limina tendit? Nonne deos ipos quos uictos nō dubitat dicere: sibi poti⁹ q̄ se illis ꝓhibet cōmēdatos: cū ei dr̄: Sacra suosq; tibi cōmēdat troia penates? Si igr̄ Virgilius tales deos & uictos dicit: et ut uel uicti quoquomodo euaderent hōi cōmēdatos: que demētia est existimar̄ his tutorib⁹ Romam fuisse sapienter cōmissam. et nisi eos amisisset non potuisse uastari? immo uero uictos deos tanq̄ presides ac defensores coler̄: quid ē aliud q̄ tenere nō numina bona: sed demonia mala? Quāto ei sapientius creditur Romā ad istā cladem nō fuisse uenturā: nisi prius illi perissent: sed illos potius olim fuisse pituros: nisi eos q̄tum potuisset Roma seruasset. Nam quis nō cū aduerterit uideat: quāta sit uanitate p̄sumptū nō posse uinci sub defēsorib⁹ uictis: et ideo perisse q̄a custodes ꝑdidit deos. cū uel sola potuerit eē causa ꝑeūdi: custodes hr̄e uoluisse pituros? Nō itaq; cū de diis uictis illa conscriberentur & canerētur poetas libebat mētiri: sed cordatos homines cogebat ueritas cōfiteri. Verū ista oportunius alio loco diligēter copioseq; tractāda sunt. Nunc quod institueram de ingratis dicere hoīb⁹ parūꝑ explicem ut possum. q̄ ea mala que pro suoꝝ moꝝ peruersitate merito blasphemantes paciunt̄ christo imputāt. Quod aūt illis etiam talibus propter xristum parcitur nec dignātur attendere. et eas linguas aduersus eius nomen dementia sacrilege peruersitatis exercent: quibus linguis usurpauerūt mendaciter ipsum nomē ut uiuerent. ¶ Capitulū. iiii.

Vel quas linguas in locis ei sacratis metuendo presserunt: ut illic tuti atq; muniti ubi ꝓpter eū illesi ab hostib⁹ fuer̄: inde in eum maledictis hostilibus prosilirent. Ipsa ut dixi Troia mr̄ Romani popli: sacratis in locis deoꝝ suorū munire nō potuit ciues suos: ab ignibus ferroq; grecoꝝ eosdem deos colentium: quin etiam Iunonis asylo custodes lecti fenix & dirus Vlixes p̄dam asseruabāt. Huc undiq; Troia gaza incensis erepta aditis mēseq; deoꝝ cratereſq; auro solidi captiuaq; uestis congeritur. pueri & pauide longo ordine mr̄es stant circum. Electus est uidelicet locus tante dee sactus. nō unde captiuos nō liceret educer̄:

sed ubi captiuos liberet includere. Cōpa
nūc asylū illud nō cuiuslibet dei ğgalis
uel de turba pleb: sed Iouis ipi⁹ sororis
et cōiugis & reginę oīum deoꝝ: cū me-
moriis nr̄oꝝ apostolorum. Illuc incensis
templis & diis erepta spolia portabant̃.
nō reddenda uictis sed diuidēda uicto-
ribus: huc autē & quod alibi ad ea loca
cōpertū est ptinere: cū honore et obseqo
religiosissimo reportatū est. Ibi amissa:
hic ꝑuata libtas. Ibi clausa: hic interdcā
captiuitas. Ibi possidendi a domiantib⁹
hostibus pmebant̃: huc liberādi a mise-
rantibus hostibus ducebātur. Postremo
illd Iunonis tēplū sibi elegerat auaritia
et superbia leuium grecorū: istas christi
basilicas misericordia & humilitas etiā
immaniū barbaroꝝ. ¶ Capitulū. v.

NIsi forte greci quidem in illa sua
uictoria templis deorū cōmuniū
pepercerūt. atq; illo confugientes miseros
uictosq; troianos ferire uel captiuar̃ nō
ausi sunt. Sed Virgilius poetarum more
illa mētitus est. Immo uero morē hostiū
ciuitates euertētium ille descpsit. Quem
morem etiam Cato sicut scribit Salustius
nobilitate ueritatis historicus: sententia
sua quam de cōiuratis in senatu habuit:
cōmemorare nō pretermittit. Rapi uir-
gines: pueros: diuelli liberos a parentū
complexu: matresfamiliarum pati quę
uictorib⁹ collibuiss3: phana atq; domos
spoliari: cędem: incendia fieri. Postremo
armis atq; cadaueribus cruor̃ atq; luctu
oīa cōpleri. Hic si phana tacuisset: deoꝝ
sedibus solere hostes parcere putarem⁹.
et hęc non ab alienigenis hostibus: sed a
Catilina: et sociis eius nobilissimis sena-
torib⁹ et romāis ciuibus: romana tēpla
metuebant. Sed hi uidelicet pditi & prię
parricidę. ¶ Capitulū sextum.

QVid ergo per multas gentes quę
inter se bella gesserunt: et nusquā
uictis in deoꝝ suorū sedibus pepercerūt
noster sermo discurrat? Romanos ipsos
uideamus: ipos inq̄ recolamus. respici-
amusq; romanos de quorū pcipua laude
dictū est: parcere subiectis & debellare
superbos. et ꝙ accepta iniuria ignoscere
malebāt q̄ persequi. Quādo tot tātasq;
urbes: ut late dominarent̃ expugnatas
captasq; euerterīt: legat̃ nobis quę tēpla
excipe solebāt: ut ad ea quisqs cōfugiss3
liberaretur. An illi faciebāt: et sc̄ptores
earūdem rerū gestarū ista reticebant?
Ita ne uero qui ea quę laudarent maxīe
requirebant: ista preclarissima ꝑm ipos
pietatis indicia pterirēt? Egregi⁹ romāi
nōis Marcus Marcellus qui Syracusas
urbem ornatissimā cępit: r̄fertur eā pus
fleuisse ruituram: & ante eius sanguinē
suas illi lacrimas effudisse. Gessit et curā
pudicicię etiam in hoste seruandę. Nam
priusq̄ oppidum uictor iussisset inuadi:
constituit edicto ne quis corp⁹ liberum
uiolaret. Euersa ē tñ ciuitas more bello-
rum. nec uspiam legit̃ ab impatore tam
casto atq; clementi fuisse pceptū: ut qsqs
ad illud uel illud tēplum fugisset hr̄etur
illesus. Quod utiq; nullo mō preterirent̃:
qñ nec eius fletus nec quod edixerat pro
pudicicia mime uiolanda potuit taceri.
Fabius Tarentine euersor urbis: a simu-
lacroꝝ depdatiōe abstinuisse laudatur.
Nam cū ei scriba suggessiss3: qd de signis
deoꝝ quę multa capta fuerāt fieri iube-
ret: continētiam suā etiā iocādo cōdiuit.
quęsiuit ei cuiusmōi eēnt. et cū ei nō solū
multa grandia: uerū etiam renūciarent̃
armata: relinquamus inquit tarentinis
deos iratos. ¶ Capitulum. vii.

CVm igr̃ nec illius fletū nec huius
risū: nec illius castā misericordiā:
nec huius facetā continētiam romanoꝝ
rerū gestarū scptores tacere potuerunt:
qñ pterinitteretur si aliquibus hōibus in
honorem cuiuspiam deoꝝ suoꝝ sic pep-
cissent: ut in quocūq; templo cędem uel

capti[ui]tatē fieri ꝓhiberent. Quidqd ergo uastatiōis: trucidatōnis: depredatiōis: uel concremationis: afflictionis in ista recentissima romana clade cōmissum ē: fecit hoc consuetudo belloꝝ. Quod autē more nouo factū ē: ꝙ inusitata rerū facie immāitas barbara tam mitis apparuit: ut amplissime basilice implende populo cui parceretꝰ eligerētur & decernerētur: ubi nemo feriretꝰ: unde nemo rapetꝰ: quo liberandi multi a miserātibus hostibus ducerentur: unde captiuādi nulli nec a crudelibus hostibꝰ abducerentꝰ: hoc xpi nōi: hoc christiano tempori tribuendū: quisqs nō uidet cecus: qsquis uidet nec laudat: igratus: qsqs laudanti reluctatꝰ insanus est. Absit ut prudens quisꝗ hoc feritati imputet barbarorū. Truculētissimas & seuissimas mentes ille terruit: ille frenauit: ille mirabiliter tēperauit: q per ꝓpham tanto añ predixit: uisitabo in uirga iniquitates eorū: et in flagellis peccata eoꝝ. misericordiam autē meam nō dispergam ab eis. Dicet aliquis: Cur ergo ista diuina misericordia etiam ad īpios ingratosqꝫ peruenit. Cur putamꝰ: nisi qa eā prebuit q quotidie facit oriri solē suū sup bonos & malos: et pluit sup iustos & iniustos. Quāuis ei qdam ista eorū cogitātes penitēdo ab impietate se corrigant: quidam uero sicut apostolus dicit diuicias bonitatis et longanimitatis dei cōtempnētes: ꝯm duriciā cordis sui et cor impenitēs thesaurizent sibi irā in die ire & ꝛuelatiōis iusti iudicii dei: q reddet unicuiqꝫ ꝯm opera eꝰ: tn̄ paciētia dei ad penitentiam inuitat malos: sicut flagellū dei ad paciētiam erudit bonos. Itēqꝫ misericordia dei fouēdos āplectitꝰ bonos: sicut seueritas dei pūiendos corripit malos. Placuit qppe diuie prouidentie preparare in posterū bona iustis quibus nō fruentꝰ iniusti: et mala impiis qbus nō excruciabuntꝰ boni. Ca. viii.

Ista uero tpalia bonā et mala utrisqꝫ uoluit eē cōia. ut nec bona cupidius appetātur: que mali quoqꝫ hr̄e cernuntꝰ: nec mala turpiter euitentꝰ: qbus & boni plerūqꝫ afficiuntꝰ. Interest autē plurimū qlis sit usus ul' earū rerū que ꝓspere: ul' earū que dicuntur aduerse. Nam bonus tpalibꝰ nec bonis extollitꝰ: nec malis frāgitꝰ. Malus aūt ideo huiuscemōi ifelicitate punitꝰ: qa felicitate corrūpitꝰ. Ostendit tamē deus sepe etiam ī his distribuēdis euidētius opatione suā. Nam si nūc ōme peccatū manifesta plecteret pena: nihil ultimo iudicio ꝛseruari putaretꝰ. Rursus si nullum peccatū nunc puniret aperta diuinitas: nulla eē ꝓuidentia diuia crederetur. Similꝰ in rebus secundis si non eas deus qbusdam petētibꝰ euidētissima largitate cōcederet: nō ad eū ista ptinerꝰ diceremus. Itēqꝫ si ōmibꝰ eas petentibus daret: nō nisi ꝓpter talia p̄mia ꝯuiendū illi eē arbitraremur. nec pios nos faceret talis ꝯuitus: sed potꝰ cupidos et auaros. Hec cū ita sint: qcūqꝫ boni maliqꝫ pariter afflicti sūt: nō ideo isti distincti nō sūt: qa distinctū nō ē qd utriqꝫ ppessi sūt. Manet ei dissimilitudo passoꝝ etiā in silitudine passionū. et licet sub eodē tormēto nō est idē uirtꝰ & uiciū. Nā sicut sub uno igne aurū rutilat et palea fumat: et sb eadem tribula stipule cōmimuuntur: frumenta purgantur: nec ideo cū oleo amurca cōfunditꝰ: qa eodē preli pōdere exp̄mitur: ita una eadēqꝫ uis irruēs bonos ꝓbat ac purificat: eliquat: malos dānat: uastat et exterminat. Vnde in eadem afflictiōe mali detestantꝰ deum atqꝫ blasphemant: boni autē pcantur & laudant. Tantum interest non qualia: sed qlis qsqꝫ paciatꝰ. Nā pari motu exagitatū & exalat horribiliter cenum & suauiter fragrat unguentum. Capitulū. ix.

Quid igitur ī illa rerum uastitate christiani passi sunt: quod nō eis magis

fideliter ista cōsiderātibus ad prouectū ualeret? Primo q ipa peccata qbus de9 indignatus impleuit tantis calamitatib9 mundū humiliter cogitātes: quis longe absint a facinorosis: flagiciosis: atq; impiis: tn̄ nō usq; adeo se a delictis deputāt alienos: ut nec temporalia pro eis mala perpeti se iudicent dignos. Excepto. n. q unusqsq; q̄libet laudabiliter uiuēs cedit in qbusdam carnali cōcupiscentię: et si nō ad facinorum immāitatem & gurgitem flagitiorū atq; ipietatis abhoīationē: ad aliqua tamen peccata uel rara uel tanto crebriora q̄to miora. Hoc ergo excepto: quis tandem facile reperitur: qui eosdem ipos ,pp̄ter quoꝝ horrendā superbiam: luxuriam: & auariciam: atq; execrabiles iniqtates et ipietates: deus sicut minādo pdixit conterit terras: sic hēat ut hēndi sūt: sic cū eis uiuat ut cū talib9 uiuēdū ē? Plerūq; . n. ab eis docēdis: admonēdis: aliqn̄ etiam obiurgādis & corripiendis male dissimulaꝛ̄. uel cū laboris piget: uł cum os eoꝝ corā quibus uerecundamur offenderꝛ̄: uł cū eoꝝ iimicitias deuitam9: ne impediant & noceāt in istis tēpalib9 rebus: siue quas adipisci adhuc appetit nr̄a cupiditas: siue quas amitterꝛ̄ formidat infirmitas. ita ut quāuis bonis uita maloꝝ displiceat: et ideo cū eis nō incidant i illā dānationē quę post hāc uitā talibus pparaꝛ̄: tn̄ qa ,pp̄terea peccatis eorū dānabilibus parcūt: dū eos in suis licet leuibus & uenialibus metuūt: iure cū eis tp̄aliter flagellanꝛ̄: quis ięternū minime puniaꝛ̄. Iure istā uitā quando diuinit9 affligūtur cū eis amarā sentiūt: cui9 amando dulcedinem peccātibus eis amari eē noluerꝛ̄. Nam si ,pp̄terea qsqs obiurgādis et corripiēdis male agētib9 parcit: qa oportunius tp̄us inquirit: uł eisdem ipis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur: uel ad bonā uitam & piam erudiendos impediant infirmos alios et pmant atq; auertāt a fide: nō uideꝛ̄ esse cupiditatis occasio: s; consiliū caritatis. illud esse culpabile q hi qui dissimiliter uiuunt et a malorum factis abhorrent: parcūt tn̄ peccatis alienis quę dedocere aut obiurgaꝛ̄ deberēt: dū eoꝝ offēsioēs cauent: ne sibi noceāt in his rebus qbus licite boni atq; innocēter utūtur: sed cupidius q̄ oportebat eos q in hoc mundo pegrinantur & spem supernę pr̄ię prę se gerūt. Non solum qppe infirmiores uitā ducētes cōiugalem: filios hn̄tes uel hēre cupiētes: domos ac familias possidētes: quos apostolus in ecclesiis alloqꝛ̄ docēs et monens q̄admodum uiuere debeant: uxores cū maritis et mariti cum uxoribus: et filii cū parētibus & parētes cum filiis: et serui cū dn̄is: & dn̄i cum seruis: multa tēporalia: multa terrena libenter adipiscūtur & moleste amittūt: propter quę nō audent offenderꝛ̄ hoīes quoꝝ sibi uita cōtaminatissima et cōsceleratissima displicet: uerū etiam hi qui supiorē uitę gradū tenent: nec cōiugalibus uinculis irretiti sunt: et uictu paruo ac tegumēto utūtur: plerūq; suę formę: famę ac saluti dū insidias atq; impetus maloꝝ timent: ab eoꝝ r̄prehensiōe sese abstinent. et q̄uis nō in tm̄ eos metuant ut ad similia perpetranda qbuslibet eoꝝ terroribus atq; improbitatibus cedant: ea ipa tn̄ quę cū eis nō perpetrāt nolūt plerūq; corripe: cū fortasse possint aliquos corripiendo corrigerꝛ̄: ne si nō potuerint: sua salus ac fama in piculū exiciūq; pueiat. Hoc non ea consideratōe qua suā famā ac salutem uidēt esse necessariā utilitati erudiēdorū hoīm: s; ea poti9 infirmitate: qua delcāt lingua blandiens & humanus dies: & reformidatur uulgi iudicium: et carnis excruciatio uel peremptio. Hoc est ,pp̄ter quędam cupiditatis uincula: non ,pp̄ter officia caritatis. Non mihi itaq; uidetur hęc pua eē causa q̄re cū malis flagellenꝛ̄

16

et boni: qm deo placet pditos mores etiā temporaliū poenarū afflictione punire. flagellant. n. simul: nō qa simul agūt malā uitam: sed qa simul amāt tpralem uitam. non qdem eqliter: sed tñ simul. quā boni contēpnere deberent. ut illi correpti atq; correcti consequerētur eternā: ad quam consequēdam si nollent esse socii. ferrent et diligerentur inimici. qa donec uiuunt semper incertū est utrū uolūtatem sint in melius mutaturi. Qua i re nō utiq; parē sed longe grauiorem hñt cām: qbus per prophām dr. Ille quidem in suo peccato morietur: sanguinē autem eius de manu speculatoris reqram. Ad hoc. n. speculatores hoc est populoꝝ ppositi constituti sunt i ecclesiis: ut nō parcāt obiurgādo peccata. Nec ideo tamē ab huiuscemodi culpa penitus alienus est: q licet ppositus nō sit: in eis tñ qbus uite huius necessitate cōiūgitur: multa monēda uel arguenda nouit et negligit: deuitās eoꝝ offēsiōes: propter illa qbus i hac uita nō ut debuit utitur: sz plusq̄ debuit delectat. Deinde habent aliam cām boni q̄re tēporalibus affligātur malis: qualem habuit Iob. ut sibi ipse hūanus animus sit probatus & cognitus: quanta uirtute pietatis gratis deū diligat. ¶ Capitulū. x.

Quibus recte cōsideratis atq; perspectis: attende utrū aliquid mali acciderit fidelibus & piis: quod eis non in bonū uerteretur. Nisi forte putādum est aplicam illā uacare sententiā ubi ait. Scimus qm diligētibus deū oīa coopant in bonū. Amiserut oīa que hēbāt. Nūqd fidem: nūquid pietatē: nūqd interioris hoīs bona: qui ē ante deū diues? Hę sūt opes xanoꝝ quibus opulentos dicebat aplus ubi ait. Est autem questus magnus pietas cū sufficiētia. Nichil. n. intulimus in hūc mūdum. sed nec auferr qd possumus. habentes autē uictū & tegumentum his contēti simus. Nam q uolūt diuites fieri incidunt in temptationē & laqueum: et desideria multa & noxia quę mergunt hoīes in interitū & pditionē. Radix. n. est oīum malorū auaricia. quam qdam appetētes a fide errauerūt. et inseruerūt se dolorib9 multis. Quibus ergo terrenę diuitię illa uastatione perierūt: si eas sic hēbant q̄admodū ab isto foris paupere intus diuite audierant: id est. si mundo utebant tanq̄ nō utētes: potuerūt dicere q ille grauiter tēptatus et minime supatus. Nudus exii de utero mrīs meę: nudus i terram reuertar. dñs dedit dñs abstulit. sicut dño placuit ita factū est. sit nomen dñi benedictū. ut bonus seruus magnas facultates hēret ipam sui dñi uoluntatē. cui pedissequus mēte ditesceret: nec cōtristaret eis rebus uiuens relictis: quas fuerat cito moriens relicturus. Illi autem infirmiores q terrenis his bonis q̄uis ea nō preponerēt xristo: aliquātula tamen cupiditate cohērebāt: quātū hęc amādo peccauerint: perdendo senserunt. Tantū qppe doluerūt: q̄tū se dolorib9 iseruerāt. sicut apostolū dixisse supra cōmēorauī. Oportebat. n. ut eis adderet etiaz experimētoꝝ disciplina: a qbus fuerat tā diu neglecta uerborū. Nā cū dicit apostolus: qui uolūt diuites fieri in temptationem incidunt: et cetera: profecto in diuiciis cupiditatē repbendit: nō facultatē quā precepit alibi dicens. Precipe diuitibus huius mūdi nō supbe sapere neq; sperare in incerto diuitiaꝝ suarū: sz in deo uiuo qui prestat nobis oīa abundanter ad fruēdum: bene faciāt: diuites sint i opib9 bonis: facile tribuāt: cōicent: thesaurizēt sibi fūdamentū bonū in futurū: ut appbendāt uerā uitā. Hec q de suis faciebāt diuitiis: magnis sūt lucris leuia damna solati: plusq; letati ex his que facile tribuendo tutius seruauerunt: q̄ contristati ex his que timide retinēdo facilius amiserūt. Hoc. n. potuit in terra perire: quod

Nota perfectā patientiā Job.

In deo dives fieri

pignit inde transferre. Nam q receperūt
cōsiliū dñi sui dicētis: nolite cōdere uob
in terra thesauros ubi tinea & rubigo
exterminant: et ubi fures effodiunt &
furantur: sed thesaurizate uobis in cęlo
thesauros: quo fur nō accedit neq; tinea
corrūpit: ubi. n. est thesaur⁹ tuus: ibi erit
& cor tuū: tribulatiōis tp̄re ꝓbauerūt:
q̄ recte sapuerint: non contempnendo
ueracissimū pręceptorem: et thesauri sui
fidelissimū inuictissimūq; custodem. Nam
si multi sunt gauisi ibi se hūisse diuicias
suas: quo cōtigit ut hostis nō accederet:
q̄to certius & securius gaudere potuerūt:
qui monitu dei sui illuc migrauerāt quo
accedi oīno nō posset? Vnde Paulinus
noster Nolensis Epus ex opulentissimo
diuite uolūtate pauprim⁹ et copiosissime
sanctus: quādo et ipam Nolam barbari
uastauerūt: cū ab eis teneret̄ sic in corde
suo ut ab eo postea cognouimus ꝑcabat̄.
Domine non excrucier propter aurū &
argentū. Vbi. n. sint oīa mea tu scis. Ibi
eni habebat oīa sua: ubi eum cōdere et
thesaurizare ille monuerat: qui hęc mala
mūdo uentura ꝑdixerat. Ac per hoc qui
dño suo monenti obedierant: ubi & quo
thesaurizare deberēt: nec ipas terrenas
diuicias barbaris icursantib⁹ amiserūt.
Quos aūt nō obedisse penituit: quid de
talibus reb⁹ faciendū eēt: si non ꝑcedēte
sapia: certe cōsequēte expiētia didicerūt.
At. n. qdam boni etiam xani tormentis
excruciati sunt: ut bona sua hostib⁹ pro-
derent. Illi uero nec ꝓdere nec perdere
potuerūt bonū: quo ipi boni erāt. Si autē
torqueri q̄ mamona iniqtatis prodere
maluerūt: boni nō erāt. Admonēdi aūt
fuerant q tanta paciebant̄ pro auro: q̄ta
essent sustinenda pro xristo: ut eū potius
diligere discerent: qui ꝓ se passos ęterna
felicitate ditaret: nō aurū & argentū ꝓ
quo pati miserrimū fuit: seu mentiendo
occultaret̄: seu uerū dicēdo proderetur.

Namq; inter tormenta nemo christum
confitēdo amisit: nemo aurū nisi negādo
seruauit. Quo circa utiliora erāt fortasse
tormēta quę bonū incorruptibile amā-
dum docebant: q̄ illa bona quę sine ullo
utili fructu dños sui amore torquebant.
Sed qdam etiam nō habētes qd ꝓderent
dum nō creduntur torti sunt. et hi forte
hr̄e cupiebāt. nec sācta uolūtate paupes
erant. quibus demonstrādum fuit: non
facultates sed ipas cupiditates talib⁹ eē
dignas cruciatib⁹. Si uero melioris uitę
proposito reconditū aurū argentūq; nō
habebant: nescio qdem utrū cuiq̄ talium
acciderit: ut dum hēre credr̄ torqueret̄.
Verūtamē etiam si accidit. profecto qui
inter illa tormenta pauptatem sanctam
confitebat̄: xp̄m cōfitebatur. Quaꝓpter
& si non meruit ab hostibus credi: non
potuit tn̄ sanctę pauptatis confessor sine
cęlesti mercede torqueri. Multos inquūt
etiā xp̄ianos fames diuturna uastauit.
Hoc quoq; in usus suos boni fideles pie
tollerādo uerterūt. quos. n. fames neca-
uit: malis uitę hui⁹ sicut corpis morbus
eripuit. Quos autem non necauit docuit
parcius uiuere. docuit ꝓduci⁹ ieiunare.

¶ Capitulū. xi.

Sed enim multi
etiam xp̄iani iterfecti sunt: multi
multarū mortiū feda uarietate cōsūpti.
Hoc si ęgre ferēdum est: oībus q in hac
uitam ꝓcreati sunt utiq; cōe est. Hoc scio:
neminē fuisse mortuum q nō fuerat aliqñ
moriturus. finis autē uitę: tā longam q̄
breuē uitā hoc idem facit. Neq;. n. aliud
melius aliud deterius: aut aliud maius
et aliud breuius est: qd iam pariter non
est. Quid autē iterest quo mortis genere
uita ista finiatur: quando ille cui finitur
iterū mori nō cogit̄? Cum autē unicuiq;
mortaliū sb quotidianis uitę huius ca-
sibus innumerabiles mortes quodāmō
cōminētur: qdiu incertū est quenā earū
uentura sit: quero utrū sacius sit unā ppeti

moriendo: an õnes timere uiuendo. Nec ignoro q̃ mercius eligatur diu uiuere sub timorẽ tot mortiũ: q̃ semel moriẽdo nullã deinceps formidare. Sed aliud est quod carnis sensus infirmiter pauidus rfugit: aliud quod mẽtis rõ diligẽter enucleata cõuincit. Mala mors putanda non est: quã bona uita precesserit. Neq; .n. facit malam mortẽ nisi qd sequitr mortẽ. Nõ itaq; multũ curandũ ẽ eis qui necessario morituri sũt: qd accidat ut moriantr: sed moriendo quo ire cogãtur. Cũ igr xani nouerint longe meliorem fuisse religiosi pauperis mortem inter lingentiũ canum linguas: q̃ impii diuitis in purpura & bisso: horrenda illa genera mortiũ quid mortuis obfuerũt qui bene uixerunt?

At enim in tanta strage ❡ Ca. xii. cadauerũ nec sepeliri potuerunt. Neq; istud pia fides nimiũ reformidat. tenens predictũ. Nec absumẽtes bestias rsurrecturis corporibus obfuturas: quoꝝ capillus capitis nõ peribit. Nullo modo diceret ueritas. Nolite timerẽ eos q corpus occidũt: aiam aũt nõ pñt occidere: si qcq̃ obeẽt future uite qdqd inimici de corpibus occisoꝝ facere uoluissẽt. Nisi forte qspiã sic absurdus est: ut contẽdat eos q corpus occidũt non debere timeri ante mortẽ ne corpus occidãt: et timeri deberẽ post mortẽ ne corpus occisum sepeliri nõ sinãt. Falsũ est ergo qd ait xristus: q corpus occidũt et postea nõ habẽt quid faciãt: si habent tanta que de cadaueribus faciãt. Absit ut falsũ sit qd ueritas dicit. Dictũ est .n. aliqd eos facere cũ occidũt: qa i corpore sensus ẽ occidẽdo: postea uero nichil hr̃e quid faciant: qa nullus sensus ẽ in corpe occiso. Multa itaq; corpora xanoꝝ terra non texit. sed nullũ eorũ qsq̃ a celo & a terra separauit. quã totã implet presentia sui q nouit unde rsuscitet quod creauit. Dicitr qdem in psalmo. Posuerũt mortalia suoꝝ tuoꝝ escam uolatilibus celi. carnes sanctoꝝ tuorũ bestiis terre. Effuderunt sanguinem eorũ sicut aquam in circuitu hierusalem. et non erat qui sepeliret. Sed magis ad exaggerãdã crudelitatẽ eorũ qui ista fecerũt: nõ ad eoꝝ infelicitatẽ qui ista ppessi sũt. Quãuis .n. hec i conspectu hoĩm dura & dira uideantr: sed pciosa in conspectu dñi mors scõꝝ eius. Proinde oĩa ista. id est. curatio funeris: cõditio sepulture: pompa exequiarũ: magis sũt uiuorũ solacia q̃ subsidia mortuorũ. Si aliqd prodest impio sepultura preciosa: oberit pio uilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu hoĩm exhibuit purpurato illi diuiti turba famuloꝝ: sȝ multo clariores in conspectu domini ulceroso illi paupi ministeriũ prebuit angelorũ. q eũ nõ extulerũt in marmoreũ tumulũ: sed in Abrae gremiũ sustulerũt. Rident hic illi contra quos defẽdendã suscepimus ciuitatem dei. Verũtamẽ sepulture curã etiã eorũ phi contẽpserũt: et sepe uniuersi excercitus dũ pro terrena pr̃ia morerentr: ubi postea iacerent uel qbus bestiis esca fierẽt nõ curarũt. Licuitq; de hac re poetis plausabiliter dicere. Celo tegitur qui nõ habet urnam. Quanto minus debent de corpibus insepultis insultare xpianis: qbus & ipius carnis et membroꝝ oĩum reformatio nõ solũ ex terra: uerũ etiã ex aliorũ elemẽtoꝝ secretissimo sinu quo dilapsa cadauera rcesserũt: in tpris pũcto reddenda et reintegranda promittitur.

Nota curationẽ funeris, sepultura condicionem, exequiarum pompam magis esse uiuorum solacia, q̃ mortuorum subsidia:—

Hec ideo tñ ❡ Capitulũ. xiii. contempnenda & abicienda sunt corpora defũctoꝝ. maximeq; iustoꝝ atq; fideliũ. qbus tanq̃ organis & uasis ad oĩa bona opa scũs usus est spũs. Si enim pr̃na uestis et anulus ac siqd huiusmodi tãto carius ẽ posteris: qto erga parẽtes maior existit affectus: nullo modo ipsa spernẽda sunt corpora: que utiq; multo familiarius atq; coniunctius q̃ quelibet indumenta gestamus. Hec enim non ad

ornamentū uel adiutoriū qđ adhibetur extrinsecus: sed ad ipsam naturam hoīs pertinēt. Vnde et ātiquoꝝ iustoꝝ funera officiosa pietate curata sunt: et exequię celebratę: et sepultura ꝓuisa: ipiq; dum uiuerēt hoc de sepeliēdis uel etiam trāsferendis suis corpibus filiis mādauerūt. et Thobias sepeliēdo mortuos deū promeruisse teste āgelo cōmēdatur. Ipe quoq; dn̄s die tercio resurrecturus: et religiosę mulieris bonū opus ꝑdicat: ꝑdicandūq; cōmendat ꝙ unguentū pręciosum super membra eius effuderit: atq; hoc ad eum sepeliendū fecerit. et laudabiliter cōmemorantur in euangelio: ꝗ corpus eius de cruce acceptū diligenter atq; honorifice tegēdum sepeliendūq; curarūt. Verū istę auctoritates non hoc admonent ꝙ insit ullus cadaueribus sensus: sed ad dei ꝓuidētiam cui placēt etiam talia pietatis officia: corpa quoq; mortuoꝝ pertinere significant propter fidem resurrectionis astruēdam. Vbi & illđ salubriter discitur q̃ta possit eē remuneratio ꝓ elemosinis: quas uiuētib9 & sentientibus exhibem9: si neq; hoc apđ deum perit qđ exanimis hoīm mēbris officio diligētię ꝑsoluitur. Sunt qdem & alia quę sancti ꝑriarchę de corpibus suis uel condendis uł trāsferendis ꝓphetico spiritu intelligi dicta uoluerunt. Non autē hic locus est ut ea pertractem9. cū sufficiāt ea quę dixim9. Sed si ea quę sustētandis uiuētibus sunt necessaria: sicut uict9 et amictus: q̃uis cū graui afflictiōe desint: nō frangūt i bonis perferēdi tollerandiq; uirtutē: nec eradicāt ex aīo pietatem: sed exercitatam faciūt fęcūdiorem: q̃to magis cū desunt ea quę curandis funeribus condendisq; corpibus defūctoꝝ adhiberi solent: non efficiūt miseros in occultis pioꝝ sedibus iam qetos? Ac ꝑ hoc qn̄ ista cadauerib9 xp̄ianoꝝ i illa magnę urbis uł etiā alioꝝ oppidoꝝ uastatiōe defuerūt: nec uiuoꝝ culpa est qui non potuerūt ista prębere: nec pęna mortuoꝝ ꝗ nō pn̄t ista sentire.

¶ Ca. xiiii.

Sed multi inquiunt christiani etiam captiui ducti sūt. Hoc sane miserrimum est: si aliquo duci potuerūt: ubi deū suū non inuenerunt. Sunt in sc̄pturis sanctis hui9 etiā cladis magna solacia. Fuerūt in captiuitate tres pueri: fuit Daniel: fuerūt alii ꝓphę: nec deus defuit consolator. Sic nō deseruit fideles suos sub dn̄atione gētis licet barbarę tn̄ hūanę: qui ꝓphetam non deseruit nec in uisceribus beluę. Hoc quoq; illi cū quibus agim9 malūt irridere q̃ credere: qui tn̄ i suis lr̄is credūt Arionē metimneum nobilissimū cytharistā cū eēt eiect9 de naui exceptum delphini dorso: et ad terrā eē ꝑuectū. Verū illđ nr̄m de Iona propheta incredibilius est. Plane incredibilius: quia mirabilius: et mirabilius quia potentius.

¶ Capitulū. xv.

Habēt tn̄ isti de captiuitate religioīs causa etiā sponte tolleranda & in suis ꝑclaris uiris nobilissimū exēplum. Marcus Regulus Impator popłi romāi captiuus apđ carthaginēses fuit. qui cū sibi mallent a romanis suos reddi q̃ eoꝝ tenere captiuos: ad hoc impetrādū etiā istū ꝑcipue Regulū cū legatis suis romā miserūt: ꝑus iuratione constrictū: si quod uolebant minime peregisset: rediturum eē Carthaginē. Perrexit ille atq; i senatu contraria persuasit: qm̄ nō arbitrabatur utile eē romanę reipub. mutarꝫ captiuos. Nec post hāc ꝑsuasionē a suis ad hostes redire cōpulsus est. sed quia iurauerat id sponte impleuit. At illi eum excogitatis atq; horrēdis excruciatibus necauerūt. Inclusum qppe angusto ligno ubi stare cogeretur: clauisq; acutissimis undiq; confixo ut se in nullā eius partem inclinaret sine poenis atrocissimis: etiā iugulando peremerūt. Merito certe laudāt uirtutē tam magna īfęlicitate maiorē. Et ꝑ deos

ille iurauerat. quoꝝ pro cultu prohibito
has generi hũano clades isti opinantur
infligi. Qui ergo ꝓpterea colebantur ut
istã uitã ꝓsperam rdderẽt: si uerũ iurãti
has irrogari penas seu uoluere seu per-
misere: quid periuro grauius irati facerẽ
potuerũt? Sed cur rõcinationẽ meã nõ
potius ad utrũq; cõcludam? Deos certe
sic ille coluit ut ꝓpter iurisiurandi fidem
nec rmaneret in pr̃ia: nec inde quolibet
ire: sed ad suos acerrimos iimicos rdire
minime dubitaret. Hoc si huic uitę utile
existimabat: cui⁹ tam exitũ horrendum
meruit: proculdubio fallebat̃. Suo qppe
docuit exẽplo nichil deos ad istã tpalem
fęlicitatẽ suis ꝓdesse cultoribus: qñ qdeꝫ
ille eoꝝ dedit⁹ cultui: et uictus et captiu⁹
adductus est. et quia noluit aliter q̃ per
eos iurauerat facerẽ: nouo ac ꝑus iaudi-
to nimiũq; horribili supplicii generẽ cru-
ciatus extinctus est. Si aũt cultus deoꝝ
post hanc uitam uelut mercedem reddit
fęlicitatem: cur calũpniantur tẽporibus
xp̃ianis ideo dicentes urbi accidisse illã
calamitatẽ: qa deos suos colere destitit:
cũ potuerit etiã illos diligẽtissime colens
tam ifęlix fieri q̃ ille Regulus fuit? Nisi
forte contra clarissimam ueritatem tãta
quisq̃ demẽtia mirę cęcitatis obnititur:
ut contẽdere audeat uniuersam ciuitatẽ
deos colentem infęlicem eẽ nõ posse: unũ
uero hoiem posse. qđ uidelicet potentia
deoꝝ suoꝝ multos potius sit idonea cõ-
seruare q̃ singulos: cũ multitudo constet
ex singulis. Si aũt dicũt Mar. Re. etiam
in illa captiuitate illisq; cruciatibus cor-
poris: animi uirtute beatũ esse potuisse:
uirtus potius uera queratur: qua beata
possit eẽ et ciuitas. Neq;. n. aliunde beata
ciuitas: aliunde homo: cũ aliud ciuitas
non sit q̃ concors hominum multitudo.
Quãobrem nõdum interim disputo q̃lis
in Regulo uirtus fuerit. Sufficit nunc q̃
isto nobilissimo exemplo cogunt̃ fateri:
non ꝓpter corporis bona: uel earũ rerũ
quę extrinsecus hoi accidunt colendos
deos: quãdo qdem ille carere his oib⁹
maluit: q̃ deos p quos iurauit offenderẽ.
Sed quid faciemus hoibus qui gloriant̃
talem se hũisse ciuem: qualem timẽt hẽre
ciuitatem? Quod si non timẽt: tale ergo
aliqd q̃le accidit Regulo etiã ciuitati tã
diligẽter q̃ ille deos colenti accidere po-
tuisse fateãtur: et xp̃anis tẽporibus non
calũnientur. Verũ qa de illis christianis
orta questio est q etiã captiui ducti sunt:
hoc intueãtur & taceãt: qui saluberrimę
religiõi ex hinc impudenter atq; impru-
denter illudũt: qa si diis eorũ ꝓbro non
fuit qđ attẽtissimus cultor illoꝝ dum eis
iurisiurandi fidem seruaret: pr̃ia caruit
dum aliã nõ hr̃et: captiuusq; apđ hostes
per longã mortẽ supplicio nouę crude-
litatis occisus est: multominus nomẽ cri-
minãdũ est xp̃anũ i captiuitate sacratorũ
suorum: qui supernã patriam ueraci fide
expectãtes: etiã in suis sedibus pegrinos
se esse nouerunt. ¶ Capitulũ. xvi.

Magnũ sane se crimẽ putãt obicere
christianis. cũ eoꝝ exaggerantes
captiuitatem addũt stupra etiã cõmissa.
Non solũ in aliena mr̃imonia uirginesq;
nupturas: sꝫ etiã in q̃sdam sãctimõiales.
Hic uero nõ fides: non pietas: non ipsa
uirtus quę castitas dicit̃: sed nr̃a potius
disputatio inter pudorem atq; rationem
quibusdam coartatur angustiis. Nec tñ
curamus hic alienis respõsionẽ reddere:
q̃tũ ipis nr̃is consolationem. Sit igit̃ in
ꝑmis positũ atq; cõfirmatũ: uirtutẽ qua
recte uiuit̃ ab animi sede mẽbris corpis
imperare: sanctũq; corp⁹ usufieri sanctę
uolũtatis. Qua incõcussa ac stabili per-
manẽte: quidqd alius de corpore uł in
corpore fecerit: quod sine peccato ꝓprio
nõ ualeat euitari: preter culpã esse pa-
cientis.. Sed quia nõ solũ qđ ad dolorẽ:
uerũ etiam quod ad libidinem pertinet

in corpore alieno perpetrari pōt: quicqd
tale perpetratū fuerit: et si retētam con-
stātissimo animo pudiciciam nō excutit:
tñ pudorem incutit. ne credat᷑ factū cum
mentis etiā uolūtate: quod fieri fortasse
sine carnis aliqua uoluptate nō potuit.

AC per hoc & que ¶ Ca. xvii.
se occiderunt ne quicq̄ huiusmodi
paterentur: qs hūanus affectus eis nolit
ignosci? et que se occidere noluerūt ne suo
facinore alienū flagiciū deuitarēt: qsqs
eis hoc crimē dederit: ipe crimīe īsipiētie
non carebit. Nam utiq; si nō licet puata
potestate hoīem occidere uel nocentem:
cui9 occidendi licentiā lex nulla cōcedit:
profecto etiā q seipm occidit homicida
est. et tanto fit nocentior cū se occiderit:
quāto innocētior in ea causa fuit qua se
occidendum putauit. Nam si Iude factū
merito detestamur: eūq; ueritas iudicat
cū se laqueo suspēdit scelerate illi9 tradi-
tionis auxisse potius q̄ expiasse cōmissū:
qm̄ dei misericordiam desperādo exici-
abiliter penitens: nullum sibi salubris
poenitētie locū reliquit: q̄to magis a sua
nece se abstinere debet: qui tali supplicio
qd in se puniat nō habet? Iudas. n. cū se
occidit: sceleratū hoīem occidit. et tñ non
solum christi uerū etiam sue mortis reus
finiuit hāc uitā: qa licet ꝓpter suū scel9:
alio suo scelere occisus est. Cur aūt homo
qui mali nichil fecit sibi male faciat: et
seipm interficiendo hominem interficiat
innocētem: ne aliū paciat᷑ nocētem: atq;
in se perpetret peccatū propriū ne in eo
perpetretur alienum? ¶ Ca. xviii.

AT enim ne uel aliena eum polluat
libido metuitur? Non polluet si
aliena erit. Si aūt polluet: aliena nō erit.
Sed cū pudicicia uirt9 sit animi: cōitēq;
hēat fortitudinem: qua potius quelibet
mala tolleraī q̄ malo cōsentire decreuit:
nullus autē magnanimus et pudicus in
potestate habeat quid de sua carne fiat:
sed tantū quid ānuat mente uel rēnuat:
qs eadem sana mēte putauerit se pdere
pudiciciā: si forte in apphensa ul' oppssa
carne sua exerceat᷑ & expleat᷑ libido nō
sua? Si enim hoc modo pudicicia perit:
profecto pudicicia animi uirtus nō erit.
nec ptinebit ad ea bona qbus bñ uiuit᷑:
sed in bonis corporeis numerabit᷑: q̄lia
sunt uires: pulcritudo: sana integraq;
ualitudo: ac siqd huiusmōi ē. Que bona
etiā si minuant᷑: bonā iustāq; uitam oīno
nō minuūt. Quod si tale aliquid est pu-
dicicia: ut quid pro illa ne amittat᷑ etiā
cū periculo corporis laboratur? Si autē
bonū animi est: etiam oppresso corpore
non amittitur. Quinetiam scē continētie
bonū cū imūditie carnaliū cōcupiscēciaꝝ
non cedit: et ipm corpus sanctificat᷑. &
ideo cū eis nō cedere incōcussa intentiōe
psistit. Nec de ipso corpe perit sāctitas:
quia eo sancte utendi pseuerat uolūtas:
et q̄tum in ipo est & facultas. Neq;. n. eo
corpus sctm̄ est q eius membra sūt inte-
gra: atq; eo q nullo cōtrectant᷑ attactu:
cū possint diuersis casibus & uulnerata
uim perpeti: et medici aliquando salutē
opitulantes hec ibi faciant que horret
aspectus. Obstetrix uirginis cuiusdam
integritatē manu uelut explorans: seu
maliuolētia seu inscia siue cāu dū inspicit
perdidit. Non opinor quemq̄ tam stulte
sapere: ut huic perisse aliquid existimet
etiam de ipius corpis sanctitate: quāuis
membri illius integritate iam perdita.
quocirca ꝓposito animi pmanente p qd
etiam corpus sanctificari meruit: nec ipi
corpori aufert sanctitatē uiolentia libi-
dinis aliene: quam seruat perseuerantia
cōtinentie sue. An uero si aliqua femina
mente corrupta uiolatoq; ꝓposito quod
deo uouerat: pergat uicianda ad decep-
torem suū: adhuc eā pergētem sanctam
uel corpore dicimus: ea sanctitate animi
per quā corpus sāctificabat᷑ amissa atq;

destructa? Absit hic error. et hinc potius admoneamur ita nō amitti corporis sācti-tatē: manēte animi sācticate etiaʒ corpe oppresso: sicut amittit corpis sanctitas uiolata animi sanctitate etiam corpore intacto. Quāobrem nō habet quod in se morte spōtanea puniat femina sine ulla consensiōe sua uiolēter oppssa: et alieno cōpressa peccato. quāto minus anteq̄ hoc fiat ne admittat hōicidiū certū: cū ipm flagicium quāuis alienum adhuc pēdet incertum?

Capitulū. xix.

AN forte huic perspicuę ratiōi qua dicimus: corpore oppresso neq̄q̄ proposito castitatis ulla in malū cōsensiōe mutato: illius tm̄ eē flagiciū qui opprimēs cōcubuerit: nō illius quę oppssa cōcubēti nulla uolūtate consenserit: contradicere audebūt hi contra quos feminarū xianaꝝ in captiuitate oppressarū: nō tm̄ mentes uerū etiam corpora sancta defendimus. Lucreciā certe matronā nobilē ueterēq; romanā pudicicię magnis effert laudi-bus. Huius corpore cū uiolenter oppsso Tarquini regis filius libidinose potitus eēt: illa scelus iprobissimi iuuenis: ma-rito Collatino & propiquo Bruto uiris clarissimis & fortissimis indicauit. eosq; ad uindictā constrinxit. Deinde fedi in se cōmissi: ęgra atq; impaciēs se peremit. Quid dicemus? Adultera hęc an casta iu-dicanda est? Quis in hac controuersia laborādum putauerit? Egregie qdaʒ ex hoc ueraciterq; declamans ait: mirabile dictū. Duo fuerunt: et unus adulterium admisit. Splēdide atq; uerissime. intuēs enim in duum corpoꝝ cōmixtiōe unius inquinatissimā cupiditatē: alterius castis-simam uolūtatem: et nō quid cōiunctiōe mēbroꝝ: sed qd aīoꝝ diuersitate agere attendens. Duo inqt fuerūt & adulteriū unus admisit. Sed quid est hoc quod in eam grauius uindicat quę adulteriū nō admisit? Ille pria etiam cū prē pulsus ē: hęc summo mactata est supplicio. Si nō est illa ipudicicia qua inuita cōprimit: non est hęc iustitia qua casta punit: uos appello leges: iudicesq; Romāi. Nempe post ppetrata facinora: nec quēq̄ scelestū et indempnatū impune uoluistis occidi. Si ergo ad urm iudiciū qsq̄ deferret hoc crimem: uobisq; pbaret nō solū indēp-natam: uerū etiam castā & innocentem interfectam eē mulierem: nōne eū qui id fecisset seueritate congrua plecteretis? hoc fecit illa Lucrecia. Illa sic prędicata Lucrecia: innocētem: castā: uim ppessaʒ Lucreciā insup interemit. Proferte sen-tentiam. quod si ppterea nō potestis: qa non astat quā punire possitis: cur inter-fectricem inocētis & castę tāta pdicatōe laudatis? Quā certe apd inferos iudices etiā talem quales poetarū uroꝝ carmib9 cantitant: nulla rōe defēditis cōstitutā: scilicet inter illos qui sibi lętum insontes peperere manu lucēq; perosi: proiecere aīas: cui ad superna redire cupienti fas obstat: tristisq; palus innabilis undę al-ligat. An forte ideo ibi nō est: quia non insontem: sed male sibi consciā se pemit? Quid si. n. qd ipa tm̄modo nosse poterat: q̄uis iuueni uiolenter irruenti etiam sua libidie illecta consensit. Idq; in se puniēs ita doluit: ut morte putaret expiandū: quanq̄ nec sic qdem occidere se debuit: si fructuosam posset apd deos falsos agere penitētiā. Verū tn̄ si forte ita est: falsūq; est illud qp fuerūt duo & adulteriū unus admisit: sʒ potius ambo adulteriū com-miserūt: unus māifesta inuasione: altera latente consensione: nō se occidit insontē: et ideo potest alteratis eius defēsoribus dici: non eē apud inferos inter illos qui sibi lętū insontes pepererunt manu. Sed ita hęc causa ex utroq; latere coartatur: ut si extenuatur hōicidiū: adulteriū confirmetur. Si purgatur adulteriū: hōicidiū cumu-letur. Nec oino inuenitur exitus ubi dr: si

esse nollemus: quę ipi dii sacra esse nolue-
rūt: cū ludos scęnicos ū talia celebrant:
dictitant: actitant: et romanis moribus
inuexerūt: et suis honoribus dicari ex-
hiberiq; iusserūt? Cur ergo nō hic magis
ipi intellecti sunt nō esse dii ueri: nec oīno
digni quibus diuinos honores deferret
illa respublica? Quos enim coli minime
deceret minimeq; oporteret: si ludos ex-
peterent agendos cōuiciis romanorum:
quō quęso colendi putati sunt: quomō nō
detestandi spūs intellecti: qui cupiditate
fallendi inter suos honores sua celebrari
crimina poposcerūt? Itemq; romāi q̄uis
iam supstitōne noxia premerent: ut illos
deos colerent quos uidebant sibi uoluisse
scęnicas turpitudines consecrari: suę tamē
dignitatis mēores ac pudoris: auctores
taliū fabularū neq̄q̄ honorauerūt more
grecoꝝ: sed sicut apud Ciceronem idem
Scipio loquitur. cū artē ludicrā scęnāq;
totam in pbro ducerēt: genus id hoīum
non modo honore ciuiū reliquoꝝ carere:
sed etiā tribu amoueri notatiōe censoria
uoluerūt. Pręclara sane et romāis laudi-
bus ānumeranda prudentia. Sed uellem
seipsa sequeretur: se imitaret. Ecce. n. rēcte
quisq; ciuiū romāoꝝ eē scęnic9 elegisset:
non solū ei nullus ad honorem dabatur
locus: uerū etiā censoris nota tribū tenē
propriā minime sinebatur. O aīm ciuitatis
laudis auidū germaneq; romanum. Sed
respondeat mihi qua consentanea ratōne
homīes scęnici ab omī honore pellunt: &
ludi scęnici deoꝝ honoribus admiscētur:
illas theatricas artes diu uirt9 romana
nō nouerat: quę & si ad oblectamentum
uoluptatis humanę quęrerētur: et uicio
morum irreperent humanoꝝ: dii eas sibi
exhiberi petiuerunt. Quomō g° abicitur
scęnicus p quē colitur deus? Et theatricę
illius turpitudinis q̄ fronte notat actor:
si adorat exactor? In hac controuersia
greci romaniq; concertant. greci putant
recte se honorare hoīes scęnicos: cū colāt
ludoꝝ scęnicoꝝ flagitatores deos. Ro-
mani uero hoībus scęnicis nec plebeiam
tribum: quāto minus senatoriam curiā
dehonestari sinunt. In hac disceptatione
huiuscemōi rōcinatio sūmā qōnis absol-
uit. Proponūt greci. Si dii tales colendi
sunt: profecto etiā tales hoīes honorādi
sunt. Assumūt romani. Sed nullo modo
tales hoīes honorandi sunt. Concludunt
xani. Nullo igr mō dii tales colendi sūt.

Deinde querimus. ¶ Cap. xiiii.
ipi poetę taliū fabularū cōposito-
res: qui. xii. tabularū lege prohibentur
famā ledere ciuiū: tam probrosa in deos
cōuicia iaculantes: cur nō ut scęnici hēant
inhonesti? Qua rōe rectū ē: ut poeticorū
figmētoꝝ & ignōiosoꝝ deorū infament
actores: honorent exactores? An forte
Platoni greco potius palma danda est:
qui cū rōe firmaret q̄lis esse ciuitas dēat:
tanq̄ aduersarios ciuitatis poetas censuit
urbe pellendos? Iste uero et deorū iniu-
rias indigne tulit: et fuscari corrumpiq;
figmentis aīos ciuiū noluit. Confer nunc
Platonis hūanitatē a ciuibus decipiēdis
poetas urbe pellentem: cū deoꝝ diuitate
honori suo ludos scęnicos expetente. Ille
ne talia uel scriberentur & si nō obtinuit
disputando: tñ ne scpta recipent persuasit
leuitati lasciuięq; grecorum: isti ut talia
etiā agerent iubēdo extorsert grauitati
et modestię romanorum. Nec tm hęc agi
uoluerūt: sed sibi dicari: sibi sacrari: sibi
solenniter exhiberi. Cui tandem honesti9
diuinos honors decerneret ciuitas: utrū
Platoni hęc turpia et nefāda phibēti: an
demōib9 hac hoīm deceptōe gaudentib9:

quibus ille uera persuadere non potuit?
Hunc Platonem Labeo inter semideos
cōmēorandum putauit. sicut Herculem:
sicut Romulū. semideos autē heroibus
anponit: sʒ utrosqʒ inter numīa collocat.
Veruntñ istū quē appellat semideū: non
heroibus tm̄: sʒ etiā diis ipis p̄ferēduʒ
eē non dubito. Propinquāt aūt romāoꝝ
leges disputationibus Platonis. qñ illa
cuncta poetica figmenta condemnat. Isti
aūt poetis romanoꝝ adimunt saltem in
hoīes maledicendi licentiam: ille poetas
ab urbis ipsius habitatione repellit: isti
saltem auctores poeticarū fabularum a
ledenda societate ciuitatis cōpescunt. Et si
contra deos ludoꝝ scenicoꝝ expetitores
aliqd audirent: forte undiqʒ remouerēt.
Neqq̄ igr̄ leges ad istituēdos bonos aut
corrigēdos mor̄s malos a diis suis pos-
sent accipe romāi siue sperar̄: quos legib9
suis uincūt atqʒ cōuincunt. Illi .n. honori
suo deposcunt ludos scenicos: isti ab ho-
noribus oīb9 repellunt hoīes scenicos.
Illi celebrari sibi iubent figmētis poeticis
opprobria deorum: isti ab opprobriis
hoīm deterrēt impudentiam poetarum.
Semideus aūt ille Plato & taliū deoruʒ
libidini restitit: et ab indole romanoruʒ
quid perficiendum eēt ostendit. q poetas
ipos uel ꝑ arbitrio mentiētes: uel hoībus
miseris q̄i deorū facta pessima imitanda
ꝓponētes: oīno in ciuitate bene instituta
uiuere noluit. Nos qdem Platonem nec
deū nec semideū perhibemus: nec ulli scō
anglo summi dei: nec ueridico ꝓphē: nec
apostolo alicui: nec cuilibet xp̄i martiri:
nec cuiq̄ x̄ano hoī compamus. cuius nr̄ē
sñīe rō deo ꝓsperāte suo loco explicabit̄.
Sed eū tñ qñ qdem ipi uolūt fuisse semi-
deū p̄ferēdū esse censem9 si nō Romulo
& Herculi: q̄uis istū nec occidisse fratrē:
nec aliquod perpetrasse flagicium quisq̄
historicorū uel poetarū dixit aut finxit:
certe uel Priapo uel alicui cynocephalo:
postremo uel Febrio. que romāi numina
partim peregrina receperūt: partim sua
ꝓpria sacrauerūt. Quomō g̊ tanta animi
& moꝝ mala bonis p̄ceptis & legib9 uel
imminentia ꝓhiberēt: uel insita extirpāda
curarēt dii tales: qui etiam seminanda et
augenda flagicia curauerūt: talia uel sua
uel q̄si sua facta p theatricas celebritates
pplis innotescer̄ cupientes: ut tanq̄ auc̄te
diuina sua sponte neq̄ssima libido accen-
deretur humana: frustra hoc exclamāte
Cicerōe: qui cum de poetis agens ad eos
accessisset: clamor inquit & approbatio
popli quasi magni cuiusdam & sapientis
magr̄i: q̄s illi obducunt tenebras? Quos
inuehunt metus? Quas inflammant cu-
piditates? ¶ Capitlm. xv.

QVe aūt illis eligēdoꝝ deoꝝ etiam
ipsoꝝ falsoꝝ rō ac nō poti9 adula-
tio est: qñ istum Platonem quē semideum
uolūt tantis disputatiōibus laborantem
ne in aīs malis que precipue cauēda sunt
mores corrūperent̄ hūani: nulla edicula
sacra dignū putarūt: et Romulū suū diis
multis p̄tulerūt: q̄uis & ipm semideuʒ
potius q̄ deū uocauerunt: uelut secretior
eorum doctrina cōmendat? Nam etiam
flamen illi instituerūt. qd̄ sacerdotii gen9
adeo in romāis sacris testāte Apice ex-
celluit: ut tres solos flamines hn̄ent trib9
numinib9 institutos. Dyalem Ioui: Mar-
cialem Marti: Quirinalem Romulo. Nā
beniuolentia ciuiū uelut receptus in celū
Quirinus est postea noīatus. ac per hoc
et Neptuno & Plutoni fr̄ib9 Iouis: et ipi
Saturno pr̄i eorū isto Romulus honore
p̄latus est: ut pro magno sacerdotium
qd̄ Ioui tribuer̄t huic etiā hoc tribuerēt:
et Marti tanq̄ pr̄i ei9 forsitan ꝓpter ipm.

SI aūt a diis suis ¶ Caplm. xvi.
romani uiuēdi leges accipere po-
tuissent: non aliquot annos post romam
conditam ab atheniensibus mutuarētur
leges Salonis: quas tñ non ut acceperūt

tenuerunt sed meliores & emendatiores
facer̃ conati sunt. q̃uis Ligurgus lacedę-
moniis leges ex Apollinis auctoritate
se instituisse cõfinxerit. Quod prudẽter
romani credere noluerũt: propterea non
inde acceperunt. Numa Pompilius qui
Romulo successit in regnũ: quasdã leges
quę q̃dez regẽdę ciuitati neq̃q̃ sufficerẽt
condidisse fertur. Qui eis etiã multa sac̃
constituit. non tñ perhiber̃ easdem leges
a numinibus accepisse. Mala igit̃ animi:
mala uitę: mala morum: quę ita magna
sunt: ut his doctissimi eorum uiri etiam
stantib⁹ urbib⁹ respublicas perire confir-
ment: dii eorũ ne suis cultorib⁹ acciderẽt
minime curarũt. imo uero ut augerentur
sicut supra disputatum est om̃i modo cu-
rauerunt.

¶ Capitulum. xvii.

AN forte populo ro. ꝑpterea leges
non sunt a numinib⁹ constitutę: q̃a
sicut Salustius ait. Ius bonũq; apud eos
non legibus magis q̃ natura ualebat. Ex
hoc iur̃ ac bono credo raptas eẽ sabinas.
Quid eniz iustius et meli⁹ q̃ filias alienas
fraude spectaculi inductas nõ a parẽtib⁹
accipi: sed ui ut quisq; poterat auferri?
Nã si inique sabini facerẽt negare postu-
latas: q̃to fuit iniquus rapere non datas?
Iustius aũt bellũ cũ ea gente geri potuit:
quę filias suas ad m̃rimoniũ cũ regiona-
libus et confinalibus suis negassz petitas:
q̃ cuz ea quę repetebat ablatas. Illđ ergo
potius ibi fieret ubi Mars filiũ suũ pug-
nantem iuuaret: ut coniugiorũ negatoꝝ
armis ulcisceretur iniuriam: et eo modo
ad fęmias quas uoluerat pueniret. Aliq̃
eni fortasse iure belli iniuste negatas iuste
uictor auferret. Nullo autem iure pacis
non datas rapuit: et iniustum bellum cuz
earũ parentibus iuste succẽsentib⁹ gessit.
Hoc sane utilius faciliusq; successit: quod
et si ad memoriã fraudis illius circensiuz
spectaculum mansit: facinoris tamẽ i illa
ciuitate et imperio non placuit exemplũ.
faciliusq; romãi in hoc errauerũt: ũt post
illã iniq̃tatem deũ sibi Romulũ cõsec̃rẽt:
q̃ ut in fęmis rapiendis factũ ei⁹ imitãdũ
et lege ulla uel more permicterẽt. Ex hoc
iure ac bono post expulsũ cũ liberis suis
regẽ Tarq̃niũ: cui⁹ filius Lucreciã stupro
uiolenter oppresserat: Iuni⁹ Brut⁹ consul
Lutiũ collatinũ maritũ eiusdez Lucrecię
collegam suũ bonũ atq; innocentẽ uiruz:
propter nomẽ & propinq̃tatẽ tarq̃nioꝝ
coegit mag̃ratu se abdicare: nec uiuere
in ciuitate permisit. Quod scelus fauente
uel patiente populo fecit: a quo popl̃o cõ-
sulatum idem Collatinus sicut etiam ipse
Brutus acceperat. Ex hoc iure ac bono
Marcus Camillus illi⁹ tp̃is uir eg̃gius:
qui seuientes grauissimos hostes ppl̃i ro.
post decennale bellũ: q̃ romanus excitus
totiens male pugnando grauiter afflict⁹
est: iã ipsa roma de salute dubitante atq;
trepidante facillime sup̃auit: eoꝝq; urbẽ
opulẽtissimã cępit: inuidia obtrectatorũ
uirtutis suę & insolentia tribunorũ reus
plebis factus: tanq̃ ingratam sensit quam
liberauerat ciuitatẽ: ut de sua damnatiõe
certissimus in exilium sponte discederet:
et. x. milibus ęris absens etiã damnaret̃:
mox iterũ a gallis uindex patrię futur⁹
ingratę. Multa commemorare iam piget
feda et iniusta q̃bus agitabat̃ illa ciuitas:
& cũ potẽtes plebẽ sibi s̃bdere conarent̃:
plebsq; illis s̃bdi r̃cusaret et utriusq; p̃tis
defensores magis studiis agerent amore
uincendi: q̃ ęquũ et bonũ q̃cq̃ cogitarent.

ITaq; hẽbo modũ. ¶ Ca. xviii.

et ipm Salustiũ testẽ poti⁹ adhibebo.
Qui cũ in laude romanoꝝ dixisset: unde
nobis iste sermo exortus est. Ius bonũq;
apud eos nõ legibus magis q̃ natura ua-
lebat: prędicans illud tp̃us quo expulsis
regibus icredibiliter ciuitas breui ętatis
spatio plurimũ creuit. Idem tamen i p̃mo
historię suę libro atq; ei⁹ exordio fatet̃:
etiam tunc cũ ad consules a regibus esset

translata respublica: post puū interuallū iniurias ualidoꝝ: et ob eas discessionem plebis a prīb9: aliasq; in urbe discessiōes fuisse. Nam cū optimis morib9 et maxīa concordia populū ro. inter secundum & postremū bellū carthagīēse cōmēorasset egisse: cāmq; hui9 boni nō amorē iustitię: sed stāte carthagine metum pacis in fide fuisse dixisset. Vnde et Nasica ille ad reꝑmendam neqtiam ꝑuandosq; istos mores optimos: ut metu uicia cohiberentur carthaginē nolebat euerti. Cōtinuo sbiecit idez Salustius & ait. At discordia & auaritia atq; ābitio: et cętera secūdis rb9 oriri sueta mala: post carthagīs excidiū maxime aucta sūt: ut intelligerem9 etiam antea et oriri solere et augeri. Vnde subnectens cur hęc dixerit. Nā iniurię inqt ualidorū & ob eas discessio plebis a prībus: alięq; discessiōes domi fuere. Iā inde a ꝑncipio neq; amplius q̄ regib9 exactis: dum metus a Targnio & bellū graue cū etruria positu; est: ęquo et modesto iure agitatū. Vides q̄admodū etiā illo breui tempore ut r̄gibus exactis id est eiectis aliq̄tulū ęquo & modesto iure ageretur: metum dixit fuisse causam. qm̄ metuebat̄ bellu; qd̄ rex Targnius regno atq; urbe pulsus: etruscis sociatus contra romanos gerebat. Actende itaq; quid deinde cōtexat. Deinde inqt seruili imperio pr̄es plebem exercere: de uita ac quiete erga se regio more cōsuler̄: erga alios de uiolentia & inquietudine sibi regna moliri: illos agro pellere: et cęteris ex partibus soli impio agere. Quib9 seuiciis et maxīe fęnore oppressa plebs: cu; assiduis bellis tributū siml' et militiā tolleraret: armata montem sacrū atq; auentinū insedit: tūq; tribunos plebis et alia sibi iura parauit: discordiaru; & certaminis utriusq; finis fuit scd̄m bellum punicu;. Cernis ex quo tēpore id est paruo interuallo post reges exactos: quales romani fuerint de qbus ait. ius bonumq; apud eos non legibus magis q̄ natura ualebat. Porro si illa tp̄a talia repiunt̄ qbus pulcerrima atq; optīa fuisse prędicat̄ romana respblica: qd ia; de conseqūti ętate dicendū aut cogitandū arbitramur: cū paulati mutata: ut eiusdē historici uerbis utar: ex pulcerrima atq; optima pessima ac flagiosissima facta ē: post carthaginis uidelicet ut commemorauit excidium. Quę tp̄a ipse Salustius quemadmodum breuiter recolat & describat in eius historia legi potest: quātis malis morum quę secundis rebus exorta sunt: usq; ad bella ciuilia demonstret esse peruentu;. ex quo tempore ut ait maioꝝ mores nō paulatim ut antea: s; torrentis modo precipitati: adeo iuuēt9 luxu atq; auaritia corrupta est: ut merito dicatur genitos esse q neq; ipi hr̄e possent res familiares: neq; alios pati. Dicit deīde plura Salusti9 de Sillę uiciis cęteraq; feditate reipublicę. Et alii scp̄toꝛ̄s ī hoc cōsentiūt q̄uis eloqo multū impari. Cernis tamē ut opinor: & quisquis aduerterit facillime ꝑspicit: colluuię morū pessimorū quo illa ciuitas ꝓlapsa fuerit ante nr̄i supmi regis aduentū. Hęc. n. gesta sūt non solū anteq̄ xp̄us in carne pręsens docere cępiss;: ueꝝ etiam anteq̄ de uirgine natus esset. Cum igit̄ tot & tanta mala tempoꝝ illorū: ul' tollerabiliora superius: uel post euersam carthaginem intolleranda et horrenda: diis suis imputare nō audeant opinioēs humanis mentibus unde talia uicia siluescerēt maligna astutia inserētibus: cur mala pręsentia xp̄o imputant: q doctrīa saluberrīa & falsos ac fallaces deos coli uetat: & istas hoīm noxias flagitiosasq; cupiditates diuina auctē detestans atq; condēnans: his malis tabescēti ac labenti mūdo ubiq; familiā suā sensim subtrahit: qua condat ęterna;: et non plausu uanitatis: sed iuditio ueritatis gloriosissimam ciuitatem. ¶ Capitulum. xix.

ECce romana respublica: quod non ego pus dico sꝫ autores eoꝝ unde hęc mercede didicim⁹ tanto ante dixerꝰt: ante christi aduentū paulatim mutata et ex pulcerrima atq; optima pessima atq; flagitõsissima facta est. Ecce añ x̄ aduentū: post deletam cartaginē maioꝝ morꝰs non paulatim ut antea: sꝫ torrētis modo pręcipitati: adeo iuuētus luxu atq; auaritia corrupta ē. Legāt nobis cōtra luxū et auaritiam pręcepta deorū suoꝝ poplo ro. data. Cui utinam tm̄ casta et modesta reticerent: ac nō etiam ab illo ꝓbrosa & ignōiosa deposcerent: quibus per falsam diuīitatem perniciosam cōciliarēt auctē. Legant nr̄a. et per ꝓphas & per sanctuꝫ euangeliū & per aplicos actus & ępl'as: tam multa cōtra auaritiā atq; luxuriam ubiq; populis ad hoc congregatis: q̄ excellenter q̄ diuinę nō tanq̄m ex phorum concertatōibus streperꝰ: sꝫ tanq̄ ex oraclis & dei nubibus intonare. & tñ luxu atq; auaritia scęnisq; ac turpibus moribus añ aduentū x̄ rempub. pessimā ac flagitiosissimam factam: non imputant diis suis: afflictionem uero ei⁹ q̄cunq; isto tempore superbia delitięq; eorum perpessę fuerit: r̄ligioni increpitāt x̄anę. Cuius pręcepta de iustis ꝓbisq; moribus si simł audirent atq; curarent reges terrę & omnes ppli: p̄ncipes et omēs iudices terrę: iuuenes & uirgines seniores cū iunioribus: ętas oīs capax & uterq; sexus: & quos baptista Iohes alloq̄r: exactores ipsi atq; milites: et terras uitę p̄ntis ornaret sua fęlicitate respublica: et uitę ęternę culmē beatissīe regnatura cōscenderet. Sed q̄a iste audit ille contempnit: pluresq; uiciis male blādientibus q̄ utili uirtutum asperitati sūt amiciores: tollerare x̄ famuli iubentur: siue sint reges siue sint p̄ncipes: siue iudices siue milites: siue prouinciales: siue diuites siue pauperes: siue liberi siue serui utriuslibet sexus: pessimā etiam si ita necesse est flagitiosissimāq; rempublicam: & in illa angelorū quadam sanctissima atq; augustissima curia cęlestiq; republica: ubi dei uoluntas lex est: clarissimū sibi locum etiā ista tollerātia cōpare. ¶ Cap. xx.

VEruntñ tales cultores et dilectorꝰs deorū istoꝝ quoꝝ etiā imitatores in sceleribus et flagitiis se esse lętanꝰ: nllo mō curant pessimā ac flagitiosissimā non esse rempublicam. Tantū stet inquīt: tm̄ floreat copiis referta: uictoriis gloriosa: uł quod est fęlitius pace secura sit: et quid ad nos? Imo id ad nos magis pertinet: si diuitias quisq; semꝑ augeat quę quotidianis effusiōib⁹ suppetant: per quas sibi etiā infirmiores subdat quisq; potentiōr. Obsequantur diuitibus pauperes causa securitatis: atq; ut eorū p̄ociniis quieta inertia perfruanꝰ: diuites pauperib⁹ ad clientelas et ad ministeriū sui fastus abutantur: ppli plaudant non consultoribus utilitatū suarū: sꝫ largitorib⁹ uoluptatū. Nō dura iubeanꝰ: nō ꝓhibeanꝰ impura: reges nō curēt q̄ bonis sꝫ q̄ s̄bditis r̄gnēt: prouincię regibus nō tāq̄ rectorib⁹ moꝝ: sꝫ tanq̄ rerū dn̄atorib⁹ et delitiarū suarū prouisoribus seruiant: eosq; nō sinceriter honorēt: sꝫ neq̄ter ac seruiliter timeant: q̄d alienę uineę potius q̄ q̄s suę uitę q̄sq; noceat: legibus aduertatꝰ. Nullus ducatꝰ ad iudices: nisi qui alienę rei: domui: saluti: uel cuiq̄ inuito fuerit importun⁹ aut noxius. Cęterū de suis: uel cū suis uel cum q̄buscūq; uolentibus faciat q̄sq; q̄d libet: abundent publica scorta: uł ꝓpter omēs q̄bus frui placuerit: uł ꝓpter eos maxie qui haberꝰ priuata nō possunt. Extruātur amplissimę atq; ornatissimę domus: ubi parata conuiuia freq̄tenꝰ: ubi cuiq; libuerit et potuerit die noctuq; ludatꝰ: bibatꝰ: uomatur: defluatur. Saltationes undiq; concrepent: theatra inhonestę lętitię uocibus: atq; omī genere siue crudelissimę siue turpissimę uoluptatis exęstuent. Ille sit

public9 inimicus cui hęc fęlicitas displiceᵵ. Quisqs eam mutaᵲ uł auferre tēptauerit: eū libera multitudo auertat ab auribus: euertat a sedib9: auferat a uiuentib9. Illi habeanᵵ dii ueri q hāc adipiscendā pplis procurauerint adeptamqꝫ seruauerint. Colantur ut uoluerint: ludos exposcant quales uoluerint: quos cū suis uł de suis possunt hr̄e cultoribus: tm̄ efficiāt ut huic fęlicitati nihil ab hoste: nihil a peste: nihil ab ulla clade timeatur. Quis hāc rempb. sanus: nō dicā romāo imperio sꝫ domui Sardanapali compauerit? Qui quondaꝫ rex ita fuit uoluptatibus deditus: ut in sepulcro suo scribi fecerit ea sola se habeᵲ mortuū: quę libido eius etiā cum uiueret hauriendo consumpserat. Quē regem isti si hr̄ent sibi in talibus indulgentem: nec in eis quicq̄ ulla seueritate aduersantem: huic libentius q̄ romāi ueteres Romulo templū et flamē cōsecr̄ent. Ca. xxi.

Sed si contēpniᵵ q romanā rempb. pessimaꝫ ac flagitiosissimam dixit: nec curant isti q̄ta moꝝ pessimoꝝ ac flagitiosorū labe ac dedecore impleatur: sꝫ tm̄mō ut consistat & maneat: audiant eā nō ut Salustius narrat pessimaꝫ ac flagitiosissimā factā: sed sicut Cicero disputat iam tunc ꝑrsus perisse et nullā oio remāsisse rempub. Inducit. n. Scipionē eū ipm qui cartaginem extinxerat de republica disputantē: qn̄ p̄sentiebaᵵ ea corruptione quā describit Salusti9 eā iam iāqꝫ piturā. Eo quippe tp̄re disputatur quo iam unus graccorū occisus fuit: a quo scribit seditiones graues cępisse Salusti9. Naꝫ mortis eius fit in eisdem libris comēoratio. Cum aūt Scipio in secūdi libri fine dixisset: ut in fidib9 ac tibiis atqꝫ cantu ipo ac uocib9 concent9 est qdam tenendus ex distinctis sonis: quē imutatū aut discrepātē aures erudite ferre nō possūt: isqꝫ concētus ex dissimillimarū uocum moderatiōe cōcors tn̄ efficitur & congruens: sic ex sūmis & mediis & infimis interiectis ordinibus ut sonus moderatā rōe ciuitatē consensu dissimillimoꝝ concinere. & quę armonia a musicis diciᵵ in cantu: eā esse in ciuitate concordiam artissimū atqꝫ optimuꝫ oīm in repub. uinculū incolumitatis: eāqꝫ sine iustitia nullo pacto esse posse. Ac deinde cū aliq̄nto latius & uberius disseruisset: q̄tūqꝫ ꝓdesset iustitia ciuitati: q̄tūqꝫ obeēt si abfuissꝫ: suscepit deinde Pilus un9 eoꝝ qui disputatōi aderāt: et poposcit ut hęc ipa questio diligētius tractaretur: ac de iustitia plura dicerenᵵ: propter illud qđ iam uulgo ferebatur rēpublicam r̄gi sine iniuria non posse. Hanc ꝓinde quęstionē discutiendam & enodandam eē assensus est Scipio. R̄nditqꝫ nihil eē quod adhuc de republi. putaret dictum: et quo posset longius ꝓgredi: nisi esset cōfirmatū non mō falsū eē illđ sine iiuria nō posse: sꝫ hoc uerissimū eē sine sūma iustitia rempblicā regi nō posse. Cuius q̄ōnis explicatio cuꝫ in diem conseq̄ntem dilata esset: in tertio libro magna conflictatione res a cta est. Suscepit. n. Pilus ipe disputatōnem eorū qui sentirēt sine iniustitia regi non posse rempub. purgās p̄cipue ne hoc ipe sentiᵲ crederetᵵ. Egitqꝫ sedulo ꝓ iniustitia cōtra iustitiam: ut hanc esse utilem reipublicę: illam uero inutilem uerisimilibus rōibus et exēplis uelut conaretur ostēdeᵲ. Tum Lelius rogātib9 oīb9 iustitiā defendere aggressus est: asseruitqꝫ q̄tū potuit nihil tam inimicum: q̄ iniustitiam ciuitati: nec omnino nisi magna iustitia geri aut staᵲ posse rempub. Qua q̄ōne q̄tū satis uisū ē pertractata Scipio ad intermissa reuertiᵵ: recolitqꝫ suā atqꝫ cōmēdat breuē reipub. diffinitionē qua dixerat eā esse rem ppli: populum aūt nō oēm cętū multitudinis: sed cętū iuris consensu et utilitatis cōione sotiatū eē determinat. Docet deinde q̄ta sit in disputando diffinitōis utilitas: atqꝫ ex illis suis diffinitōibus colligit tūc esse

rempublicam id est rem populi: cuꝫ bene
ac iuste geriť: siue ab uno rge: siue a pau-
cis optimatibus: siue ab uniuerso poplo.
Cum uero iniustus est rex quē tirannum
more greco appellauit: aut iniusti opti-
mates quoꝝ consensū dixit esse factōnē:
aut iniust9 ipe populus cui nomē usitatū
non reperit: nisi ut etiam ipsum tirannuꝫ
uocaret: nō iam uiciosā sicut pdie fuerat
disputatū: ſꝫ sicut rō ex illis diffinitōib9
connexa docuisset oīo nullā eē rempub:
qm̄ nō eēt res ppli cū tirānus eā factione
capesseret: nec ipe populus iam populus
eēt si eēt iniustus: qm̄ non eēt multitudo
et iuris consensu & utilitatis cōmunione
sociata: sicut populus fuerat diffinitus.
Quando ergo respub. romana talis erat
q̄lem illā describit Salustius: nō iā pessi-
ma ac flagitiosissima sicut ipse ait: ſꝫ oīno
nulla erat ſm istam rōem: quā disputatio
de repub. inter magnos ei9 principes tūc
habita patefecit. Sicut etiam ipe Tullius
nō Scipionis nec cuiusq̄ alterius: sed suo
ſmōe loquēs testať in pncipio qnti libri:
cōmemorato prius Ennii poetę uersu quo
dixerat. Moribus ātiqs res stat romana
uirisq̨. Quem qdem ille uersum inqt uel
breuitate uel ueritate tanq̄m ex oraculo
mihi quodā eē affat9 uideť. Nā neq̨ uiri
nisi ita morata ciuitas fuisset: neq̨ mores
nisi hi uiri prefuissēt: aut fundař aut tā
diu tenere potuissent tantaꝫ & tam iuste
lateq̨ impantem rempub. Itaq̨ an̄ nr̄am
memoriam et mos ipse patrius pstantes
uiros adhibebat: & ueterum morem ac
maiorum instituta retinebāt excellētes
uiri. Nostra ů ętas cū rempublicam sicut
picturam accepisset eg̃giaꝫ ſꝫ euanescentē
uetustate non mō eā colorib9 iisdem qbus
fuerat renouare neglexit: sed ne id qdem
curauit ut formam saltē eius et extrema
tanq̄ liniamenta ſuaret. Quid. n. manet
ex antiqs morib9 qbus ille dixit rē stare
romanam: quos ita obliuione absolutos
uidemus: ut nō modo non colantur: sed
etiā ignorenť. Nam de uiris quid dicaꝫ?
Mores. n. ipi interierunt uiroꝝ penuria:
cui9 tanti mali nō uideť rddēda rō nob:
sed etiam tanq̄ reis capitis quodāmodo
dicenda cā est. Nostris. n. uiciis non casu
aliquo rempub. uerbo retinemus: rē ipaꝫ
uero iam pridem amisimus. Hęc Cicero
fatebať: longe qdem post mortē Affricāi
quē in suis libris fecit de repb. disputař:
adhuc tn̄ an̄ aduentū x̄. Quę si diffama-
ta & preualescēte rligiōe x̄ana sentirenť
atq̨ dicerenť: quis nō istoꝝ ea christiāis
imputanda esse censeret? Quāobrem cur
non curarunt dii eoꝝ ne tūc periret atq̨
amicteret illa respub: quaꝫ Cicero longe
anteq̄ xp̄s in carne uēisset taꝫ lugubriter
deplorat amissam? Viderint laudatorēs
eius etiaꝫ illis antiquis uiris & moribus
qualis fuerit. utrum in ea uiguerit recta
iustitia: an forte nec tunc fuerit uiua mo-
ribus ſꝫ picta coloribus. qđ et ipe Cicero
nesciens cū eā preferret expressit. ſꝫ alias
si deus uoluerit hęc uidebim9. Enitar enī
suo loco ut ostendam ſm diffinitoēs ipi9
Ciceronis: qbus qđ sit respublica et quid
sit populus loquente Scipione breuiter
posuit: actestātibus etiā multis siue ipi9
siue eoꝝ quos loq̨ fecit ī eadē disputatōe
sententiis: nunq̄ illā fuisse rempublicam:
qa nunq̄ in ea fuit uera iustitia. Scđm p-
babiliores autē diffinitiones & pro suo
mō quędam respublica fuit. et melius ab
antiqoribus romanis q̄ a posterioribus
administrata est. Vera aūt iustitia nō est:
nisi ī ea repub. cui9 conditor rctorq̨ xp̄s
est: si & ipam rempubli. placet diceř. qm̄
eam rem populi eē negare nō possumus.
Si aūt hoc nomē qđ alibi aliterq̨ uulga-
tum est: ab usu nostrę locutiōis est forte
remoti9: in ea certe ciuitate ē uera iustitia
de q̄ scp̄tura sancta dicit. Gloriosa de te
dicta sūt ciuitas dei. ¶ Ca. xxii.

SEd quod pertinet ad pn̄tem qōnē:

quãlibet laudabilem dicant istam fuisse
ul' eẽ rẽpub: ſm eoꝝ doctissimos autores
iam longe ante xp̄i aduentum pessima ac
flagitiosissima facta erat. Imo uero nulla
erat atq; oĩo perierat ꝑditissimis moribꝰ.
Vt ergo nõ periret: dii custodes eius pp̄lo
cultori suo dare precipue uitę ac moruꝫ
precepta debuerũt: a quo tot tẽplis tot
sacerdotibus et sacrificioꝝ generibus: tam
multiplicibꝰ uariisq; sacris: tot festis solen-
nitatibus: tot tantorũq; ludorũ celebri-
tatibus colebant̃: ubi nihil demones nisi
negotiũ suũ egerũt: nõ curantes q̃admo-
dum illi uiuerent: imo curantes ut etiam
perdite uiuerent: dum tñ honori suo illa
oĩa metu subditi ministrarent. Aut si de-
derunt: proferant̃: ostendant̃: legatur: q̃s
deorũ leges illi ciuitati datas cõtẽpserint
gracci ut seditionibus cuncta turbarẽt:
q̃s Marius & Silla et Carbo: ut in bella
etiaꝫ ꝓgrederent̃ ciuilia causis iniq̄ssimis
suscepta: & crudeliter gesta crudeliusq;
finita. Quas demiq; Silla ipse cuius uitã:
mores: facta: describente Salustio aliisq;
historię scriptoribus: q̄s nõ exhorreat̃:
quis illam rẽpub. nõ tũc perisse fateat̃:
An forte ꝓpter huiuscemõi ciuiũ mores
uirgilianã illã sententiam sicut solent pro
defensiõe suoꝝ deoꝝ opponerẽ audebũt̃:
Discessere omẽs aditis arisq; relictis dii.
quibus imperiũ hoc steterat. Primũ si ita
est: nõ hñt cur querant̃ de religiõe xp̄ana:
q̄ hac offensi eos dii sui deseruerunt: q̄m
q̄dẽ maiores eoꝝ iã ꝑdem moribꝰ suis ab
urbis altaribus tam multos ac minutos
deos tanq̃ muscas abegerunt. Sed tñ hec
numinum turba ubi erat: cũ lõge anteq̃
mores corrũpent̃ antiqui: a gallis roma
capta & incensa est: An presentes forte
dormiebãt: Tunc. n. tota urbe in hostiũ
ꝑtãte redacta: solus collis capitolinꝰ re-
manserat. Qui etiã ipe capetur: nisi saltẽ
anseres diis dormiẽtibꝰ uigilarẽt. Vnde
pene i supstitioẽꝫ egiptioꝝ bestias auesq;
colentium roma deciderat: cum anseri so-
lẽnia celebrabãt. Verũ de his aduentitiis
& corporis potius q̃ aĩmi malis: que uel
ab hostibus uel alia clade accidũt: nõdũ
interim disputo. Nũc ago de labe morũ:
q̄bus ꝑmũ paulatim decoloratis: deinde
torrẽtis modo precipitatis: tanta quãuis
integris tectis menibusq; facta est ruina
reipub: ut magni autores eoꝝ eam tunc
amissam nõ dubitent dicerẽ. Recte autem
abscesserãt ut amicterent̃ oẽs aditis arisq;
relictis dii: si eoꝝ de bona uita atq; iusti-
tia ciuitas precepta contẽpserat. Nunc ũ
quales queso dii fuerũt: si noluerunt cum
pop̄lo cultore suo uiuere: quẽ male uiuẽ-
tem nõ docuerĩt bene uiuerẽ: ¶ Ca. xxiii.

QVid q̄ etiam uident̃ eorũ affuisse
cupiditatibꝰ implẽdis: et oñdunt̃
non prefuisse r̃frenãdis: Qui. n. Marium
nouũ hoĩem & ignobilem cruentissimum
auctorẽ bellorũ ciuiliũ atq; gestorem: ut
septies consul fieret adiuuerũt: atq; ut in
septimo suo cõsulatu moreretur senex ne
in mãibus Sillę futuri mox uictoris ir-
rueret: cur nõ etiam iuuerũt ut a tantorũ
se cõpesceret immanitate facinorũ: Si. n.
ad hoc euꝫ dii eorũ nõ iuuerũt: nõ paruũ
est q̄d fatentur: et etiã nõ ꝓpitiis diis suis
posse accidere hõi istã tp̄alem quã nimis
diligunt tantã felicitatem: et posse hoĩes
sicut fuit Marius salute: uiribꝰ: opibus:
honoribus: dignitate: lõgeuitate cumu-
lari et perfrui diis iratis: posse etiã hoĩes
sicut fuit Regulus captiuitate: seruitute:
inopia: uigiliis: doloribus excruciari &
emori diis amicis. Quod si ita esse conce-
dunt: compendio nihil eos ꝓdesse et coli
supfluo confitent̃. Nam si uirtutibꝰ aĩmi
et ꝓbitate uitę cuius premia post mortẽ
speranda sũt magis contraria ut populꝰ
disceret instituerunt: si nihil etiam in his
transeuntibus & tẽporalibus boĩs uel eis
quos oderũt nocent: uel eis quos diligũt
prosunt: ut quid colũtur: ut quid tanto

studio colendi requiruntur? Cur qa la-
boriosis tristibusq; tēpribus tanq̄ offensi
abscesserit murmurat̃: et ꝓpter eos x̄ana
religio couiciis īdignissimis ledit̃? Si aūt
hēnt ī his reb9 uel bñfitii ul' malefitii ptā-
tem: cur ī eis affuer̃t pessimo uiro Mario:
& optio uiro Reglo defuer̃t? An ex hoc
ipsi intelliguntur iniustissimi & pessimi?
Quod si ꝓpterea magis timēdi & colēdi
putant̃: neq; hoc putetur. Neq; eni3 min9
eos inuenit̃ Regulus coluisse q̄ Marius:
nec ideo uita pessima eligenda uideatur:
quia magis Mario q̄ Regulo dii fauisse
existimātur. Metellus .n. romanorū lau-
datissimus: q habuit qnq; filios cōsular̃s:
etiam rerū tēpaliū felix fuit: & Catilina
pessimus oppressus inopia & in bello sui
sceleris ꝓstratus infelix. et uerissima atq;
certissima felicitate prepollent boni deu3
colentes: a quo solo conferri pōt. Illa igr̃
respub. malis morib9 cū periret: nihil dii
eoꝝ pro dirigēdis ul' corrigēdis egerūt
moribus ne periret: imo deprauandis et
corrūpēdis addider̃t morib9 ut periret.
Nec se bonos fingāt ꝙ uelut offensi ciuiū
iniquitate discesserūt. prorsus ibi erant.
prodūtur: conuincuntur. Nec subuenire
precipiēdo: nec latere tacendo potuerūt.
Omicto ꝙ Marius a miserātibus mitur-
nensibus Marice dee in luco ei9 cōmēdat9
est: ut ei oīa ꝓsperaret: et ex sūma reuer-
sus desperatiōe incolumis in urbē: duxit
crudelē crudelis exercitū. Vbi q̄ cruenta
q̄ indicibilis: hostiliq; immāior ei9 uicto-
ria fuerit: eos qui scripserūt legāt q scire
uolunt. Sed hoc ut dixi omicto: nec Ma-
rice nescio cui tribuo Marii sanguineam
felicitatem: sed occulte potius ꝓuidentie
dei ad istorū ora claudenda: eosq; ab er-
roribus liberandos qui nō studiis agūt:
sed nec prudenter aduertunt. Quia & si
aduertūt: aliquid in his rebus demones
possūt: tm̄ q̄tū secreto oīpotētis arbitrio
permictunt̃. Ne magnipendam9 terrenā
felicitatem: que sicut Mario malis etiam
plerūq; concedit̃. Nec eā rursus q̄i mala3
arbitremur: cū etiā in ea multos pios ac
bonos unius dei ueri cultores inuitis de-
monibus ꝑpolluisse uideam9. Nec eosde3
immundissimos spūs uel propter hec ipa
bona mala ue terrena propitiandos aut
timēdos existimemus. quia sicut ipi mali
homines in terra: sic etiam illi nō oīa que
uolūt facer̃ possūt: n̄ q̄tū illius ordiatōe
sinunt̃: cui9 plene iudicia nemo cōprehē-
dit: nemo rephēdit iuste. ❡ Ca. xxiiii.

Illa certe ipe cui9 tpa talia fuerūt:
ut supiora quorū uindex eē uide-
batur illius compatione quererentur: cū
primū ad urbem contra Marium castra
mouisset: adeo leta exta immolanti fuisse
scribit Liuius: ut custodiri se Postumius
aruspex uoluerit: capitis supplitiū subi-
turus: nisi ea que in aimo Silla hrēt: diis
iuuātibus impleuisset. Ecce nō discesserāt
aditis arisq; relictis dii qñ de rerū euētu
predicebant: nihilq; de ipi9 Sille correp-
tione curabāt. Promictebāt presagando
felicitatē magna3: nec malā cupiditatem
minando frangebāt. Deinde cū eēt ī asia
bellum mitridaticū gerens: per Lutium
Titiū ei mādatū est a Ioue: ꝙ eēt Mitri-
datem supaturus. & factū est. Ac postea
moliēti redire in urbē: et suas amicorūq;
iniurias ciuili sanguine ulcisci: iterū mā-
datū est ab eodem Ioue: p militē quēdam
legionis sexte: ꝑus se de Mitridate pro-
nūtiasse uictoriā: et tūc ꝓmictere daturū
se ptātem qua recuparet ab iimicis rēpb.
nō sine multo sanguine. Tum percūctat9
Silla que forma militi uisa fuerit. Cū ille
indicasset eā: r̃cordat9 est q̄prius ab illo
audierat qui de mitridatica uictoria ab
eodem mādata ptulerat. Quid hic rñderi
pōt quare dii curauerint uelut felitia ista
nūtiare: et nullus eorū curauerit Sillam
monēdo corrigere: tanta mala facturum
scelestis armis ciuilibus: qualia nō solum

fedarent sed auferrent oĩo rempublicã;
Nempe intelligunt demones sicut sepe iã
dixi: notũq; nobis est in lr̃is sacris: resq;
ipe satis indicant negotiũ suũ ager ut ꝓ
diis habeant: ut colant: ut ea illis exhi-
beant: qbus hi qui exhibent sociati unã
pessimã causã cũ eis hẽant in iudicio dei.
Deinde cũ uenisset tarentũ Silla atq; ibi
sacrificasset: uidit in capite uitulini iecoris
similitudinẽ corone auree. Tunc Postu-
mius aruspex ille respondit: preclarã ei
uictoriam sig̃ficari. iussitq; ut extis illis
solus uesceret. Postea paruo facto inter-
uallo seruus cuiusdam Lutii Pontii uati-
cinãdo clamauit: a Bellona nũtius uenio.
uictoria tua est Silla. Deinde adiecit ar-
surũ eẽ capitoliũ: hoc cũ dixisset cõtinuo
egressus e castris: postera die concitatior
regressus ẽ. & capitoliũ arsisse clamauit.
arserat aũt reuera capitoliũ. Quod qdem
demoni et ꝓuidere facile fuit et celerrime
nuntiare. Illud sane actende qđ ad causã
maxime ptinet: sub q̃libus diis eẽ cupiãt
qui blasfemant saluatorem: uoluntates
fideliũ a dominatu demonũ liberantem.
Clamauit hõ uaticinãdo: uictoria tua est
Silla. atq; ut id diuino spũ clamasse cre-
deretur: nuntiauit etiam aliquid & ꝓpe
futurũ et mox factũ. Vnde longe aberat
per quem ille spũs loquebatur: nõ tamen
clamauit ab sceleribus parce Silla: que
illic uictor tam horrenda cõmisit: cui co-
rona aurea ipsius uictorie illustrissimum
signũ ĩ uitulino iecore apparuit. Qualia
signa si dii isti dare solerent ac nõ demones
impii: profecto illis extis nefaria potius
atq; ipi Sille grauiter noxia mala futura
monstrarent. Neq; enĩ eius dignitati tm̃
profuit illa uictoria: q̃tũ nocuit cupidi-
tati. Qua factũ ẽ ut ĩmoderatius inhians
et sc̃dis rbus elatus ac ꝑcipitatus: magis
ipe periret ĩ moribus q̃ inimicos in cor-
poribus perderet. Hec illi dii uere tristia
ureq; lugenda: non extis: non auguriis

non cuiusq̃ somnio uel uaticinio prenun-
tiabant. magis. n. timebant ne corrigeret
q̃ ne uinceretur. Imo uero satis agebãt:
ut uictor ciuium gloriosus: uictus atq;
captiuus & nefandis uiciis: et ꝑ hoc ipis
etiã demonib⁹ multo obstricti⁹ subderet.

Llinc uero quis nõ ¶ Cap. xxv.
intelligat: qs nõ uideat: nisi qui tales
deos imitari magis eligit q̃ diuiã grã ab
eorũ societate separi: q̃tũ moliantur ma-
ligni isti spũs exemplo suo uelut diuinã
auctem prebere sceleribus. Quinetiã in
quadam campanie lata planitie ubi non
multo post ciuiles acies nefario prelio cõ-
flixerũt: ipi inter se ꝑus pugnare uisi sũt.
Nanq; ibi auditi sunt primum ingentes
fragores: moxq; multi se uidisse nũtiarẽt
per aliquot dies duas acies preliari. Que
pugna ubi destitit: uestigia queq; uelut
hominũ & equorũ q̃ta de illa cõflictatõe
exꝑmi poterant inuenerẽt. Si ergo ueraci-
ter inter se numina pugnarũt: iam bella
ciuilia excusant humana. Considerent tñ
que sit taliũ deorũ uel malitia ul' miseria.
Si autẽ se pugnasse finxerũt: quid aliud
egerẽt nisi ut sibi romani bellãdo ciuiliter
tanq̃ deoꝝ exẽplo nullũ nefas admictere
uiderẽtur. Iam. n. ceperant bella ciuilia:
et aliq̃ nefãdorũ ꝑliorũ strages execrãda
precesserat. Iã multos mouerat q miles
qdam duũ occiso spolia detraheret: frẽm
nudato cadauere agnouit: ac detestatus
bella ciuilia & seipsũ ibi ꝑimens fraterno
corpori adiũxit. Vt ergo tanti hui⁹ mali
minime tederet: sed armoꝝ sceleſtoꝝ magis
magisq; ardor incresceret: mox hi demo-
nes quos illi deos putant: et colendos ac
uenerandos arbitrant: inter se pugnãtes
hominibus apparere uoluerunt: ne imitari
tales pugnas ciuica trepidaret affectio:
sed potius hũanũ scelus diuino excusaret
exemplo. Hac astutia maligni spũs etiam
ludos unde multa iam dixi scenicos sibi
dicari sacrariq; iusserũt. ubi deorũ tanta

flagitia theatricis cãticis atq; fabularuȝ
actiõibus celebrata sunt: ut quisquis eos
talia fecisse crederet & quisqs non crede-
ret: sȝ tñ illos libentissime sibi talia uelle
exhiberi cerneret: securus imitaret̃. Ne
quis itaq; existimaret in deos conuitia
potius q̃ eis dignum aliquid scriptitasse:
ubicunq; illos inter se pugnasse poetę cõ-
memorarũt: ipi ad decipiendos homines
poetarum carmina firmauerũt: pugnas
uidelicet suas nõ solũ per scenicos in the-
atro: uerũ etiã per seipos in cãpo hũanis
oclis exhibẽtes. Hęc dicere cõpulsi sum9:
qm̃ pessimis moribus ciuium: romanam
rempub. iam ãtea perditã fuisse: nullaq;
remansisse ante aduentũ dñi nr̃i Ihu xp̃i:
autores eorum dicere et scribere minime
dubitauerũt. Quam perditionẽ diis suis
non imputant: qui mala transitoria qbus
mali siue inuoluant̃: siue euadãt pereũt:
et in quibus boni siue uiuãt siue moriant̃
perire nõ possũt: xp̃o nr̃o imputant: cum
xp̃s nr̃ tanta freq̃ter ꝓ moribus optimis
pręcepta cõtra perditos mores: dii uero
ipoꝝ nullis talib9 pręceptis egerint aliqd
cũ suo cultore populo: pro illa republica
ne periret: imo eosdem mores uelut suis
excẽplis aucte noxia corrũpendo: egerũt
potius ut periret. Quã nõ ideo ut arbitror
tũc perisse qsq̃ iam dicere audebit: quia
discessere omes aditis arisq; relictis dii:
uelut amici uirtutibus cõuiciis hominuȝ
offẽderẽtur: qa tot signis extarũ: augu-
riorũ: uaticiniorũ: qbus se tanq̃ prescios
futuroꝝ adiutoresq; prelioꝝ iactare &
cõmendare gestiebant cõuincũtur fuisse
presentes: qui si uere abscessissent: mitius
romãi in bella ciuilia suis cupiditatibus
q̃ illorũ instigationibus exarsissent.

Q Vę cũ ita sint: ¶ Cap. xxvi.
cum palam aperteq; turpitudines
crudelitatib9 mixtę: et opprobria numi-
num: et crimina siue ꝑdita siue conficta:
ipis exposcẽtib9 et nisi fierent irascẽtibus:
& iam certis & statutis solennitatibus
consecrata illis & dicata claruerint: atq;
ad oĩm oculos ut imitanda ꝓponerentur
spectanda ꝓcesserint: quid est q̃ iidẽ ipsi
demones qui se huiuscemõi uoluptatibus
immiscẽt: imũdos spũs se esse confitẽtur?
In quo .n. suis flagitiis & facinoribus siue
indicatis siue simulatis: eorũq; sibi cele-
bratiõe petita: impudentes et immũdos
gaudent hr̃e consortes: auctores se uitę
scelestę immũdęq; testãtur. Perhibentur
tñ in abditis suis secretisq; penetralibus
dare quędam bona pręcepta de moribus
qbusdam uelut electis sacris suis. Quod
si ita est: hoc ipso callidior aduertẽda est
et cõuincenda malitia spirituũ noxiorũ.
Tanta .n. uis est ꝓbitatis et castitatis: ut
omnis uel pene oĩs eius laude moueatur
humana natura: nec usq; adeo sit turpitu-
dine uitiosa: ut totũ amictat sensum ho-
nestatis. Proinde malignitas demonuȝ:
nisi alicubi se q̃admodũ scp̃tũ ĩ nr̃is lr̃is
nouim9 transfiguret in angelos lucis: non
implet negotium deceptiõis. Foris itaq;
poplis celeberrimo strepitu ipietas ipura
circũsonat: et intus paucis castitas simu-
lata uix sonat. Prębentur propatula pu-
dendis: et secreta laudãdis. Decus latet:
et dedecus patet. Quod malũ gerit̃ oẽs
cõuocat spectatores: qđ bonũ dicit̃ uix
aliquos inuenit auditores. Tanq̃ hõesta
erubescẽda sint: et inhonesta glorianda.
Sed ubi hoc nisi in demonũ templis: ubi
nisi in fallacię diuersoriis? Illud .n. fit ut
honestiores qui pauci sũt capiantur: hoc
aũt ne plures q sũt turpissimi corrigãt̃.
Vbi & qñ secreti celestis audiebãt casti-
tatis pręcepta nescimus: ante ipm tamen
delubrũ ubi simulacrũ illud locatum cõ-
spiciebamus uniuersi undiq; confluẽtes:
et ubi quisq; poterat stãtes: ludos q age-
bãtur intentissimi spectabam9: intuẽtes
alternante conspectu: hinc meretriceam
pompã: illinc uirginẽ deã illã supplicter

adorari: ante illam turpia celebrari. Non
ibi pudibūdos mimos: nullam uerecun-
diorē scenicā uidim⁹: cūcta obscenitatis
implebantur officia. Sciebatur uirginali
numini qd placeret: & exhibebat̄ quod
de templo domū matrona doctior r̄por-
taret. Nonnulle pudentiores auertebant
faciem ab impuris motibus scenicorū: et
artem flagitii uidere erubescētes furtiua
intentiōe discebāt. hōibus nanq; uerecū-
dabātur ne auderent impudicos gestus
ore libero cernere: s; multo min⁹ audebāt
sacra eius quā uenerabantur casto corde
dānare. Hoc tn̄ palam discendu; p̄bebat̄
in templo: ad quod perpetrandū saltem
secretū querebat̄ in domo. Mirū nimiū
si ullus ibi erat pudor mortalium: quo
hūana flagitia non libere hoīes cōmicte-
rent: que apd̄ deos etiā religiose discerēt:
iratos habituri nisi etiā exhiber̄ curarēt.
Quis. n. alius spiritus occulto instinctu
neqssimas agitat mentes: et instat facien-
dis adulteriis et pascit̄ factis: nisi q etia;
sacris talibus oblectatur: constituens in
templis simulacra demonū: amās i ludis
simulacra uiciorum: susurrās in occulto
uerba iustitie ad decipiēdos etiā paucos
bonos: freq̄tans in aperto inuitamenta
nequitie ad possidendos innumerabiles
malos.

Capitlm .xxvii.

Vir grauis & phūs Tertullius edi-
lis futurus: clamabat in auribus
ciuitatis inter cetera sui magr̄atus officia:
sibi Floram matrem ludorum celebritate
placādam. Qui ludi tanto deuotius q̄to
turpius celebrari solent. Dicit in alio loco
iam consul in extremis periculis ciuitatis
et ludos per decem dies factos: neq; rem
ullam que ad placandos deos pertineret
pretermissam: quasi non satius erat tales
deos irritare tpantia q̄ placare luxuria:
et eos honestate etia; ad inimicitias pro-
uocare: q̄ tanta deformitate lenire. Neq;
eni grauius fuerāt qualibet crudelissima
immanitate nocituri hoīes ꝓpter quos
placabantur: q̄ nocebāt ipi cū uiciositate
fedissima placarent̄. qn̄qdē ut auerteret̄
qd̄ metuebatur ab hoste in corporibus:
eo mō dii cōciliabant̄ quo uirtus debel-
laretur in mētibus. qui nō opponerētur
defēsores oppugnatoribus menium: nisi
ꝑus fierent expugnatores morū bonoꝝ.
Hanc taliū numinū placatiōnē petulan-
tissimā: impurissimā: impudentissimam:
neqssimā: immūdissimā: cuius auctores
laudāda romāe uirtutis indoles honor̄
priuauit: tribu amouit: agnouit turpes:
fecit infames. Hanc inquam pudendam
ueręq; religioni aduersandā et detestan-
dam talium numinum placationem: has
fabulas in deos illecebrosas atq; crimio-
sas: hec ignōiosa deorum facta scelerate
turpiterq; cōficta: uel scelerati⁹ turpiusq;
cōmissa: oclis et auribus publicis ciuitas
tota discebat: hec commissa numinibus
placere cernebat. & ideo non solum illis
exhibenda: sed sibi quoq; imitanda cre-
debat. Non illud nescio qd uelit bonum
uel honestū qd̄ tam paucis et tam occulte
dicebat̄: si tamen dicebatur: ut magis ne
innotesceret q̄ ne non fieret timeretur.

Capitlm .xxviii.

Ab istarum immūdissimarū ptātum tartareo
iugo et societate penali: erui p xp̄i nomen
hoīes i lucem saluberrime pietatis: ab illa
perniciosissime impietatis nocte trāsferri
querūtur et murmurāt iniqui et ingrati:
et illo nefario spiritu altius obstrictiusq;
oppressi: quia ppl̄i confluūt ad ecclesias
casta celebritate: honesta utriusq; sexus
discretiōe: ubi audiāt q̄ bene hic ad tp̄us
uiuere debeant: ut post hanc uita; beate
sempq; uiuer̄ mereant̄. Vbi sācta scp̄tura
iustitieq; doctrina de supiore loco in cō-
spectu oīm ꝑsonante: et q faciūt audiant
ad premium: et qui nō faciunt audiāt ad
iudiciu;. Quo & si ueniunt qdam talium
preceptorū irrisores: oīs eoꝝ petulantia

aut repentina immutatione deponitur: aut timore uel pudore comprimit̃. Nihil eniʒ eis turpe ac flagitiosum spectandum imitandũq; proponitur: ubi ueri dei aut p̃cepta insinuant̃: aut miracl'a narrant̃: aut dona laudant̃: aut bñficia postulant̃.

H Ec potius cõcupisce ¶ Ca. xxix.

HO idoles romana laudabilis: o ꝓgenies regulorũ: sceuolarum: scipionum: fabritiorum. hęc potius concupisce: hęc ab illa turpissima uãitate & fallacissima dęmonũ malignitate discerne. Si qd in te laudabile naturalr̃ eminet: non nisi uera pietate purgat̃ atq; perficitur: impietate autem dispergit̃ & punit̃. Nũc iam elige quid seq̃ris. ut non in te: sed in deo uero sine ullo errore lauderis. Tunc enim tibi glia popularis affuit: sed occulto iuditio diuinę prouidentię: et uera religio quam eligeres defuit. Expergiscere: dies ẽ: sicut experecta es in qbusdam de quorũ ũtute perfecta et pro fide uera passiõibus gloriamur: q usq;q̃q; aduersus ptãtes inimicissĩas cõfligẽtes; easq; fortiter moriẽdo uincẽtes: sanguine nobis hanc patriam pepere suo. Ad hãc pr̃iam te inuitamus: et exhortamur ut eius adiciaris numero ciuiũ: cui⁹ quodãmõ asylũ est uera r̃missio peccatoꝝ. Nõ audias degeneres tuos xp̃o x̃anis ue detrahentes: et accusantes uelut tpra mala: cũ quęrant tpa qbus nõ sit quieta uita: sed potius secura nequitia. Hęc tibi nunq̃ nec ꝓ terrena pr̃ia placuerunt. Nunc iã cęlestẽ arripe ꝓ q̃ minimũ laborabis: et ĩ ea ueraciter semp̃q; regnabis. Illic. n. tibi nõ uestalis foc⁹: nõ lapis capitolin⁹: sed deus unus & uerus: q nec metas rerũ nec tpra ponet: imperium sine fine dabit. Noli deos falsos fallacesq; requirere. abice poti⁹ atq; cõtempne: in uerã emicans libertatem. Non sũt dii: maligni sunt spũs: qbus ęterna tua fęlicitas pęna est. Nõ tam Iuno troianis a qb⁹ carnalẽ originem ducis et arces uidetur inuidisse romanas: q̃ isti dęones quos adhuc deos putas omni generi hoĩm sedes inuident sempiternas. Et tu ipsa non ꝑua ex p̃te de talibus spiritibus iudicasti: qñ ludis eos placasti: et per quos hoĩes eosdem ludos fecisti: infames esse uoluisti. Patere asseri libertatem tuam aduersus ĩmũdos spũs: q tuis ceruicib⁹ iposuerãt sacrandã sibi et cęlebrandã ignõiam suaʒ. Auctores criminũ diuioꝝ r̃mouisti ab honorib⁹ tuis: supplica deo uero ut a te remoueat illos deos: q delectant̃ criminib⁹ suis. siue ueris qd̃ ignõiosissimũ est: siue falsis qd̃ malitiosissimũ ẽ. Bene ꝙ tua sponte histriõib⁹ et scęnicis societatẽ ciuitatis patere noluisti. euigila plenius: nullo modo his artibus placat̃ diuina maiestas: quibus humana dignitas inquinat̃. Quo igit̃ pacto deos q talibus delectãtur obsequiis hẽri putas in numero sãctoꝝ cęlestiũ ptãtũ: cũ hoĩes ꝑ quos eadem agunt̃ obseq̃a non putasti hẽndos ĩ numero q̃liũcunq; ciuiũ romanorũ? Incõpabilr̃ sup̃na ẽ ciuitas clarior: ubi uictoria: ueritas: ubi dignitas: sãctitas: ubi pax: fęlicitas: ubi uita: ęternitas. Multo minus habet in sua societate tales deos: si tu in tua tales homines habere erubuisti. Proinde si ad beatam ꝑuenire desideras ciuitatẽ: deuita dęmonũ societatem. Indigne ab honestis coluntur: qui ꝑ turpes placant̃. Sic isti a tua societate remoueant̃ purgatõe x̃ana: quõ illi a tua dignitate remoti sũt notatõe cẽsoria. De bõis aũt carnalib⁹ qbus solis mali ꝑfrui uolunt: & de malis carnalibus quę sola perpeti nolunt: ꝙ neq; in his habeãt quã putant̃ habere isti dęmones potestatem. q̃q̃ si haberẽt deberemus potius ista contempnere: q̃ ꝓpter ista illos colere: et eos colendo ad ea quę nobis inuidẽt ꝑuenire nõ posse: tamẽ nec in istis eos hoc ualere: quod hi putant qui propter hęc eos coli oportere contendũt: deinceps uidebim⁹. ut hic sit huius uoluminis modus.

I Am satis dictũ esse arbitror de moꝝ malis & animorum: quę pcipue cauẽda sunt: nihil deos illos pplo cultori suo quo min9 eorũ maloꝝ aggere premerẽt subuẽire curasse: sed pocius ut maxime pmereretur egisse. Nũc de illis malis uideo dicendum: quę sola isti ppeꝛ noluñt. q̃lia sunt fames: morbus: bellum: expoliatio: captiuitas: trucidatio: et siq̃ similia iam in pmo libro cõmemorauim9. Hęc.n. sola mali deputãt mala quę nõ faciũt malos: nec erubescũt inter bona quę laudant ipsi mali esse qui laudãt. magisq; stomachãtur si illa mala habeãt q̃ si malã uitam. quasi hoc sit hoĩs maximũ bonũ habere bona oĩa preter seipsum. sed neq; talia mala quę isti sola formidant: dii eoꝝ quando ab eis libere colebanẽ ne illis acciderent obstiterunt. Cum.n. uariis per diuersa loca tẽporibus añ aduentũ redẽptoris nr̃i inumerabilib9 nõnullisq; etiam incredibilibus cladibus genus cõtereretur hũanum: quos alios q̃ istos deos mundus colebat: excepto uno populo hebreo & q̃busdam extra ipsum populum: ubicũq; gratia diuina digni et occultissĩo atq; iustissĩo dei iudicĩo fuerẽ. Verum ne nimiũ longum faciam: tacebo aliarũ usq̃q̃q; gentium mala grauissima: quod ad romã pertinet romanũq; impiũ tm̃ eloquar: id ẽ ad ipam ꝓpe ciuitatem: et quęcũq; illi terrarũ ul' societate cõiũctę uel conditiõe subiectę sũt: quę sĩt ppessę ante aduentum x̃: cum iam ad eius quasi corpus reipublicę ptinerent. ¶ Ca. scd̃m.

Quid ipa numinũ officia tã uiliter minutatimq; concisa: propter qđ eis dicunt p uniuscuiusq; pprio munere supplicari oportere? Vnde nõ qdem oĩa sed multa iam diximus. nõne scurrilitati mimicę: q̃ diuinę consonãt dignitati? Si duas quisq̃ nutrices adhiberet infanti: quarũ una nihil nisi escam: altera nihil ñ potũ daret: sicut isti ad hęc duas adhibuerĩt deas: Edulicam & Potinã: nempe desipere & aliqd mimo simile i sua domo agere uideretur. Liberum a liberamento appellare uolũt: q mares in coeũdo per eius beneficiũ emissis seminib9 liberẽtur. Hoc idem dicũt i feminis agere Liberã: quam etiam Venerem putant: q & ipsas phibeãt semina emictere. Et ob hoc Libo eãdem uirilem corpis ptẽ in tẽplo poni: femineã Liberę. Et ob hoc addũt mulieres actributas Libero & uinum propter libidinem concitandam. Sic bachanalia summa celebrant̃ insania. ubi Varro ipe cõfitet̃ a bachãtib9 talia fieri nõ potuisse: nisi mente cõmota. Hęc tñ postea displicuerĩt senatui saniori: et ea iussit auferri. Saltem hic tandem forsitan senserũt: qđ imũdi spũs dum p diis habent̃ in hoĩum possint mẽtibus. Hęc certe non fierent in theatris. ludũt quippe ibi: non furiunt. Quãuis deos hẽre qui etiã ludis talibus delectent̃: simile sit furoris. Quale autẽ illud est: q cũ religiosum a supstitioso ea distinctiõe discernat: ut a supstitioso dicat timeri deos: a religioso aũt tm̃ uereri ut parentes: nõ ut hostes timeri. atq; omẽs ita bınos dicat: ut facili9 sit eos nocẽtib9 parcere: q̃ ledere quemq̃ innocentem: tñ mulieri fetę p9 partũ tres deos custodes cõmemorat adhiberi: ne Siluanus deus per noctem ingrediat̃ & uexet: eorumq; custodũ sig̃ficãdoꝝ cã tres hoĩes circuire limina domus: et i pmo limen securi ferire: postea pilo: tercio deuerrere scopis. ut his datis culturę signis: deus Siluan9 phibeat̃ intrare. qa neq; arbores cędũtur ac putant̃ sine ferro: neq; far conficit̃ sine pilo: neq; fruges coaceruant̃ sine scopis. Ab his aũt tribus rebus tres nũcupatos deos. Intercidonem a securis intercisiõe: Pilũnum a pilo: Deuerram a scopis. qb9 diis custodibus: contra uim dei Siluani feta conseruaret̃. Ita contra dei nocentis seuiciam custodia bonoꝝ nõ ualeret: nisi plures eẽnt aduersus unum: eiq; aspero: horrendo: inculto utpote siluestri signis culturę tanq̃ contrariis repugnarẽt. Ista ne: ista ẽ innocẽtia deoꝝ: ista cõcordia? Hęccine sunt numina salubria urbium: magis ridenda q̃ ludibria theatrorum? Cum mas et femina cõiungunt̃: adhibet̃ đs Iugatinus. sit hoc ferendũ. Sed domũ est ducẽda quę nubit: adhibet̃ đs Domiduc9. Vt i domo sit adhibet̃ đs Domici9. ut maneat cũ uiro addit̃ dea Maturna. Quid ultra queritur? Parcatur humanę

uerecundię: peragat cętera concupiscentia carnis et sanguinis: procurato secreto pudoris. Quid implet cubiculum turba numinum: quando & Paranimphi inde discedunt: et ad hoc implet: non ut eorum presentia cogitata maior sit cura pudicicię: sed ut fęminę sexu infirmę: nouitate pauidę: illis cooperantibus sine ulla difficultate uirginitas auferatur. Adest enim dea Virginensis: et deus pater Subigus: et dea mater Prema: et dea Partunda: et Venus & Priapus. Quid est hoc? Sed omnino laborantem in illo opere uirum: ab diis adiuuari oportebat. non sufficiebat aliquis unus: aut aliqua una. Nunquid Venus sola parum esset: quę ad hoc etiam dicitur nuncupata: quod sine eius ui fęmina uirgo esse non desinat? Si ulla est frons in hominibus quę non est in numinibus: nonne cum credunt coniugati tot deos utriusque sexus esse presentes: et huic operi instantes: ita pudore afficiuntur: ut et ille minus moueatur: et illa plus reluctetur? Et certe si adest Virginensis dea ut uirgini zona soluatur: si adest deus Subigus ut uiro subigatur: si adest dea Prema ut subacta ne se commoueat comprimatur: dea Partunda ibi quid facit? Erubescat: eat foras: agat aliquid et maritus. Valde inhonestum est: ut quod uocatur illa: impleat quisquam nisi ille. Sed forte ideo toleratur: quia dea dicitur esse non deus. Nam si masculus crederetur & Partundus uocaretur: magis contra eum pro uxoris pudicicia posceret maritus auxilium: quam feta contra Siluanum. Sed quid hoc dicam: cum ibi sit & Priapus nimius masculus: super cuius immanissimum et turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur: more honestissimo & religiosissimo matronarum. Eant adhuc & ciuilem theologiam a theologia fabulosa: urbes a theatris: templa a scenis: sacra pontificum a carminibus poetarum: uelut res honestas a turpibus: ueraces a fallacibus: graues a leuibus: serias a ludicris: appetendas a respuendis: qua possunt quasi conentur subtilitate decernere. Intelligimus quid agant. Illam theatricam et fabulosam theologiam ab ista ciuili pendere nouerunt: et ei de carminibus poetarum tanquam de speculo resultare. Et ideo ista exposita quam damnare non audent: illam eius imaginem liberius arguunt et reprehendunt. ut qui agnoscunt quid uelint: et hanc ipsam faciem cuius illa imago est detestentur. Quam tamen ipsi dii tanquam in eodem speculo se intuentes ita diligunt: ut qui qualesque sint in utraque melius uideantur. Vnde etiam cultores suos terribilibus imperiis compulerunt: ut immunditiam theologię fabulosę sibi dicarent: in suis solennitatibus ponerent: in rebus diuinis haberent: atque ita et seipsos immundissimos spiritus manifestius esse docuerunt. et huius urbanę theologię uelut electę et probatę: illam theatricam abiectam atque reprobatam membrum partemque fecerunt. ut cum sit uniuersa turpis & fallax: atque in se contineat commenticios deos: una pars eius sit in litteris sacerdotum: altera in carminibus poetarum. Vtrum habeat & alias partes: alia questio est. Nunc propter diuisionem Varronis: et urbanam & theatricam theologiam ad unam ciuilem pertinere: satis ut opinor ostendi. Vnde quia sunt ambę similis turpitudinis: absurditatis: indignitatis: falsitatis: absit a uiris religiosis: ut siue ab hac siue ab illa uita speretur ęterna. Denique & ipse Varro commemorare & enumerare deos cępit a conceptione hominis: quorum numeros exorsus est a Iano: eamque seriem perduxit usque ad decrepitę hominis mortem: et deos ad ipsum hominem pertinentes clausit ad Neniam deam: quę in funeribus senum cantatur. Deinde cępit deos alios ostendere qui pertinerent non ad ipsum hominem: sed ad ea quę sunt hominis: sicuti est uictus atque uestitus: et quęcunque alia quę huic uitę sunt necessaria. ostendens in omnibus quid sit cuiusque munus: et propter quid cuique debeat supplicari. In quo uniuersa diligentia nullos demonstrauit uel nominauit deos: a quibus uita ęterna poscenda sit: propter quam unam

proprie nos christiani sumus. Quis ergo usq̄ adeo tardus sit: ut nō intelligat istū hoīem ciuilem theologiam tam diligēter exponēdo & apiendo: eamq̄ illi fablose indigne atq̄ pbrose similē demōstrādo: atq̄ ipam fablosam ptem esse huius satis euidenter docendo: non nisi ipsi naturali quā dicit ad phos pertinere in aīs hoīm moliri locum: ea subtilitate ut fabulosam reprehēdat: ciuilē ū reprehendere qdem non audeat: sed prodendo reprehensibilem ostendat. atq̄ ita utraq̄ iudicio recte intelligentium reprobata: sola naturalis remaneat eligēda: de qua suo loco in adiutorio dei ueri diligenti9 disserendū est.

Capl'm. x.

Libertas sane que huic defuit ne istam urbanā theologiam theatrice simillimā apte sicut illā rephendere auderet: Anneo Senece quē nōnullis indiciis inuēimus aplo℞ nro℞ claruisse tēporibus: nō quidem ex toto: uerū ex aliqua pte non defuit. Affuit. n. scribenti: uiuenti defuit. Nam in eo libro quē contra supstitioēs scpsit: multo copiosius atq̄ uehementius reprehendit ipse ciuilem istam & urbanam theologiam: quā Varro theatricā atq̄ fablosam. Cum enim de simulacris ageret: sacros inquit īmortales: inuiolabilesq̄ deos ī materia uilissima atq̄ immobili dedicant. habit9 illis hoīum: ferarūq̄ & pisciū: qdam uero mixto sexu diuersis corpibus induunt: numina uocant: que si spū accepto subito occurrerent: monstra haberent̄. Deinde aliquanto post cū theologiam naturalem predicans: quorūdam phorū sententias digessisset: opposuit sibi questionē & ait. Hoc loco dicit aliqs. Credat ergo celū & terrā deos esse: et supra lunā alios: infra alios. Ego feram aut Platonem: aut peripateticū Stratonem. quo℞ alter fecit deū sine corpore: alter sine animo? Et ad hoc respōdens qd ergo tādem inqt? Veriora uident̄ T. iti Tacii aut Romuli: aut Tullii Hostilii sompnia? Cloacinā Titus Tati9 dedicauit deam: Picum Tiberinūq̄ Romulus: Hostilius Pauorē atq̄ Pallorem: teterrimos hoīum affectus: quorū alter mentis territe motus est: alter corporis. ne morbus qdem sed color. Hec numina potius credes & celo recipies? De ipis ū ritibus crudeliter turpib9q̄ libere scpsit. Ille inquit uiriles sibi ptes amputat: ille lacertos secat. Vbi iratos deos timēt qui sic propicios merent̄? Dii aūt nllo debēt coli genere: si & hec uolunt. Tantus est perturbate mentis & sedibus suis pulse furor: ut sic dii placent̄ q̄admodum ne qdem hoīes seuiūt teterrimi: et ī fabulas traditi crudelitatis. Tiranni lacerauerunt aliquorū membra: neminem sua lacerare iusserūt. Regie libidīs uoluptati castrati sunt qdam: s3 nemo sibi ne uir eēt iubēte dño manus intulit. Se ipsi in tēplis contrucidant: uulneribus suis ac sanguine supplicāt. Si cui intueri uacet que faciūt queq̄ patiunt̄: inueniet tam indecora honestis: tā indigna liberis: tam dissimilia sanis: ut nemo fuerit dubitaturus furere eos. Si cum paucioribus furerent utcūq̄ ferendi essent: nūc sanitatis patrocinium est insanientium turba. Iam illa que ipso capitolio fieri solere cōmemorat: et intrepide omīno coarguit: quis credat nisi ab irridentib9 aut furentibus fieri? Nam cū in sacris egiptiis Osirim lugeri perditū: mox aūt de inuēto magnū fuisse gaudiū derisisset: cū pditio eius inuētioq̄ fingat̄: dolor tamē ille atq̄ leticia ab eis q nihil perdiderūt nihilq̄ inuenerunt ueraciter exprimatur: huic tn̄ inquit furori certum tempus est. Tollerabile est semel in anno insanire: in capitoliū peruēire. Pudebit publicate demētie: quia quod sibi uanus furor attribuit officii: alius nomina deo subicit: ali9 horas Ioui nunciat: ali9 lictor est: alius unctor q uano motu brachio℞ imitatur ungentem. Sunt que Iunoni ac

Minerue capillos disponāt: lōge a tēplo non tm̄ a simulacro stantes: digitos mouent ornantiū modo: sunt que speculum teneant: sunt que ad uadimonia sua deos aduocent: sunt q̄ libellos offerāt: et illos cām suam doceant. Doctus Archimimus senex iā decrepitus: quotidie ī capitolio mimū agebat: q̄si dii libēter expectarēt: quē illi hoies deseruerant. Oīe illic artificū genus opantiū diis īmortalibus desidet. Et paulo post. hi tn̄ inqt etiā si supuacuū usum: nō turpē nec infamē deo pmictūt. Sedent quedam ī capitolio que se a Ioue amari putant. nec Iunonis qdē si credeř poetis uelis: iracūdissime respectu terrenē. Hanc libertatē Varro non habuit. Tantummodo poeticam theologiā reprehendere ausus est: ciuilem non ausus est: quā iste concidit. Sed si uerum actendamus deteriora sunt templa ubi hec aguntur: q̄ theatra ubi fingūtur. Vnde in his sacris ciuilis theologie has partes pot⁹ elegit Seneca sapienti: ut eas in aīmi religione non hēat: sed in actib⁹ fingat. Ait. n. que oīa sapiens seruabit tanq̄ legibus iussa: non tanq̄ diis grata. Et paulo post. Quid q͡ & matrimonia inqt deoꝝ iungimus: et ne pie qdem: fratrū scilicet ac sororū. Bellonam Marti collocamus: Vulcano Venerem. Neptuno Salaciam. Quosdam tn̄ celibes relinqm⁹: q̄si conditio defecerit. presertim cū quedam uidue sint. ut Populonia: ul' Fulgora: et diua Rumia. qb⁹ non miror petitorem defuisse. Omnē istā ignobilem deoꝝ turbam: quā longo euo longa supstitio congessit. Sic inqt adorabimus: ut meminerim⁹ cultū eius magis ad morem: q̄ ad rem ptinere. Nec leges q̄ ille nec mos in ciuili theologia id instituerūt: qd̄ diis gratū eēt: uel ad rē ptineret. Sed iste quē phī q̄si liberū fecerunt: tn̄ q͡a illustris ppli romāi senator erat: colebat qd̄ reprehēdebat: agebat qd̄ arguebat: quod culpabat adorabat. quia uidelicet magnū aliqd eū phīa docuerat: ne superstitiosus esset in mundo: sed ppter leges ciuiū moresq͡ hoium: non quidem ageret fingētem scenicū in theatro: sz imitaretur in templo: eo damnabilius quo illa que mendaciter agebat sic ageret: ut eū ppls ueraciter ageř existimaret. Scenicus aūt ludendo potius delectaret: q̄ fallēdo deciperet. Caplm. xi.

Hic inter alias ciuilis theologie supstitioēs rep̄hendit etiā sacramēta iudeoꝝ: et maxime sabbata inutiliter eos facere: affirmās q͡ p illos singlos septem interpositos dies: septimā fere ptē etatis sue pdant uacando: et multa in tempore urgentia nō agendo ledanē. Christianos tn̄ iam tūc iudeis inimicissimos in neutrā ptem cōmēorare ausus est: ne ul' laudaret contra sue patrie ueterem cōsuetudinem: uel reprehenderet contra ppam forsitan uolūtatē. De illis sane iudeis cū loquereē ait. Cum interim usq͡ eo sceleratissime gētis consuetudo cōualuit: ut p oēs iam terras recepta sit. Victi uictorib⁹ leges dedeřt. Mirabaē hoc dicēs: et qd diuitus agereē ignorans. Subiecit plane sententiam: qua significaret qd de illoꝝ sacramētoꝝ rōne sentiret. Ait eni. Illi tamē causas ritus sui nouerūt: et maior ps populi facit: qd̄ cur faciat ignorat. Sed de sacmentis iudeoꝝ: uel cur uel q̄ten⁹ instituta sint auctoritate diuina: ac postmodū a poplo dei cui uite eterne misteriū reuelatū est: tempore quo oportuit eadem auctoritate sublata sint: et al's diximus maxime cū aduersus manicheos ageremus: et in hoc opere loco oportuniore dicēdum est. Cap. xii.

Nunc aūt propter tres theologias q̄s greci dicūt mythicen: phisicen: politicen: latine aūt dici possūt: fabulosa: naturalis: ciuilis: q͡ neq͡ de fabulosa quā et ipi multoꝝ falsorumq͡ deoꝝ cultores liberrime reprehenderunt: neq͡ de ciuili cuius illa pars esse conuincitur: eiusq͡ &

ista simillima uel etiã deterior inuenitur: sperãda est ęterna uita: si cui satis nõ sunt quę in hoc uolumine dicta sunt: adiũgat etiã illa quę ĩ superioribꝰ libris & maxĩe quarto: de fęlicitatis datore deo plurima disputata sunt. Nam cui nisi uni fęlicitati propter ęternam uitam cõsecrandi hoĩes eẽnt: si dea fęlicitas eẽt? Quia ů nõ dea sꝫ munꝰ est dei: cui deo nisi datori fęlicitatis consecrãdi sumus: q ęternã uitã ubi uera ẽ et plena fęlicitas pia caritate diligimꝰ? Non aũt esse datorẽ fęlicitatis quẽquam istoꝝ deorũ: q tanta turpitudĩe coluntᷣ: et nisi ita colantᷣ multo turpius irascuntᷣ: atqꝫ ob hoc se spũs ĩmũdissĩos confitentᷣ: puto ex his quę dicta sunt nemĩnẽ dubitare oportere. Porro q nõ dat fęlicitatẽ: uitam quomodo possit dare ęternã? Eam quippe uitam ęternã dicimus: ubi est sine fine fęlicitas. Nam si aĩma in pęnis uiuit ęternis: quibus & ipi spiritꝰ cruciabuntᷣ immũdi: mors illa potius ęterna dicẽda est q̃ uita. Nulla quippe maior & peior est mors: q̃ ubi nõ moritur mors. Sed ꝙ aĩmę natura per id ꝙ immortalis creata est: sine qualicũqꝫ uita eẽ non põt: summa mors eius est alienatio a uita dei in ęternitate supplicii. Vitam igr̃ ęternam id est sine ullo fine fęlicem: solus ille dat qui dat ueram fęlicitatem. Quanq̃ illi quos colit theologia ista ciuilis dare non posse conuicti sunt: nõ solũ propter ista tẽporalia atqꝫ terrena quod supiorib9 quinqꝫ libris ostendimus: sꝫ multo magis ꝓpter uitaꝫ ęternã quę post mortẽ futura est: qđ isto uno etiã illis coopãtibꝰ egimus: colẽdi nõ sunt. Sed qm̃ ueternosę cõsuetudinis ius nimis in alto radices habet: si cui de ista ciuili theologia respuenda atqꝫ uitanda parũ uideor disputasse: in aliud uolumẽ quod huic opitulante deo subiungẽdum est animum intendat.

Diligẽtius me prauas et ueteres opiniones ueritati pietatis inimicas: q̃s tenebrosis aĩs altius et tenatius diuturnus humani generis error infixit: euellere atqꝫ extirpare conantẽ: et illiꝰ grę qui hoc ut uerus deus põt ꝓ meo modulo in eiꝰ adiutorio coopãtem: ingenia celeriora atqꝫ meliora quibus ad hanc rem supiores libri satis superqꝫ sufficiũt: paciẽter et ęquanimiter ferre debebũt: et ꝓpter alios non putare supfluũ: qđ iã sibi sentiũt non necessariũ. Multũ magna res agitᷣ cum uera & uere sancta diuinitas: q̃uis ab ea nobis etiam huic quã nũc gerimꝰ fragilitati necessaria subsidia prębeantᷣ: nõ tm̃ ꝓpter mortalis uitę transitoriũ uaporem: sꝫ propter uitã beatam quę non nisi ęterna est quęrenda et colenda pręedicatur. ¶ Caplm̃ pmũ.

Hanc diuinitatẽ uel ut sic dixerim deitatem: nã & hoc uerbo uti iam nostros non piget: ut e gręco expręssius transferũt: qđ illi theoteca appellãt. Hãc ergo diuinitatem siue deitatem nõ esse in ea theologia quam ciuilem uocant: quę a Marco Varrõe. xvi. uolumĩbꝰ explicata est: id ẽ nõ pueniri ad ęternę uitę fęlicitatẽ talium deorũ cultu: quales a ciuitatibus qualiterqꝫ colendi instituti sunt: cui nõdũ psuasit sextꝰ liber quẽ ꝓxime absoluimꝰ: cũ istũ forsitan legerit qd de hac quęstiõe expedienda ulterius desideret nõ hẽbit. Fieri enĩ põt: ut saltem deos selectos atqꝫ pręcipuos quos Varro uolumĩe cõplexꝰ est ultimo: de qbus parũ diximus: quisq̃ colendos ꝓpter uitã beatam quę non nisi ęterna est opinetur. Qua in re non dico qđ facetius ait Tertulianus fortasse q̃ uerius. Si dii seleguntᷣ ut bulbi: utiqꝫ cęteri reprobi iudicãtur. Non hoc dico. uideo enĩ ex electis seligi aliquos ad aliqd maiꝰ atqꝫ pręstantiꝰ: sicut ĩ milicia cũ tyrones

electi fuerint: ex his quoq; eliguntur ad
opus aliqd maius armoꝝ. Et cū eligunt̄
in ecclesia q fiāt prepositi: nō utiq; ceteri
reprobant̄: cum omēs boni fideles electi
merito nūcupentur. Eliguntur in edificio
lapides angulares: nō reprobatis ceteris
qui structure partibus aliis deputātur.
Eligunt̄ uue ad uescendū: nec reprobant̄
alie q̄s relinqm⁹ ad bibēdum. Non opus
multa pcurrere: cū res i aperto sit. Quā-
obrē non ex hoc ꝙ dii ex multis quidem
electi sunt: uel is q scripsit uel eoꝝ cultores:
uel dii ipi uitupandi sunt: ſʒ aduertēdū
potius qui nam isti sint: et ad quam rem
selecti uideantur. ¶ Caplm scdm.

VOs certe deos selectos Varro uni⁹
libri contexione cōmendat. Ianū:
Iouem: Saturnum: Geniū: Mercurium:
Apollinē: Martem: Vulcanū: Neptunū:
Solem. Orcum: Liberū prem: Tellurem:
Cererem: Iunonem. Lunam: Dyanā: Mi-
neruam: Venerem: Vestam. In qb⁹ oīb⁹
ferme. xx. xii. mares: viii. sunt femine.
Hec numina utrū ꝓpter maiores i mūdo
administrationes selecta dicuntur: an ꝙ
populis magis innotuerunt: maiorq; est
eis cultus exhibitus. Si ꝓpterea qa opa
maiora ab his administrant̄ in mūdo: nō
eos inuenire debuimus inter illam quasi
plebeiam numinū multitudinē: minutis
opusculis deputatam. Nam ipe pmū Ian⁹
cum puerpium cōcipit̄: unde illa cuncta
opa sumūt exordiū: minutatim minutis
distributa numinib⁹ aditū apit recipiēdo
semini. Ibi est & Saturnus propter ipm
semē. Ibi Liber qui marem effuso semine
liberat. Ibi Libera quā & Venerē uolūt:
que hoc idem beneficiū cōferat femine: ut
etiam ipsa emisso semine liberet̄. Oēs hi
ex illis sunt q selecti appellant̄. Sed ibi ē
et dea Mena: que menstruis fluorib⁹ pre-
est. q̄uis Iouis filia tamē ignobilis est. Et
hanc ꝓuidentiā fluoꝝ menstruoꝝ i libris
selectorū deoꝝ ipsi Iunoni idem auctor
assignat: que i diis selectis etiam regina
est: et hic tāq̄ Iuno Lucina cū eadē Mena
preuigna sua eidē cruori presidet. Ibi sūt
et duo nescio qui obscurissimi Vitumn⁹ &
Sentinus. quorū alter uitam alter sensus
puerperio largiuntur. Et nimirū multo
plus prestant cum sint ignobilissimi: q̄ illi
tot proceres & selecti. Nam ꝓfecto sine
uita et sensu qd est illud totū qd muliebri
utero geritur: nisi nescio qd abiectissimū
limo ac pulueri compādum? ¶ Ca. iii.

QVe igr̄ cā tot selectos deos ad hec
opa minima cōpulit: ubi a Vitūno
et Sentino quos fama obscura recondit:
in huius munificentie partitione supent̄?
Confert. n. selectus Ianus aditū: et quasi
ianuam semini confert: selectus Saturn⁹
semen ipm. Confert selectus Liber eiusdē
seminis emissionē uiris: cōfert hoc idem
Libera que Ceres seu Venus est feminis:
confert selecta Iuno: et hec non sola ſʒ cū
Mena filia Iouis fluores mēstruos: ad ei⁹
quod conceptū est incrementū. et confert
Vitumnus obscurus & ignobilis uitam:
confert Sentinus obscurus & ignobilis
sensum. Que duo tanto illis reb⁹ prestan-
tiora sunt: q̄to & ipe res ab his intellectu
ac rōne uincunt̄. Sicut. n. que rōcinant̄ et
intelligūt: profecto potiora sunt his que
sine intellectu atq; rōne ut pecora uiuunt
et sentiūt: ita & illa que uita sensuq; sunt
predita: his que nec uiuunt nec sentiunt
merito preferūt̄. Inter selectos itaq; dos
Vitūnus uiuificator: et Sentin⁹ sensifica-
tor: magis hēri debuerūt q̄ Ian⁹ seminis
admissor: et Saturnus seminis dator uel
sator: et Liber & Libera seminū cōmoto-
res uel emissores: que semina indignū est
cogitare: nisi ad uitā sensumq; puenerint:
que munera selecta non dantur a diis se-
lectis: ſʒ a qbusdā incognitis et pre istoꝝ
dignitate neglectis. Quod si rñdet̄ oīum
initioꝝ hēre Ianū potestatem: et ideo illi
etiā quod apit conceptum non immerito

actribui: et oīm semīnū Saturnū: et ideo
semīnationē quoq; hoīs non posse ab eius
opatiōe seiūgi: et oīm semīnū emictēdoꝝ
Liberū & Liberam: et ideo his etiaȝ prę-
esse quę ad substituēdos hoīes pertinent:
oīm purgādoꝝ et pariendoꝝ Iunonem:
et ideo eā nō deesse purgatiōib⁹ fęmīarū:
et partub⁹ hoīum. Quęrant qd respōdeāt
de Vitūno & Sentino: utrū et ipos uelint
habere oīm quę uiuūt & sentiūt ptātem.
Quod si concedūt: actendant q̄ eos subli-
mius locaturi sint. Nam semīnibus nasci
in terra & ex terra est: uiuere autem atq;
sentire etiā d̄os sidereos opinant̄. Si aūt
dicūt Vitūno atq; Sentino hęc sola actri-
buta quę in carne uiuescunt & sensibus
admīculant̄: et cur non d̄s ille q facit oīa
uiuere atq; sentire: etiā carni uitā prębet
et sensum: uniuersali ope hoc mun⁹ etiam
partibus tribuens? Et qd opus ē Vitūno
atq; Sentino: si ab illo qui uitę et sensibus
prę est uniuersaliter cūcta regunt̄: et his
q̄i famulis ista carnalia uelut extrema et
ima cōmissa sūt? Ita ne sūt illi selcti desti-
tuti familia: ut non inuēirent qb⁹ etiā ipi
ista cōmicterēt: sed cū tota sua nobilitate
qua uisi sunt eligēdi; opus facere cū igno-
bilibus cogerent̄? Iuno selecta et regina
Iouisq; soror & cōiunx. hęc tñ iterduca
est pueris: et opus facit cū deab⁹ ignobi-
lissimis Abeona & Adeona. Ibi posuerīt
et Mentem deā: quę faciat pueris bonā
mentem: et inter selectos ista non ponit̄:
quasi quicq̄ maius pręstari homini pōt.
Ponitur aūt Iuno quia iterduca ē et do-
miduca: quasi qcq̄ prosit iter carpere &
domum duci: si mens nō est bona. Cuius
muneris deam selectorīs isti inter selecta
numina minime posuerūt. Quę profecto
et Minervę fuerat pręferenda: cui p ista
minuta opa pueroꝝ mēoriam tribuerūt.
Quis enī dubitet multo eē melius habere
bonam mentem: q̄ mēoriam quantalibet
ingentem? Nemo enī malus est qui bonā
habet mētem. Quidam ū pessimi mēoria
sunt mirabili: q tanto peiores sunt: quāto
min⁹ possunt qđ male cogitant obliuisci.
Et tamē Minerua est inter selectos deos:
Mētem aūt deā turba uilis opuit. Quid
de uirtute dicam: qd de fęlicitate: de qb⁹
ī quarto libro plura iam diximus: quas
cū d̄as hērent: nullū eis locū iter selectos
deos dare uoluerūt: ubi dederūt Marti
et Orco uni effectori mortiū alteri recep-
tori? Cum igr̄ in his minutis opibus quę
minutatim diis plurib⁹ distributa sunt:
etiā ipos selectos uideam⁹ tanq̄ senatū cū
plebe piter opari: et inuēiam⁹ a qbusdam
diis q neq̄q̄ seligendi putati sunt: multo
maiora atq; meliora admīstrari: q̄ ab illis
qui selecti uocantur: restat arbitrari non
propter pręstātiores ī mūdo admīstra-
tiones: sed qa prouēit eis ut pplis magis
innotescerent: selectos & pręcipuos nū-
cupatos. Vnde dicit etiam ipe Varro: q̄
diis qbusdam pr̄ibus et deabus mr̄ibus:
sicut hōib⁹ ignobilitas accidisset. Si ergo
fęlicitas ideo fortasse inter selectos deos
esse non debuit: q̄ ad istā nobilitatē non
merito sed fortuitu puenerit: saltem iter
illos uel potius prę illis fortuna poneret̄:
quā dicūt deā non rōnabili dispositiōe: ſʒ
ut temere acciderit sua cuiq; dona cōfer-
re. Hęc ī diis selectis tener̄ apicē debuit:
in qb⁹ maxime qd posset ostendit: qñ eos
uidem⁹ non pręcipua ūtute: non rōnabili
fęlicitate: ſʒ temeraria sicut eoꝝ cultores
de illa sentiūt fortunę potestate selectos.
Nam & uir disertissimus Salustius etiaȝ
ipos deos fortassis actendit cum diceret.
Sed ꝑfecto fortuna in oīni re dominat̄.
ea res cūctas ex libidīe magis q̄ ex uero
cęlebrat obscuratq;. Nō. n. possūt inuēire
cām: cur cęlebrata sit Venus: et obscurata
sit uirtus: cū ab istis ābarū cōsecrata sint
numina: nec cōpanda sint merita. Aut
si hęc nobilitari meruit: q̄ plures appetūt
Venerem q̄ ūtutem: cur cęlebrata est dea

Minerua: et obscurata est dea Pecunia: cũ in genere hũano plures alliciat auaricia q̃ peritia: et in eis ipis qui sunt artificiosi: raro inuẽies hoīem q non hẽat artem suã pecuniali mercede uenalem: plurisq; pendatur semp propter quod aliquid fit: q̃ id propter quod illud fit? Si ergo insipiẽtis iudicio multitudinis facta est deoꝝ ista selectio: cur dea Pecũia Mineruę prelata non est: cum ꝓpter pecuniã sint artifices multi? Si autẽ paucoꝝ sapientiũ est ista distinctio: cur nõ prelata ẽ Veneri ũtus: cũ eam lõge ratio preferat? Saltem certe ut dixi ipa fortuna quę sicut putant qui ei plurimũ tribuũt in omni re dominatꝰ: et res cũctas ex libidie magis q̃ ex uero celebrat obscuratq;: si tm̃ & i deos ualuit: ut temerario iudicõ suo q̃s uellet celebraret: obscuraretq; q̃s uellet: precipuũ locũ haberet in selectis: quę in ipos quoq; deos tam precipuę ẽ potestatis. An ut illic esse nõ posset: nihil aliud etiã ipa fortuna nisi aduersam putanda est habuisse fortunã? Sibi ergo aduersata ẽ: quę alios nobiles faciens nobilitata non est. ¶ Cap. iiii.

GRatulet̃ aũt diis istis selectis q̃sq̃ nobilitatis & claritudinis appetitor: et eos diceret fortunatos: si non eos magis ad iniurias q̃ ad honorẽs selectos uideret. Nam illam infimã turbam ipa ignobilitas texit: ne obrueretur opprobriis. Ridemus quidem cũ eos uidemus figmentis hũarũ opinionũ ptitis inter se opibus distributos: tanq̃ munuscularios uectigaliũ cõductores: uel tanq̃ opifices in uico argentario: ubi unũ uasculum ut perfectũ exeat p multos artifices trãsit: cũ ab uno ꝑfecto pfici posset. Sed aliter nõ putatũ est operantiũ multitudini consulendum: nisi ut singulas artis ptes cito et facile discerẽt singuli: ne omẽs in arte una tarde & difficile cogerentꝰ eẽ pfecti. Verũtamen uix quisq̃ repitur deoꝝ non selectoꝝ: qui aliquo crimine famã traxit infamem: uix aũt selectoꝝ quispiam qui nõ in se notã cõtumelię insignis accepit. Illi ad istoꝝ hũilia opa descenderũt: isti in illoꝝ sublimia crimina non uenerunt. De Iano qdem nõ mihi facile qcq̃ occurrit: quod ad probrũ ptineat. Et fortassis talis fuit ut innocẽtius uixerit: et a facinoribus flagitiisq; remotius. Saturnum fugientem benignus excepit cum hospite partitꝰ ẽ regnũ: ut etiã ciuitates singulas conderẽt: iste Ianiculũ: iste Saturniam. Sed isti in cultu deorũ omnis dedecoris appetitores: cuius uitam minus turpem inuenerũt: eũ simulacri mõstruosa deformitate turparũt. nũc eũ bifrontem: nunc etiã quadrifrontẽ: tanq̃ geminũ faciẽtes. An forte uoluerũt ut quoniã plurimi dii selecti erubescenda ꝑpetrando amiserant frontem: quãto iste innocentior eẽt: tãto frontosior appareret? ¶ Caplm. v.

SEd ipoꝝ potius interpretationes phisicas audiamꝰ: qbꝰ turpitudiẽz miserrimi erroris uelut altioris doctrinę specie colorare conantꝰ. Primũ eas interpretatioẽs sic Varro cõmendat: ut dicat antiquos simulacra deorum & insignia ornatusq; finxisse. Quę cum oculis animę aduertissent hi q adissẽt doctrinę misteria: possent aĩam mũdi ac ptes eius id est deos ueros aĩo uidere. quoꝝ q simulacra specie hoĩs fecerunt hoc uideri secutos: ꝙ mortaliũ aĩmus qui est in corpe humano simillimꝰ est ĩmortalis animi: tanq̃ si uasa ponerentur causa notandoꝝ deoꝝ: et in Liberi ęde enofoꝝ sisteretꝰ qđ significaret uinũ: p id quod continet id qđ continetꝰ: ita p simulacrũ qđ formã hẽret hũanam: significari aĩam rõnalem: ꝙ eo uelut uase natura ista soleat cõtineri: cuius naturę deũ uolũt esse uel deos. Hęc sunt misteria doctrinę quę iste uir doctissimꝰ penetrauerat: unde in lucem ista ꝓferret. Sed o hõ acutissie: nũ in istis doctrinę misteriis illam prudentiã pdidisti: qua tibi sobrie

uisum est: ꝙ hi q primũ poplis simulacra cõstituerũt: et metũ dempserũt ciuib⁹ suis & errorem addiderũt: castiusq; deos sine simulacris ueteres obseruasse romanos? Hi. n. tibi fuerũt auctores: ut hec contra posteriores romãos dicere auderes. Nã et si illi antiquissimi simulacra coluissent: fortassis totum istũ sensum de simulacris non constituendis interim ueri timoris silẽcio premeres: et ĩ huiuscemõi pniciosis uanisq; figmentis misteria ista doctrine loquacius & elatius predicares. Anima tamẽ tua tam docta & ingeniosa: ubi te multũ dolemus p hec misteria doctrine: ad deũ suũ id est a quo facta est non cum quo facta ẽ: nec cui⁹ porcio sȝ cui⁹ cõdicio est: nec q est oĩum aĩma: sed qui fecit oẽm aĩam: quo solo illustrante fit aĩa beata: si eius gracie nõ sit ingrata: nllõ mõ potuit puenire. Verũ ista misteria doctrine q̃lia sint quãtiq; pẽdẽda: que sequunẽ oñdũt. Fatetur interim uir iste doctissimus: aĩaȝ mũdi ac partes eius esse ueros deos. unde intelligiẽ totam eius theologiã eam ipam scilicet naturalem cui plurimum tribuit: usq; ad aĩe rõnalis naturam se extẽdere potuisse. De naturali. n. paucissia prelogẽ in hoc libro: in quo uidebimus utrũ per interpretationes phisiologicas ad hanc naturalem possit referrẽ ciuilem: quam de diis selectis ultimã scpsit. qđ si potuerit: tota naturalis erit. Et qd opus erat ab ea ciuilem tãta cura distinctiois abiũgere? Si aũt recto discrimine sepata est: qñ nec ista uera ẽ que illi naturalis placet: pueñit enĩ usq; ad aĩam: non usq; ad uerũ deum qui fecit & aĩam: quanto est abiectior et falsior ista ciuilis: que maxime circa corpoꝝ est occupata naturã: sicut ipe interpretationes ei⁹ ex qbus quedã necessaria cõmẽorare me oportet: tãta ab his exqsite & enucleate diligẽtia demonstrabũt?

Dicit ḡ idẽ Varro adhuc Ca. vi. de naturali theologia preloquens: deum se arbitrari esse aĩmam mũdi: quẽ greci uocant cosmon: et hũc ipm mundũ esse deũ. Sed sicut hoiem sapientem cũ sit ex corpe et aĩo: tamẽ ab aĩo dici sapientẽ: ita mũdum deũ dici ab aĩo cũ sit ex aĩmo et corpe. Hic uideẽ quoq̃modo confiteri unũ deũ: sed ut plures etiaȝ introducat: adiũgit mũdum diuidi ĩ duas ptes: id ẽ celũ & terram. Et celũ bifariũ ĩ ethera et aera: terram ů in aquã & humũ. E qbus summũ esse ethera: secundũ aera: terciam aquã: infimã terrã. Quas oẽs ptes q̃tuor animarum esse plenas: in ethere & aere ĩmortaliũ: in aqua & terra mortaliuȝ. A summo aũt circuitu celi usq; ad circulum lune ethereas aĩmas esse astra ac stellas: easq; celestes deos non modo intelligi eẽ: sed etiã uideri. Inter lune uero girum & nimboꝝ ac uentoꝝ cacumina aereas esse aĩas: sȝ eas aĩo nõ oculis uideri: et uocari heroas et lares et genios. Hec ẽ uidelicet breuiter in ista prelocutiõe ꝑposita theologia naturalis: que nõ huic tantũ sed & multis pħis placuit. de qua tũc diligenti⁹ disserendum est: cũ de ciuili q̃tũ ad deos selectos attinet: opitulante deo uero qđ restat impleuero. ❡ Capitlm. vii.

Ianus ḡ a quo sumpsit exordiũ: quero qs nã sit. Respõdeẽ mũdus ẽ. Breuis est hec plane atq; apta respõsio. Cur ergo ad eũ dicunẽ rerũ inicia pertinere: fines uero ad alterũ quẽ Terminum uocant? Nam ꝑpter inicia & fines: duobus istis diis duos menses perhibent dedicatos: preter illos decem qb⁹ usq; ad decẽbrem caput est martius: ianuariũ Iano: februarium Termino. Ideo terminalia eodem mense februario celebrari dicunt: cum sit serũ purgatoriũ qđ uocant febrũ: unde mensis nomen accepit. Nunquid ergo ad mũdum q Ianus est inicia rerũ ptinent: et fines non pertinent: ut alter illis deus pficereẽ? Nõne oĩa que in hoc mũdo fieri dicũt: ĩ hoc etiã mũdo termĩari fatenẽ?

Quę est ista uanitas: in ope illi dare potestatem dimidiam: in simulacro faciem duplam? Nonne istum bifrontem multo elegantius interpretarent̃: si eundem & Ianum & Terminũ dicerent: atq; iniciis unã faciem finibus alteram darent: qm̃ q opat̃ utrũq; debet intendere? In om̃i enĩ motu actiõis serię qui nõ respicit iniciũ: non prospicit finem. Vnde necesse est: ut memorię respiciẽti prospiciens cõnectat̃ intẽtio. Nam cui exciderit quod cęperit: quomõ finiat nõ inueniet. Quod si uitam beatam in hoc mũdo inchoari putarent: extra mũdũ pfici: et ideo Iano id ẽ mũdo solam inicioꝝ tribuerent ptãtem: ꝑfecto ei pręponerent Terminum: eumq; a diis selectis non alienarent. Quanq̃ etiã nunc cũ in istis duob⁹ diis inicia rerũ tpalium finesq; tractantur: Termino dari debuit plus honoris. Maior enĩ lęticia est cũ res queq; pficit̃: sollicitudinis aũt plena sunt cępta: donec pducãtur ad finem. quẽ qui aliqd incipit: maxime appetit: intendit. expectat: exoptat. nec de re inchoata nisi termĩnet̃ exultat. ¶ Capitl'm. viii.

Sed iam bifrontis simulacri interpretatio ꝑferat̃. Duas .n. facies añ et retro hẽre dicit̃. ꝙ hiatus noster cũ os apimus mũdo similis uideatur. unde & palatũ gręci ora non orum appellant. et nõnulli inqt poetę latini cęlũ uocauerunt palatũ. a quo hiatu oris et foris eẽ aditũ ad dentes uersus: et introrsus ad fauces. Ecce quo pduct⁹ est mũdus ꝑpter palati nostri uocabulũ: uel gręcũ uel poeticum. Quid aũt hoc ad aĩmam: quid ad uitam ęternã ꝑpter solas saliuas colat̃ hic de⁹: qbus partim gluttiendis ptim expuẽdis: sub cęlo palati utraq; pãdit̃ ianua? Quid est porro absurdius: q̃ in ipo mũdo non inuenire duas ianuas ex aduerso sitas: p quas uel admictat ad se aliqd intro: uel emictat a se foras: et de nr̃o ore et gutture quoꝝ similitudinem mũdus nõ habet: uelle mundi simulacrũ componere Iano: propter solum palatũ cui⁹ similitudinem Ianus non habet? Cum uero eum faciũt quadrifrontẽ: et Ianũ geminũ appellãt: a q̃tuor mũdi ptibus hoc interpretant̃: q̃i aliqd spectet mũdus foras: sicut per oẽs facies Ianus. Deinde si Ianus ẽ mũdus: et mũdus q̃tuor ptib⁹ constat: falsum est simulacrũ Iani. qa Ianus & si q̃drifrons legit̃: nunq̃ tamen q̃dri Ianus inuenitur. Aut si propterea uerũ est: quia etiã noĩe orientis & occidentis totus solet mũdus intelligi: nũqd cũ duas ptes alias noĩamus septentrionis & austri: sicut illum quadrifrontem dicũt geminũ Ianum: ita quisq̃ geminũ dictur⁹ est mũdum? Non habent om̃ino unde quatuor ianuas quę intrantib⁹ & exeũtib⁹ pateant interp̃tent̃ ad mũdi silitudinem: sicut de bifrõte qd̃ dicerent saltem in ore hoĩs inuenerũt. n̄ Neptun⁹ forte subuẽiat et porrigat piscẽ: cui pręter hiatum oris & gutturis etiam dextra et sinistra fauces paterẽt. Et tamẽ hanc uanitatẽ p tot ianuas nulla effugit aĩa: nisi quę audit ueritatẽ dicentem. ego sum ianua. ¶ Capitulum. ix.

Iouem aũt q etiã Iupiter dicitur: quẽ uelint itelligi exponãt. Deus ẽ inqũt habẽs potestatem causarũ: qbus aliquid fit in mũdo. Hoc q̃ magnũ sit nobilissim⁹ Virgilii uersus ille testat̃. Fęlix q potuit rerũ cognoscere cãs. Sed cur ei pręponit̃ Ianus: hoc nob uir ille acutissim⁹ doctissimusq; respondeat. Quoniã penes Ianũ inquit sunt prima: penes Iouem summa. Merito ergo rex oĩum Iupiter habetur. Prima .n. uincunt̃ a summis. qa licet p̃ma pręcedant tpe: summa supant dignitate. Sed recte hoc diceret̃: si prima factorum discernerent̃ & summa. Sicut enĩ iniciũ facti est ꝑficisci: summũ puenire: inicium facti inceptio discendi: summũ perceptio doctrinę: ac sic in om̃ib⁹ p̃ma sunt inicia: summaq; sunt fines. Sed iam hoc negociũ

inter Ianum Terminumq; discussum est. Cause aūt que danť Ioui: efficientia sunt non effecta. Neq; ullo modo fieri potest: ut uel tempoꝛ preuenianť a factis iniciis ue factoꝝ. Semp.n. ꝑor est res que facit: q̃ illa que fit. Quapropter si ad Ianum ꝑtinent inicia factoꝝ: nõ ideo ꝑora sunt efficiẽtib9 causis quas Ioui tribuūt. Sicut enĩ nihil fit: ita nihil ĩchoať ut fiat: quod non faciens causa precesserit. Hunc sane deū penes quẽ sunt oẽs cause factoꝝ oĩm naturarū naturaliūq; rerū: si Iouẽ popłi appellant: et tantis contumeliis tãq; scelestis crimĩatiõib9 colūt: tetriore sacrilegio sese obstringūt: q̃ si ꝓrsus nullū putarent deū. Vnde satius eẽt eis aliū aliquẽ Iouis nomĩe nuncupare: dignum turpibus & flagiciosis honorib9: supposito uano figmento quod potius blasphemarent: sicut Saturno dr̃ suppositus lapis: quẽ ꝓ filio deuoraret: q̃ istū deū dicere et tonantem & adulterantem: et totū mūdū regentẽ: et ꝑ tot stupra diffluẽtem: et naturarum oĩm naturaliūq; rerū cãs summas hñtez: et suas cãs bonas non habentem. Deinde quero quẽ iam locū inter deos huic deo tribuant Ioui: si Ianus est mūdus. Deos enĩ ueros aĩmam mundi ac eius ꝑtes iste definiuit. Ac ꝑ hoc quidq̃d hoc nõ est: nõ est utiq; ꝭm istos uerus d̃s. Num igr̃ ita dicturi sunt Iouem aĩam mūdi: ut Ianus sit corpus eius id ẽ iste uisibilis mūdus? Hoc si dicūt: non erit q̃admodū Ianum deū dicant: q̃m mūdi corpus non est de9 uel ꝭm ipos: sed aĩa mūdi ac partes eius. Vnde idem Varro aptissime dicit deuz se arbitrari esse aĩmam mūdi: et hunc ipm mūdum esse deū: sʒ sicut hoĩem sapiẽtem cū sit ex aĩo & corꝑe: tantū ex aĩmo dici sapientem: ita mūdum deū dici ab aĩmo: cū sit ex aĩmo & corꝑe. Solū itaq; mundi corp9 non est deus. sed aut sola aĩa eius: aut simł corpus & aĩmus. ita tamẽ ut nõ sit a corꝑe sed ab aĩo deus. Si g̃ Ianus est mundus: et de9 est Ianus: nunq̃d Iouem ut deus eẽ possit: aliquam ꝑtem iam esse dicturi sunt? Magis enĩ Ioui uniuersum solent tribuere. unde est illud. Iouis oĩa plena. Ergo et Iouem ut de9 sit: et maxĩe ut rex deoꝝ: non aliū possūt existimare q̃ mūdum: ut in diis ceteris ꝭm istos suis ꝑib9 regnet. In hãc sentẽciam etiã quosdã uersus Valerii Sorani expoĩt idẽ Varro: in eo libro quẽ seorsum ab istis de cultu deorū scͥpsit. Qui uersus hi sunt. Iupiter omĩpotẽs regū rex ipe de9q;. Progẽitor genitrixq; deū. deus unus & oĩs. Exponunť aūt ĩ eodem libro ita. Cum marem existimarent q semen emicteret: feminaz que acciꝑet: Iouemq; eẽ mundū: et eū oĩa semina ex se emictere: et in se reciꝑe: cum causa inq̃t scͥpsit Soran9. Iupiter ꝓgẽitor genitrixq;. nec minus cū causa unum & oĩa eūdem esse. Mūdus enĩ unus: et ĩ eo uno omĩa sunt.

Capitłm. x.

QVm ergo & Ianus mundus sit: et Iupiter mundus sit: unusquisq; sit mūdus: q̃re duo dii sunt Ian9 et Iupiter? Quare seorsum habent templa: seorsum aras: diuersa sacra dissimilia simulacra? Si ꝓpterea q̃a alia uis est ꝑmordiorum alia cãrū: et illa Iani & illa Iouis nomẽ accepit: nunq̃d si unus homo in diuersis rebus duas habeat potestates: aut duas artes: q̃a singularū diuersa uis est: ideo duo iudices: aut duo dicūtur artifices? Sic ergo & unus d̃s: cū ipe hẽat ꝑtãtem ꝑmordioꝝ: ipe causarū: num ꝓpter hoc illū duos deos eẽ necesse est putari: quia ꝑmordia causeq; res due sunt? Quod si hoc iustū putant: etiã ipm Iouem tot d̃os esse dicant quotquot ei cognoĩa propter multas potestates dederūt. q̃m res omẽs ex quibus illa cognomina sunt adhibita: multe atq; diuerse sunt: ex quib9 pauca commemoro.

Capitłm. xi.

DIxerĩt eū uictorẽ inuictū: opitulū: impulsorẽ: statutorẽ: stabilitorẽ:

supínalem : tigillum : alumnum : rumínũ . et alia que ꝑ se ꝓsequi longũ est. Hec aũt cognoĩa imposuerᷓt uni deo ꝓpter causas potestatesq; diuersas : non tamẽ propter tot res etiã tot deos eũ esse coegerunt : ꝙ oĩa uínceret : ꝙ a nemĩe uínceretᷓ : ꝙ opẽ índigẽtibus ferret : ꝙ haberet impellẽdi : statuẽdi : stabiliendi resupínãdi ptãtem : ꝙ tanq̃ tigillus mundũ cc.ineret ac sustineret : ꝙ aleret oĩa : ꝙ ruma id est mãma aleret aĩalia. In his ut aduertim⁹ quedaƺ magna sunt. quedam exigua : et tñ unus utraq; facere ꝓhibetᷓ. Puto inter se ꝓpínquiora esse causas rerũ atq; primordia : ꝓpter quas res unũ mundũ duos deos esse uoluerũt Iouem atq; Ianũ : q̃ cõtinere mundũ et mãmam dare aĩalibus. nec tñ ꝓpter hec duo opera tã longe inter se ui & dignitate diuersa : duo dii esse cõpulsi sũt : sed un⁹ Iupiter. ꝓpter illud Tigill⁹ : propter hoc Ruminus appellat⁹ ẽ. Nolo dicere ꝙ aĩalibus mãmam prebere sugẽtib⁹ magis Iunonẽ potuit dicerᷓ q̃ Iouem. presertim cũ esset etiã diua Rumĩa : que ĩ hoc opus adiutoriũ illi famulatũue prebent. Cogito enĩ posse respõderi : & ipam Iunonẽ nihil aliud esse q̃ Iouem : secundũ illos Valerii Sorani uersus : ubi dictũ ẽ : Iupiter omnipotẽs regũ rex ipe deusq;. Progenitor genitrixq; deũ. Quare ergo dictus ẽ & Rumínus : cũ diligẽtius fortasse querẽtibus ipse inueniatᷓ esse etiã illa Diua Rumína? Si enim maiestate deoꝝ recte uidebatᷓ indignum : ut in una spica alter ad curã geniculi : alter ad folliculi ꝑtineret : q̃to ẽ indigni⁹ unaƺ rẽ infimã id est ut mãmis alantur aĩalia : duoꝝ deoꝝ potestates curare : quoꝝ sit unus Iupiter rex ipe cũctoꝝ : et hoc agat nõ saltẽ cum cõiuge sua : ſƺ cũ ignobili nescio q̃ Rumĩa : nisi quia ipe est etiam ipsa Rumína : ipse Rumínus? Rumínus fortasse pro sugẽtibus marib⁹ : Rumĩa pro femĩs. Dicere q̃ppe uoluissem illos Ioui femĩnũ nomẽ ĩponerᷓ : nisi & ĩ illis uersib⁹. Progenitor genitrixq; diceretᷓ : et ĩter alia eius cognomĩa legerẽ : ꝙ etiã pecunia uocaretur. quã deam ĩter illos munuscularios ĩuenimus : ut in q̃rto libro iã cõmẽorauim⁹. Sed cũ & mares & femĩe hẽant pecuĩaƺ : cur nõ & pecunia et pecuĩus appellat⁹ sit : sicut Rumína & Rumĩus ipi uiderint.

Quam uero elegãter ❡ Cap. xii.
racionẽ hui⁹ noĩs reddiderunt : & pecunia inquiunt uocatᷓ : ꝙ eius sint omĩa. O magnã racionẽ diuini noĩs : imo uero ille cui⁹ sunt oĩa : uilissime & contumeliosissime pecunia nũcupatᷓ. At omĩa Iouis sunt que celo & terra cõtinentᷓ : inter que et ipsa pecunia in oĩbus oĩno rebus : que ab homĩbus noĩe pecunie possidentᷓ. Sed nimirũ hoc auaricia Ioui nomẽ ĩposuit. ut quisq; amat pecuniã : nõ quẽlibet deũ ſƺ ipsum regem oĩm sibi amarᷓ uideatur. Longe aũt aliud esset : si diuicie uocaretᷓ. Aliud nãq; sunt diuicie : aliud pecunia. Nam dicimus diuites sapientes : iustos : bonos : q̃bus pecuĩa ulᷓ nulla ẽ ulᷓ parua. Magis enĩ sunt uirtutibus diuites : per q̃s eis etiã ĩ ipis corpaliũ rerũ necessitatib⁹ : satis est q̃d adest. Pauperes uero auaros dicimus : sꝑ inhiãtes & egẽtes. Quãlibet enĩ magnas pecuĩas habere possunt : ſƺ in earum q̃tacũq; abundantia nõ egere non possũt. Et deum ipm uerũ recte dicimus diuitẽ : nõ tñ pecuĩa ſƺ oĩpotẽtia. Dicũtur itaq; & diuites pecuĩosi : ſƺ interius egeni si cupidi. Item dicuntᷓ pauperes pecunia carẽtes : sed interius diuites si sapientes. Qualis ĝ ista theologia debet eẽ sapiẽti : ubi rex deoꝝ eius rei nomẽ accepit : quaƺ nemo sapiẽs cõcupiuit? Quãto. n. facili⁹ : si aliq̃d hac doctrina q̃d ad uitã ꝑtineret eternam salubriter disceretᷓ : deus mũdi rector nõ ab eis pecuĩa ſƺ sapĩa uocaretᷓ : cui⁹ amor purgat a sordib⁹ auaricie : hoc est ab amore pecunie. ❡ Ca. xiii.

Sed quid de hoc Ioue plura : ad quẽ

fortasse ceteri referēdi sunt: ut manis remaneat deoꝝ opinio plurimoꝝ: cum hic ipe sit oēs. siue quā ptes eius uł potestates existimanť: siue cū uis aīę quā putāt per cūcta diffusam: ex ptibꝯ molis huiꝯ in quas uisiblis mūdus iste cōsurgit: et multiplici admīstratiōe naturę quasi pluriū deoꝝ noīa accepit? Quid ē.n. Saturnꝯ? Vnus inqt de pncipibꝯ deus: penes quē sationū oīum dn̄atus est. Nōne expositio uersuū istorū Valerii Sorani sic se habet. Iouē eē mūdū et eū oīa semia ex se emictere & i se recipere? Ipse est ğ penes quē sationum oīm dn̄atus est. Quid ē Genius? Deus ē inqt qui prepositꝯ est: ac uim habet oīum rerū gignēdaꝝ. Quē aliū hāc uim hr̄e credūt q̄ mundū: cui dictū est. Iupiter oīpotens ꝓgēitor gēitrixq;. Et cū alio loco Geniū dicit eē uniuscuiꝯq; aīm rōnalem: et iō eē singulos singłoꝝ: talē aūt mūdi aīm deū eē: ad hoc idem utiq; reuocat: ut tāq̄ uniuersalis geniꝯ ipe mūdi aīmꝯ esse credať. Hic ē ğ quē appellāt Iouē. Nā si oīs geniꝯ d̄s: et omis uiri aīmꝯ genius: sequiť ut sit oīs uiri aīmꝯ d̄s. Quod si & ipos abhorrere absurditas ipa cōpellit: restat ut eū singulariter & excellēter dicant deū genium: quē dicūt mūdi aīm: ac ꝑ hoc Iouē.

Ercuriū ū et Martem ⁋ Ca.xiiii.

Mercuriū ū et Martem quō referrent ad aliqs ptes mūdi: et opa dei quę sunt in elemētis nō inuenerūt: et iō eos saltem opibꝯ hoīm ꝑposuerť sermocinandi & belligerandi ministros. Quoꝝ Mercurius si sermonis etiā deorū ptātem gerit: ipi quoq; regi deoꝝ dn̄ať: si ꝭm eius arbitrium Iupiter loquiť: aut loq̄ndi ab illo accipit facultatē. quod utiq; absurdū est. Si aūt illi hūani tm̄ sermoīs ptās tributa ꝑhibeť: non est credibile ad lactādos māma non solū pueros sed etiā pecora: unde Rumīnus cognoīatus est: Iouē descēdeť uoluisse: et curā nr̄i ꝭmoīs q̄ pecoribꝯ añcellimꝯ ad se ptineť noluisse. Ac ꝑ hoc idem ipe ē Iouis atq; Mercuriꝯ. Quod si sermo ipse dr̄ esse Mercuriꝯ: sicut illa quę de eo interpretanť ondūt. Nam ideo Mercuriꝯ quasi mediꝯ currēs dr̄ appellatus: ꝙ sermo currat inter hoīes mediꝯ: Ideo Hermes grece qd̄ sermo uł interp̄tatio quę utiq; ad ꝭmonē ptinet hermeiaꝫ diciť: ideo et mercibus pręesse quia inter uendētes et ementes sermo fit medius: iō alas ei in capite & pedibꝯ ponūt: uolētes significare uolucrē ferri ꝑ aera sermonē: ideo nunciū dictū: qm̄ ꝑ sermonem oīa cogitata enuncianť. Si ğ Mercurius ipse sermo est: etiā ipis confitentibꝯ deꝯ nō est. ſꝫ cū sibi deos faciūt eos q demones sunt: inmūdis supplicādo spiritibꝯ possidenť ab eis: q non dii ſꝫ dęmoēs sunt. Item qa nec Marti aliqd̄ elementū uel partem mūdi inuēire potueŕt: ubi ageret opa q̄liacūq; naturę: deū belli eē dixerūt. qd̄ opus est hoīm & optabile eis nō est. Si ergo pacē ꝑpetuā fęlicitas daret: Mars qd ageret nō hēret. Si aūt ipm bellū est Mars sicut sermo Mercurius: utinā q̄ māifestū est ꝙ nō sit d̄s: tam nō sit & bellū: qd̄ uel falso uocetur deus. ⁋ Capitłm.xv.

Nisi forte illę stellę sunt ibi: quas eoꝝ appellaueŕ noībꝯ. Nam stellā q̄dā uocāt Mercuriū: q̄dam itidem Martem. Sed ibi est & illa quā uocāt Iouem. et tñ eis mūdus ē Iouis. Ibi quā uocāt Saturnum: et tamē ei pręter eā dant nō ꝑuam substantiā: oīum uidelꝫ seminū. Ibi est & illa oīm clarissima quę ab eis appellatur Venus: et tñ eandē Venerem eē etiā lunā uolūt. Quāuis de illo fulgētissimo sidere apd̄ eos tanq̄ de malo aureo Iuno Venꝯq; contendāt. Luciferū.n. quidam Veneris: qdam dicūt eē Iunonis. ſꝫ ut solet Venus Iunonē uincit. Nā multo plures eā stellā Veneri tribuūt. ita ut uix eoꝝ quisq̄ repiať q aliud opineť. Quis autē non rideat cū regē oīm dicāt Iouem: ꝙ stella eiꝯ a stella Veneris tāta uinciť claritate? Tanto.n. eē debuit ceteris illa fulgētior: q̄to est ipse

potentior. Respondent ideo sic uideri: qa
illa que putat̃ obscurior supior est: atq̧ a
terris longe remotior. Si g̃ supiorẽ locuz
maior dignitas meruit: q̃re Saturn⁹ ibi ẽ
Ioue supior? An uãitas fabule que regẽ
Iouẽ facit: nõ potuit usq̧ ad sidera pueiṙ:
et qđ nõ ualuit Saturn⁹ in regno suo neq̧
in capitolio: saltẽ est pmissus obtinere in
celo? Quare aũt Ianus nõ accepit aliquã
stellã: si ppterea qa mũdus ẽ & oẽs ĩ illo
sunt: et Iouis mũdus est: et habet tñ? An
iste cãm suã cõposuit ut potuit: et p una
stella quã non hẽt inter sidera: tot facies
accepit in terra? Deinde si ppter solas
stellas mercuriũ & martem ptes mundi
putãt: ut eos deos hr̃e possint: quia utiq̧
ſmo et bellũ non sunt ptes mũdi sȝ actus
hoim: cur arieti et tauro & cãcro et scor-
pioni: ceterisq̧ hui⁹mõi que celestia signa
numerãt: et stellis nõ singlis sȝ et singula
pluribus⁹ constant: supiusq̧ istis in summo
celo phibẽt collocata: ubi constãtior mot⁹
ferrabilem meatũ siderib⁹ prebet: nullas
aras: nulla sacra: nulla tẽpla fecerũt: nec
đos nõ dico inter hos selectos: sȝ nec iter
illos qdẽ q̃i plebeios hũerũt? ¶ Ca. xvi.

APollinem quãuis diuinatorem &
medicũ uelint: tñ ut ĩ aliqua parte
mũdi statuerẽt: ipm etiã solem eẽ dixerṫ.
Dianãq̧ germanã eius similiter lunã: &
uiis presidere: unde & uirginẽ uolũt: q
uia nihil pariat: et ideo ambos sagictas
hẽre: q ipa duo sidera de celo radios usq̧
terras ptendant. Vulcanũ uolunt ignem
mũdi: Neptunũ aquas mũdi: Ditem prẽȝ
hoc est Orcũ: terrenaȝ & infimã partem
mũdi. Liberũ & Cererẽ preponũt semi-
nibus: uel illũ masculinis illã feminis: uł
illũ liquori illã uero ariditati seminũ. Et
hoc utiq̧ totũ refert̃ ad mundũ id est ad
Iouem: q ppterea dictus est progenitor
genitrixq̧: q oĩa semina ex se emicteret
et in se recipet. Quando qdem etiã matrẽ
magnã eãdem Cererem uolũt: quã nihil
aliud dicunt esse q̃ terram. eamq̧ phibẽt
& Iunonẽ. Et iõ ei secundas cãs tribuũt
reȝ: cũ tñ Ioui sit dictũ pgẽitor gẽitrixq̧
deũ: qa ſm eos totus iste mũdus ẽ Iouis.
Mineruã etiã qa eã hũanis artib⁹ prepo-
suerũt: nec inuenerũt uel stellã ubi eã po-
nerent: eãdem uel summũ ethera uel etiã
lunã eẽ dixerũt. Vestã q̃q̧ ipam ppterea
dearũ maxiaȝ putauerũt: q ipa sit terra:
q̃uis ignẽ mũdi leuiorẽ q ptineat ad usus
hoim facilẽ non uiolentiorẽ q̃lis Vulcani
est: ei deputandum eẽ crediderũt. Ac per
hoc oẽs istos selectos deos hũc eẽ mũduȝ
uolũt: in qbusdã uniuersum: in qbusdaȝ
partes eius. uniuersum sicut Iouem: ptes
eius ut geniũ: ut mr̃em magnã: ut solem:
ut lunam: uel potius Apollinẽ et Dianã.
Et aliquãdo unũ deum res plures: aliqñ
unam rem deos plures faciũt. Nam un⁹
deus res plures sunt: sicut ipe Iupiter. Et
mundus enĩ totus Iupiter: et solũ celum
Iupiter: et sola stella Iupiter habetur &
dicit̃. Itemq̧ Iuno secũdarũ cãrum dña:
& Iuno aer: et Iuno terra: et si Venerem
uinceret: Iuno stella similiter. Minerua
summus ether: et Minerua itidem luna:
quã esse ĩ etheris infimo limite existimãt.
Vnã ũ rẽ đos plures ita faciũt. Et Ian⁹
ẽ mũdus & Iupiter. Sic et Iuno ẽ terra:
et mater magna et Ceres. Et sicut hec que
exẽpli gr̃a cõmẽoraui: ita & cetera nõ ex-
plicant: sȝ poti⁹ implicãt. Sicut ĩpet⁹ erra-
bunde opĩonis ĩpulerit: ita huc atq̧ illuc:
hinc atq̧ illinc insiliunt et resiliũt: ut ipse
Varro de omnibus dubitare: q̃ aliquid
affirmare maluerit. ¶ Caplm. xvii.

IAm ut triũ extremoȝ pmũ cuȝ de
diis certis absoluissȝ librũ: ĩ altero
de diis ĩcertis dicere ingr̃ssus ait. Cũ ĩ hoc
libello dubias de diis opĩones posuero:
rephẽdi non debeo. Qui. n. putauit iudi-
cari oportere & posse: cũ audierit faciet
ipe. Ego citius perduci possum ut in pmo
libro que dixi in dubitationem reuocem:

q̃ in hoc quę perscribam om̃ia ad aliquaʒ
dirigam summã. Ita non solũ istũ de diis
incertis: sʒ etiã illũ de certis fecit incertũ.
In tercio porro isto de diis selectis postea
q̃ prelocutus est: ꝙ ex naturali theologia
preloq̃dũ putauit: ingressur9 hui9 ciuilis
theologię uãitates & insanias mẽdaces:
ubi eũ nõ solũ non ducebat rerũ ueritas:
sed etiam maioꝝ premebat auctoritas:
de diis inqt popli romani publicis qbus
ędes dedicauerũt: eosq; pluribus signis
ornatos notauerũt: in hoc libro scribam.
quę ipse insinuare conat̃: et ideo ueritas conantem non sequit̃. Et si ipsa eent: tñ aię rationali ea quę infra illã naturę ordine cõstituta sunt: pro deo suo coleda nõ eent. nec sibi debuit preferr̃ tanq̃ deos: eas res qbus ipsam pretulit uerus deus. et ea quę Numa Põpilius reuera ad sacra eiusmõi ptinentia secũ sepeliẽdo curauit abscõdi: et aratro eruta senatus iussit incendi. In eo genere sunt etiã illa ut aliqd de Numa mitius suspicemur: quę Alexãder Macedo scribit ad mr̃em: sibi a magno ãtistite sacrorum̨ egiptiorum̨ quodã leone patefacta: ubi non Picus & Faunus: et Aeneas & Romulus: ul' etiã Hercules & Esculapius: et Liber Semelanatus & Tyndaridę fr̃es: et siqs alios ex mortalibus pro diis habent: sed ipsi etiã maiorũ gentiũ dii: quos Cicero i tusculanis tacitis nõibus uidet̃ actingere. Iupiter: Iuno: Saturnus: Vulcanus: Vesta: & alii plurimi qs Varro conat̃ ad mũdi partes siue elemẽta transferre: hoẽs fuisse produnt̃. Timens eniz & ille q̃si reuelata misteria: petens admonet Alexandrum: ut cũ ea mr̃i conscripta insinuauerit: flãmis iubeat concremari. Non solum ergo ista quę duę theologię continent fabulosa scilicet et ciuilis: platõicis ph̃is cedant q uerum deũ & rerũ auctorẽ: et ueritatis illustratorẽ: et beatitudinis largitorẽ eẽ dixer̃t: sed alii quoque ph̃i q corpalia naturę pncipia corpi deditis mentibus opinati sunt. cedãt his tantis et tanti dei cognitoribus ueris: ut Thales in hũore: Anaximenes i aere: stoici in igne: Epicurus in athomis: hoc ẽ minutissĩs corpusculis quę nec diuidi nec sentiri queunt. Et qcũq; alii quorum̨ enumeratiõi imorari nõ est necesse. siue simplicia siue coniũcta corpa: siue uita carẽtia siue uiuentia: sed tamen corpa: cãm pncipiũq; rerũ esse dixerũt. Nam qdam eorum̨ a rebus non uiuis res uiuas fieri posse crediderũt: sicut epicurei. Quidam uero a uiuẽte quędã uiuẽtia quędam nõ uiuentia: sed tñ a corpe corporea. Nam stoici ignem id est corpus unũ ex his q̃tuor elemẽtis qbus uisibilis mũdus hic cõstat: et uiuentẽ & sapientẽ et ipsius mundi fabricatorẽ: atq; oĩm quę sunt in eo: eũq; oĩo ignẽ eẽ deũ putauer̃t. Hi & ceteri similes eorũ id solũ cogitare potuerũt: qđ cũ eis corda eorũ obstricta carnis sensibus fabulata sunt. In se qppe habebant quod nõ uidebant: et apud se imaginabant̃ qđ foris uiderãt etiam qñ non uidebant: sed tñmõ cogitabãt. Hoc aũt in conspectu talis cogitatiõis iam nõ est corpus sed silitudo corpis: illđ autem unde uidetur in aĩo hęc silitudo corpis: nec corpus ẽ nec silitudo corpis: et unde uidetur atq; utrũ pulcra an deformis sit iudicatur: profecto est melius q̃ ipsa quę iudicat̃. Hęc mens hoĩs et ipsa rõnalis aię natura est: quę utiq; corpus nõ est: si iam illa corpis similitudo cũ i aĩmo cogitãtis aspicit̃ atq; iudicat̃: nec ipsa corpus est. Non est ergo nec terra: nec aqua: nec aer: nec ignis: qbus q̃tuor corpibus quę dicunt̃ q̃tuor elementa: mũdũ corporeũ uidemus esse cõpactũ. Porro si noster aĩus corpus non est: quõ deus creator aĩmi corpus est? Cedant ergo & isti ut dictũ est platonicis: cedant et illi qs qdem puduit dicere deũ corpus eẽ: uerũtamẽ eiusdem naturę cuius ille est aĩos nr̃os eẽ putauerũt. Ita nõ eos mouit tanta mutabilitas aĩmę: quam dei naturę tribuere nefas ẽ. Sed dicũt corpe mutat̃ aię natura. nam p seipam incõmutabilis est. Poterãt isti dicer̃ corpe aliquo uulnerat̃. nam p seipam inuulnerabilis ẽ. Prorsus qđ mutari nõ põt: nulla re põt. Ac per hoc qđ corpor̃ mutari põt: aliqua re potest. et ideo incõmutabile recte dici non potest.

Capitulum. vi.

Viderunt ergo isti ph̃i quos ceteris non inmerito fama atq; glia prelatos uidemus: nllm corpus esse deũ: et ideo cũcta corpa transcenderũt quęrẽtes deũ. Viderũt qdqd mutabile ẽ non eẽ summũ

deum: et ideo omnem aīam mutabilesq;
oēs spūs transcenderūt querētes summū
deum. Deinde uiderūt oēm spetiem in re
quacūq; mutabili: que est qdquid illd̄ est:
quoq̄modo & q̄liscūq; natura est: non esse
posse n̄ ab illo qui uere est. qui & incom-
mutabiliter est. Ac per hoc siue uniuersi
mūdi corp9: figuras: q̄litates: ordīatūq;
motū: et elementa disposita a celo usq; ad
terram: et quecunq; corpa in eis sunt: siue
oēm uitā: ul' que nutrit & continet q̄lis ē
in arboribus: uel que & hec hēt et sentit
qualis est ī pecoribus: uel que & hec hēt
& intelligit qualis est in hoībus: uel que
nutritorio subsidio nō indiget s; tantum
cōtinet sentit et intelligit q̄lis ē in anglis:
nisi ab illo eē nō posse q simpliciter est: qa
non aliud illi est eē aliud uiuere: q̄i possit
eē non uiuēs: nec aliud illi ē uiuere aliud
intelligere: q̄si posset uiuere nō intelligēs:
nec aliud illi ē intelligere aliud beatū eē:
quasi possit intelligere & nō beatus esse:
Sed quod ē illi uiuere: intelligere: beatū
esse: hoc est illi esse. Propter hāc incōmu-
tabilitatem & simplicitatem: intellexerūt
eū & omīa ista fecisse: et ipm a nullo fieri
potuisse. Considerauerūt enī qdqd est uel
corpus eē ul' uitam: meliusq; aliqd uitam
esse q̄ corpus: spēmq; corpis eē sensibilem
intelligibilemq; uite. Proinde ītelligibilē
spēm sensibili pretulerūt. Sensibilia dicim9:
que uisu tactuq; corporis sentiri queunt:
intelligibilia que conspectu mētis ītelligi
possūt. Nulla est. n. pulcritudo corpalis:
siue in statu corpis sicut est figura: siue in
motu sicut est cantilena: de qua nō aīmus
iudicet. quod pfecto nō posset: n̄ melior
in illo eēt hec spēs sine tumore molis: sine
strepitu uocis: sine spatio uel loci ul' tpis.
Sed ibi quoq; nisi mutablīs eēt: nō alius
alio melius de specie sensibili iudicaret.
melius īgeniosior q̄ tardior: meli9 pitior
q̄ impitior: melius exercitatior q̄ minus
exercitatus. Et idem ipse unus cū pficit:

melius utiq; postea q̄ prius. Quod autē
recipit maius & minus: sine dubitatione
mutabile est. Vnde ingeniosi & docti: et
in his exercitati hoīes facile collegerūt nō
eē in eis rebus pmā spēm: ubi mutablītas
esse conuincitur. Cum igr̄ in eoꝝ cōspectu
et corpus & aīus magis min9q; speciosa
essent: et si omī spetie carere possent oīno
nulla eēnt: uiderūt esse aliqd ubi pma eēt
incōmutablīs spēs: et ideo nec compabil'.
atq; ibi esse rerū pncipiū rectissime credi-
derūt. quod factū non eēt: et ex quo fcta
cuncta essent. Ita quod notum est dei ipe
mālfestauit eis: cū ab eis inuisibilia eius
per ea que facta sunt intellecta cōspecta
sunt: sempiterna q̄q; uirtus ei9 et diuitas:
a quo etiā uisiblīa et tēpalia cūcta creata
sunt. Hec de illa parte quā phisicam id est
naturalē nūcupāt dicta sunt. ¶ Ca. vii.

Quod autem actinet ad doctrinā
ubi altera pars uersat̄ que ab eis
logica id est rationalis uocat̄: absit ut his
compandi uideant̄ qui posuerūt iuditiū
ueritatis ī sensib9 corpis: eorūq; infidis et
fallacib9 regulis oīa que discunt̄ metiēda
esse censuerunt. ut epicurei & quicūq; alii
tales: ut etiā ipi stoici. Qui cū uehemēter
amauerint sollertiā disputandi quā dia-
lecticam noīant: a corporis sensibus eam
ducēdam putarūt. Hinc asseuerātes aīm
concipe notioēs quas appellāt ennoyas:
eaꝝ rerū scil; quas diffiniendo explicāt:
hinc ppagari atq; cōnecti totam discēdi
docendiq; rōem. Vbi ego multum mirari
soleo. cū pulcros dicāt non eē n̄ sapiētes.
qbus sensibus corpis istā pulcritudinem
uiderint: qualibus oculis carnis formā
sapientie decusq; cōspexerint. Hi ū quos
merito ceteris anteponimus: discreuerūt
ea que mente conspiciunt̄ ab his que sen-
sibus actingunt̄: nec sensib9 adimētes qd
possūt: nec eis dātes ultra q̄ possūt. lumē
aūt mentiū esse dixerūt ad discenda oīa:
eūdemq; ipm deū a quo facta sunt omīa.

Reliqua ē pars moralis ¶Ca.viii.
quā greco uocabulo dicūt ethicā.
ubi queriť de summo bono: quo referētes
oīa que agimus. et qd nō ꝑpter aliud sed
ꝑpter seipm appetētes: idq; adipiscētes
nihil quo beati simus ulterius requiramus.
Ideo quippe & finis ē dictus: quia ꝑpter
hunc cetera uolumus: ipsum aūt non nisi
propter ipm. Hoc ergo beatificū bonum
alii a corpe: alii ab aīmo: alii ab utroq; in
hoīe esse dixerūt. Videbant quippe ipsum
hoīem constare ex aīmo et corpe. et ideo
ab alterutro istoꝝ duorū: aut ab utroq;
bene sibi posse esse credebāt: finali quodā
bono quo beati eēnt: quo cūcta que age-
bant referrent: atq; id cū forent adepti:
quo referēdum esset non ultra quererent.
Vnde illi q dicunť addidisse terciū gen9
bonoꝝ quod appellať extrinsecus: sicuti
est honor: glia: pecunia: et siqd hui9mōi:
nō sic addiderūt ut finale eēt id ē ꝑpter
seipm appetēdum: sed ꝑpter aliud bonū
quo eēt hoc genus bonū bonis: malū aūt
malis. Ita bonū hoīs qui uel ab aīo uel a
corpore: uel ab utroq; expetiuerūt: nihil
aliud q̄ ab hoīe expetendū eē putauerūt.
Sed q id appetiuerūt a corpore: a parte
hoīs deteriore: qui uero ab aīmo a parte
meliore: qui aūt ab utroq; a toto homīe.
Siue ergo a parte qlibet: siue a toto hoīe:
non nisi ab homīe. Nec iste differēte quā
tres sunt: ideo tres sed multas dissensio-
nes phoꝝ sectasq; fecerūt. qa & de bono
corpis & de bono aī: et de bono utriusq;
diuersi diuersa opinati sunt. Cedant igr
hi omēs illis phis qui non dixerūt beatū
esse homīnē fruētem corpore uel fruentē
aīmo: sed fruētem deo: non sicut corpore
uel seipo aīmus: aut sicut amico amicus:
sed sicut luce oculus. Si aliquid ab his ad
illas similitudines afferēdum est: quod
uel quale sit: si ds ipse adiuuerit alio loco
quantū per nos fieri poterit apparebit.

Capitulum. ix.

Hunc satis sit cōmemorare Platonē
determinasse finem boni esse scdm
uirtutem uiuere: et ei soli euenire posse q
noticiam dei habeat & imitatonē: nec eē
aliā ob causam beatū. Ideoq; nō dubitat
hoc eē philosophari: amare deū cui9 natu-
ra sit incorpalis. Vnde utiq; colligiť: tunc
fore beatum studiosum sapiētie. id enī est
phus cū frui deo ceperit. Quāuis enī nō
continuo beatus sit q eo fruiť qd amat:
multi. n. amando ea que amāda non sunt
miseri sunt: et miseriores cū fruunť: nēo
tamē beatus est: qui eo qd amat nō fruiť.
Nam & ipi qui res non amādas amant:
non se beatos eē amādo putant s; fruēdo.
Quisqs ergo fruiť eo quod amat: uerūq;
et summū bonū amat: quis eū beatū nisi
miserrimus negat? Ipsum aūt uerum ac
summū bonū Plato dicit deū. unde uult
esse phm amatorem dei. ut quoniā phia
ad beatam uitā tendit: fruēs deo sit btūs
qui deū amauerit. Quicūq; igr phi de dō
summo & uero ista senserūt: q et rerum
creataꝝ sit effector: et lumē cognscendaꝝ:
& bonū agēdarū: q ab illo nob pncipiū
sit nature: et ueritas doctrine: et felicitas
uite. siue platonici accōmodatius nuncu-
pentur: siue qdlibet aliud secte sue nomen
imponant: siue tm̄mō yonici generis qui
in eis precipui fuerūt ista senserint: sicut
idem Plato & q eū bene intellexerūt: siue
etiā italici ꝑpter Pytagoram & pytago-
reos: et si qui forte alii eiusdem sententie
in id idem fuerūt: siue aliaꝝ quoq; gētiū
qui sapientes uel philosophi habiti sunt:
athlantici: libici: egiptii: indi: perse: chal-
dei: scite: galli: hispani: aliiq; reperiūtur
qui hoc uiderint ac docuerint: eos omēs
ceteris anponimus: eosq; nobis ꝑpinquo-
res fatemur. Quāuis enī homo xp̄ianus
lrīs tm̄ ecclesiasticis eruditus: platōicoꝝ
forte nomē ignoret: nec utrū duo genera
phoꝝ extiterint i greca lingua yonicoꝝ
et italicoꝝ sciat: non tamen ita surdus est

in rebus humāis: ut nesciat philosophos
uel studiū sapientię: uel ipam sapientiam
profiteri. Cauet eos tamē qui ſm elemēta
hui⁹ mūdi phant: non ſm deū a quo ipse
factus est mūdus. Admonet.n. precepto
apostolico: fideliterq; audit qđ dictū est.
Cauete ne qs uos decipiat p philosophiā
et inanem seductioēm: ſm elemēta mūdi.
Deinde ne omēs tales eē arbitret: audit
ab eodem aplō dici de qbusdam: quia qđ
notū est dei manifestū est in illis: deus.n.
illis māifestauit. Inuisibilia eni eius a cō-
stitutōe mūdi: p ea quę fcā sunt itellcā
conspiciunt. sempiterna quoq; uirtus ei⁹
et diuinitas. Et ubi atheniēsibus loquēs:
cum rem magnā de deo dixisset: et quę a
paucis posset intelligi: q in illo uiuim⁹ &
mouemur et sumus: adiecit & ait: sicut et
uestri qdam dixerūt. Nouit sane etiā ipos
in qbus errant cauere. Vbi.n. dictum est
q per ea quę facta sunt ds illis māifesta-
uit intellectu conspitiēda inuisibilia sua:
ibi etiaʒ dictū est non illos ipm deū recte
coluisse. qa et aliis reb⁹ qb⁹ nō oportebat:
diuinos honores illi uni tantum debitos
detulerūt. qm cognoscētes deū non sicut
deū glorificauerūt aut grās egerunt: sed
euanuerūt in cogitatōibus suis: et obscu-
ratū est insipiens cor eoꝝ. Dicentes eni se
sapientes esse stulti facti sunt: et immuta-
uerunt gloriam incorruptibilis dei in si-
militudiem imaginis corruptibilis hoīs:
et uolucrū: et quadrupedū: et serpentiuʒ.
ubi et romanos & grecos et egiptios: qui
de sapiētię noīe gloriati sunt fecit itelligi.
Sed de hoc cū istis postmodū disputabi-
mus. In quo aūt nobis consentiūt de uno
deo hui⁹ uniuersitatis auctore: q nō solū
sup oīa corpora est incorpeus: uerū etiā
sup omēs aīas incorruptiblis: pncipium
nostrū: lumē nostrū: bonū nostrū: in hoc
eos & ceteris anponimus. ¶ Caplm.x.

H Ec si lrās eorū xpianus ignorans:
uerbis quę nō didicit i disputatōe
non utitur: ut uel naturalē latine: ul' phi-
sicam grece appellet eam ptem in qua de
inqsitione naturę tractat: et rōnalem siue
logicam i qua querit quo nā mō ueritas
percipi possit: et moralem uel ethicam in
qua de moribus agit: bonorūq; finibus
appetēdis: maloꝝq; uitandis: ideo nescit
ab uno uero deo atq; optimo: et naturaʒ
nobis eē qua fcti ad eius imaginē sum⁹:
et doctrinam qua eū nosq; nouerimus: et
grām qua illi coherendo beati sum⁹. Hęc
itaq; causa ē cur istos ceteris preferam⁹:
quia cū alii phi ingenia sua studiaq; con-
triuerint in regrendis rerū causis: et qui
nam eēt modus discendi atq; uiuēdi: isti
deo cognito repperunt ubi eēnt & causę
constitutę uniuersitatis: et lux ppiendę
ueritatis: et fons bibendę fęlicitatis. Siue
ergo isti platōici: siue qcūq; alii q̄rūlibet
gentiū phi de deo ista sentiunt: nobiscum
sentiunt. Sed ideo cum platonicis magis
placuit hanc cām agere: qa eorū sunt lrę
notiores. Nam & greci quorū lingua in
gentib⁹ pręminet: eas magna prędicatōe
celebrarūt: et latini pmoti eaꝝ uel excellē-
tia uel glīa uel grā: ipas libenti⁹ didicerūt:
atq; i nrm eloquiū transferēdo nobiliores
clarioresq; fecerunt. ¶ Caplm.xi.

M Irantur aūt qdam nobis in christi
grana sociati: cū audiūt ul' legunt
Platonem de deo ista sensisse: quę multū
cōgruere ueritati nrę religiōis agnoscūt.
Vnde nōnulli putauerūt eū qn prexit in
egiptū Hieremiam audisse pphetam: uel
scripturas ppheticas in eadem pegrinatōe
legisse. quoꝝ qdem opionem in qbusdam
libris meis posui. Sed diligēter cōputata
tēpoꝝ ratio quę cronica historia cōtinet:
Platonem indicat a tempe quo pphauit
Hieremias: centum ferme annos postea
natum fuisse. Qui cum octoginta & unū
uixisset: ab anno mortis eius usq; ad tps
quo Ptolome⁹ rex egipti scripturas pphe-
ticas gentis hebreorū de iudea poposcit:

et per septuaginta uiros hebreos q etiam
grecā linguam nouerāt: interpretandas
habēdasq; curauit: anni ferme reperiunt̃
sexaginta. Quapropter ī illa pegrinatōe
sua Plato nec Ieremiā uider̃ potuit tāto
ante defunctū: nec easdem scp̄turas leger̃
que nondum fuerant in grecam linguam
translate qua ille pollebat: nisi forte quia
fuit acerrimi studii: sicut egiptias ita &
istas p interpretē didicit. nō ut scribēdo
transferret: quod Ptolomeus pro ingenti
beneficio qui regia potestate etiā timeri
poterat meruisse phibet̃: sed ut colloq̄ndo
quid continerent q̄tum capere potuisset
addisceret. Hoc ut existimet̃ illa suadere
uident̃ indicia: q liber geneseos sic īcipit.
In pncipio fecit deus celū & terrā: terra
aūt erat inuisibilis & incōposita: et tene-
bre erant sup abissum: et spūs dī ferebat̃
sup aquas. In thimeo autem Plato quem
librū de mūdi constitutōe conscp̄sit: deuz
dicit ī illo ope terram pmo ignēq; iūxisse.
Manifestū ē aūt q igni tribuit celi locū.
Habet g° hec sentētia q̄dam illi9 siītudīez
qua dictū est: in pncipio fecit deus celum
et terram. Deinde illa duo media quibus
interpositis sibimet hec extrema copula-
rent̃: aquā dicit & aerem: unde putat̃ sic
intellexisse qđ scp̄tū est: spūs dei ferebat̃
sup aq̄s. Parū qppe actendens quo more
soleat illa scp̄tura appellar̃ spm̄ dei: qm̄ et
aer spūs dr̃: quatuor opinatus elementa
loco illo cōmemorata uideri pōt. Deinde
q Plato dicit amatorē dei eē phm̄: nihil
sic illis lr̄is sacris flagrat: et maxime illđ
qđ et me plurimū adducit: ut pene assen-
tiar Platonē illoꝝ libroꝝ expertū fuisse:
quod cū ad scm̄ Moysen ita uerba dei per
angelū pferant̃: ut querenti qđ sit nomen
eius q eū pergere precipiebat ad poplm̄
hebreū ex egipto liberandū respondeat̃.
Ego sum qui sum: et dices filiis israel: qui
est misit me ad uos. tanq̄ in eius cōpatōe
qui uere est qa incommutablis est: ea que
mutabilia facta sunt nō sint. Vehemēter
hoc Plato tenuit & diligētissīe cōmenda-
uit. Et nescio utrū hoc uspiam reperiat̃ in
libris eorū qui ante Platonē fuerant: nisi
ubi dictū est ego sum qui sum: et dices eis
qui est misit me ad uos. Sed undecūq; ille
ista didicerit: siue precedentiū eū ueterū
libris: siue poti9 quō dicit apl̄s: quia quod
notū est dei manifestū est ī illis: deus enī
illis manifestauit: inuisibilia .n. ei9 a con-
stitutōe mūdi: p ea que fc̄ta sunt ītellc̄ta
conspiciunt̃: sempiterna quoq; ei9 uirtus
et diuinitas: non īmerito me platonicos
phos elegisse: cū qbus agam quod in ista
questiōe quam modo suscepimus agit̃ de
naturali theologia. utrū pꝑter felicitatez
que post mortē futura ē: uni deo an plu-
ribus sacra facere oporteat. Nam utrum
unus deus an plures pꝑter hui9 uite sint
bona colendi: satis ut estimo exposui.

Ideo qppe hos potissimū ¶ Ca. xii.
elegi: qm̄ de uno deo qui fecit celū &
terram q̄to melius senserūt: tanto ceteris
gloriosiores illustrioresq; habētur: in tm̄
aliis prelati iudicio posterorum: ut cum
Aristotiles Platōis discipl̄s uir excellē-
tis ingenii & eloquio Platōi qdē impar:
sz multos facile supās: cū sectā pipateticā
condidisset: q deābulans disputare con-
sueuerat: plurimosq; discipulos preclara
fama excellēs: uiuo adhuc preceptore in
suā heresim congregasset. Post mortem
uero Platōis Eusippus sororis ei9 filius:
et Xenocrates dilectus eius discipulus ī
scolā eius que achademia uocabat̃ eidem
successissent: atq; ob hoc & ipi et eoꝝ suc-
cessores achademici appellarent̃: recen-
tiores tamē phi nobilissimi quibus Plato
sectādus placuit: noluerunt se dici pipa-
teticos aut achademicos: sz platōicos. Ex
qbus sunt ualde nobilitati greci: Plotin9:
Iamblicus: Porphirius. In utraq; autem
lingua id ē et greca & latina: Apuleius
affer extitit plōicus nobilis. Sed hi oēs

et cęteri eiusmodi & ipse Plato: diis plu-
rimis esse sacra facienda putauerūt.

QVanq̄ ergo a nobis ¶ Cap.xiii.
& in aliis multis rebus magnisq;
dissētiant: in hoc tamē qd' mō posui: quia
neq; parua res est & inde nunc questio est:
p̄mum ab eis quero q̄bus diis istū cultū
exhibēdū arbitrent̄: utrū bōis an malis:
an & bonis et malis. Sed de hoc habem9
sententiam Platonis dicentis: omēs deos
bonos esse: nec esse oīno ullū deoꝝ malū.
Consequens est igr̄: ut bonis hęc exhibenda
intelligant̄. Tunc enī diis exhibent̄: qm̄
nec dii erūt si boni non erūt. Hoc si ita ē:
nam de diis qd aliud decet credere? Illa
ꝓfecto uacuat̄ opīo: qua nōnulli putant
deos malos sacris placādos eē ne ledāt:
bonos aūt ut adiuuent inuocādos. Mali
enī nulli sunt dii. bonis porro debitus ut
dicūt honor sacroꝝ ē deferēdus. Qui sūt
ergo illi qui ludos scenicos amant: eosq;
diuinis rebus adiūgi & suis honoribus
flagitant exhiberi: quorum uis non eos
indicat nullos: sed iste affectus nimirum
indicat malos? Quid. n. de ludis scenicis
Plato senserit notū est: cū poetas ipsos q
tā indigna deoꝝ maiestate atq; bonitate
carmia cōposuerūt: censet ciuitate pellen-
dos. Qui sunt igr̄ isti dii: qui de scenicis
ludis cū ipo Platone cōtendūt? Ille qppe
nō patit̄ deos falsis criminibus infamari:
isti eisdem criminib9 suos honores celebrari
iubent. Deniq; isti cū eosdē ludos instau-
rari preciperent: poscentes turpia etiā ma-
ligna gesserunt. Tito Latino auferentes
filiū: et immictētes morbū q eoꝝ abnuisset
imperiū. eiq; morbū retrahentes cū iussa
complesset. Iste autē illos nec tam malos
timēdos putat: sꝫ suę sententię robur con-
stantissime retinens: oēs poetaꝝ sacrilegas
nugas q̄bus illi per immunditię societatem
oblectant̄: a pplo bene instituto remouere
non dubitat. Hunc aūt Platonē quē iam
in secūdo libro cōmemoraui: iter semideos
Labeo ponit. Qui Labeo numina mala
uictimis cruentis atq; huiu9mōi supplica-
tionibus placari existimat: bona uō ludis
et talibus q̄si ad letitiam ptinētibus reb9.
Quid ē ḡ q semideus Plato: nō semideis
sed deis et hoc bonis illa oblectamēta qua
iudicat turpia tam constanter audet au-
ferre: q sane dii refellunt sniam Labeōis.
nam se in Latino non lasciuos tantū atq;
ludibundos: sed etiam seuos terribilesq;
monstrarunt. Exponant ergo nobis ista
platonici q omēs deos scd'm auctoris sui
sententiā bonos et honestos & uirtutib9
sapientiū esse socios arbitrant̄: alterq; de
ullo deoꝝ sentiri nefas hn̄t. ¶ Ca.xiiii.

EXponimus inquiūt. Actente igr̄
audiamus. Omīm inquit aīalium
in q̄bus est aīa rōnalis tripta diuisio ē.
in deos: hoīes: demones. Dii excelsissim
locū tenēt: hoīes infimū: demoēs mediū.
Nam deoꝝ sedes in celo est: hoīm i terra:
in aere demonū. Sicut eis diuersa digtas
est locoꝝ: ita etiaꝫ naturarū. Proinde dii
sunt hoībus demoīb9q; potiores: hoīes uō
infra deos et demones constituti sunt: ut
elemētoꝝ ordīne sit differentia meritoꝝ.
Demones igr̄ medii: q̄admodū diis qb9
inferius habitāt postponēdi: ita hoībus
q̄bus supius preferendi sunt. Habent enī
cū diis cōmunem imortalitatem corpoꝝ:
aīoꝝ aūt cū hoīb9 passioēs. Quapropter
non est mirū inquit si etiā ludoꝝ obscēi-
tatibus & poetaꝝ figmētis delectantur.
quādo qdē & hūanis capiunt̄ affectib9:
a q̄bus dii longe absunt. et modis oībus
alieni sunt. Ex q̄ colligit̄ Platonē poetica
detestando & prohibendo figmenta: non
deos q omēs boni & excelsi sunt priuasse
ludoꝝ scenicoꝝ uoluptate: sed demones.
Hec si ita sunt: quę licet apud alios quoq;
repiant̄: Apuleius tamē platōicus mau-
darensis de hac re solū unū scpsit librum:
cui9 titulū esse uoluit de deo Socratis. ubi
disserit et exponit ex quo gener̄ numinū

numen sibi Socrates habebat adiūctum
et amicitia q̄dam conciliatū: a quo ꝓhiberī
solitus admoneri ut desisteret ab agēdo:
quādo id quod agere uolebat nō ꝓspere
fuerat euētuꝝ. Dicit eni aptissie & copio-
sissime asserit: nō illū deū fuisse ſʒ dęmonē.
diligenti disputatōe ptractās istā Platōis
de deoꝝ sublimitate: et hoīm hūilitate: et
dęmonū medietate sententiā. Hęc ergo si
ita sunt: quonā modo ausus ē Plato etiā
si non diis quos ab omi hūana cogitatōe
semouit: certe ipsis dęmōib9 poetas urbe
pellendo auferre theatricas uoluptates.
nisi qa hoc pacto admonuit aīm hūanū:
quāuis adhuc ī his moribūdis membris
positum pro splēdore honestatis impura
dęmonum iussa contempnere: eorūq; im-
munditiam detestari? Nam si Plato hęc
honestissime arguit & ꝓhibuit: profecto
dęmoēs turpissie poposcerūt atq; iusserīt.
Aut ergo fallitur Apuleius et nō ex isto
genere numinū habuit amicū Socrates:
aut contra se sentit Plato: modo dęmoēs
honorando: modo eoꝝ delitias a ciuitate
bene morata remouendo: aut nō est Socrti
amicitia dęmonis gratulanda: de q̄ usq;-
adeo & ipe Apuleius erubuit: ut de deo
Socratis pręnotaret librum: quem scd̄m
suā disputationem qua deos a dęmōibus
tā diligenter copioseq; discernit: non ap-
pellare de deo ſʒ de dęmōe Socrtis debuit.
Maluit aūt hoc in ipsa disputatione: q̄ in
titulo libri ponere. Ita.n.ꝑ sanā doctrinā
quę hūanis rebus illuxit oēs uł pene oēs
dęmonū nomē exhorrent: ut quisqs ante
disputationē Apulei qua dęmonū digni-
tas cōmendatur: titulum libri de dęmōe
Socratis legeret: nequaq̄ illū hoīem sanū
fuisse sentiret. Quid aūt etiā ipe Apulei9
qd̄ in dęmōibus laudaret inuēit: pręter
subtilitatē & firmitatem corporū: et ha-
bitatiois altiorē locū? Nā de morib9 eoꝝ
cū de oīb9 generaliter loquęretur: nō solū
nihil boni dixit: sed etiā plurimū mali.

Deniq; lcto illo libro: ꝓrsus nemo mirāt
eos etiā scenicā turpitudinē in reb9 diuīs
habere uoluisse: et cū d̄os se putari uelint
deoꝝ crimib9 oblectari potuisse. et qdqd
in eoꝝ sacris obscena solēnitate seu turpi
crudelitate uel ridetur uel horretur: eoꝝ
affectibus cōuenire. ¶ Capl'm. xv.

Quamobrem absit ut ista cōsiderās
aīmus ueraciter religiosus et uero
deo subditus: ideo arbitretur dęones seipo
eē meliores q̄ habeant corpora meliora.
Alioqn multas sibi et bestias prelaturus
est: quę nos & acrimonia sensuū: et motu
facillimo atq; cęlerrimo: et ualētia uiriū:
et ānosissia firmitate corpm uincūt. Quis
hoīm uidēdo ęq̄bit̄ aquilis et uulturib9?
Quis odorando cāibus? Quis uelocitate
leporibus: ceruis: omibus auibus? Quis
multū ualendo leōib9 et elephātib9? Quis
diu uiuendo serpētibus: qui etiā deposita
tunica senectutē deponere atq; ī iuuētutē
redire perhibentur? Sed sicut his oībus
ratiocināndo & intelligendo meliores su-
mus: ita etiam dęmōibus bene & honeste
uiuēdo meliores esse debemus. Ob hoc.n.
& ꝓuidentia diuina eis qbus nos cōstat
esse potiorēs data sunt quędā potiora cor-
poꝝ munera: ut illd̄ quo eis pręminem9:
etiā isto modo nobis cōmendaret̄ multo
maiore cura excolēdū eē q̄ corp9: ipamq;
excellētiam corpalem quā dęmones hēre
noscemus: pre bonitate uitę qua illis añ-
ponimur contēpnere discerem9: habituri
& nos īmortalitatē corporum: non quā
suppliciōꝝ ęternitas torquęat: sed quam
puritas pręcedat animoꝝ. Iam uero de
loci altitudie: q̄ dęmoēs in aere nos autē
habitam9 ī terra: ita ꝓmoueri ut hinc eos
nobis esse pręponēdos existimemus: oīo
ridiculū est. Hoc eni pacto nobis et omia
uolatilia pręponimus. At.n. uolatilia cū
uolādo fatigant̄: uel reficiēdum alimētis
corp9 habēt: terrā repetūt. uel ad requiem:
uel ad pastū: qd̄ dęones inqūt nō faciūt.

Nũqd ergo placet eis ut uolatilia nobis:
dęmoẽs aũt etiã uolatilibus antecellant?
Quod si demẽtissim est opinari: nihil est
qd de habitatõe supioris elementi dignos
esse dęmoẽs existimemus: qbus nos reli-
gioĩs affectu subdere debeam9. Sicut. n.
fieri potuit: ut aereę uolucres terrestrib9
nobis non solũ non pręferant: uerũ etiaꝫ
subiciant̃ ꝓpter rationalis aĩę quę in nob
est dignitatem: ita fieri potuit ut dęmoẽs
q̃uis magis aerei sint terrestribus nobis:
nõ ideo meliores sint quia est aer q̃ terra
supior: sed ideo eis hoĩes pręferẽdi sunt:
qm̃ spei pioꝝ hoĩum nequaq̃ illoꝝ despe-
ratio comparanda est. Nam & illa ratio
Platonis qua elementa q̃tuor ꝓportione
cõtexit atq; ordĩat: ita duob9 extremis:
igni mobilissĩo & terrę immobili media
duo aerem & aquam interserens: ut q̃to
aer est aquis & aere ignis: tanto et aquę
superiores sint terris: satis nos admonet
aĩaliũ merita non pro elemẽtoꝝ gradib9
extimare. Et ipse qppe Apulei9 cũ cęteris
terrestre aĩal hoĩem dicit. qui tamẽ longe
pręponit̃ aĩalibus aq̃tilibus: cũ ipas aq̃s
terris pręponat Plato. ut intelligam9 nõ
eũdem ordinem tenẽdum cũ agit̃ de me-
ritis aĩarũ: q uidetur ordo eẽ in gradib9
corpoꝝ. sed fieri posse ut inferius corpus
aĩa melior inhabitet: deteriorq; supius.

De morib9 q̃ demonũ. Cap. xvi.

Cũ idem platõicus loqueret̃: dixit
eos eisdem qbus hoĩes aĩmi pturbatiõib9
agitari: irritari iniuriis: obseqis donisq;
placari: gaudere honoribus: diuersis sa-
crorum ritibus oblectari: et ĩ eis si quid
neglectum fuerit cõmoueri. Inter cętera
etiam dicit ad eos pertinere diuinatioẽs
augurũ: aruspicum: uatũ: atq; somnioꝝ.
ab his q̃q; eẽ miracula magoꝝ. Breuiter
aũt eos diffiniens ait. Dęmoẽs eẽ genere
aĩalia: aĩmo passiua: mẽte rõnalia: corpe
aerea: tempore ęterna. Hoꝝ uero quinq;:
tria pora illis eẽ quę nobis: quartũ ꝓpũ:
qntum eos cum diis habere cõmune. Sed
uideo triũ supioꝝ quę nobiscum habent:
duo etiã cũ diis hr̃e. Aĩalia qppe eẽ dicit
et deos: sua cuiq; elemẽta distribuens. In
terrestrib9 aĩalibus nos posuit: cũ cęteris
quę in terra uiuũt & sentiũt: in aq̃tilibus
pisces et alia natatilia: in aereis dęmoẽs:
in ęthereis deos. Ac per hoc ꝙ dęmones
genere sunt aĩalia: non solũ eis cũ hõibus
uerũ etiaꝫ cum diis pecoribusq; cõe est: ꝙ
mente rõnalia cũ diis et hõibus: ꝙ tempe
ęterna cũ diis solis: ꝙ animo passiua cum
hõibus solis: ꝙ corpe aerea ipsi sunt soli.
Proinde ꝙ genere sunt animalia non est
magnũ: quia hoc sunt et pecora: ꝙ mente
rõnalia non est supra nos: qa sum9 et nos:
ꝙ tempe ęterna: qd boni est si nõ beata?
Melior est. n. tempalis fęlicitas: q̃ misera
ęternitas. ꝙ aĩo passiua: quõ supra nos ẽ
quãdo & nos hoc sumus: nec ita esset nisi
miseri essemus? Quod corpe aerea quãti
extimãdum est: cũ oĩmi corpi pręferat̃ aĩę
qualiscũq; natura? Et ideo religioĩs cult9
qui debetur ex aĩmo: nequaq̃ debetur ei
rei quę aĩo est inferior. Porro si inter illa
quę dęmonũ esse dicit ãnumeraret ũtutẽ:
sapientiam: fęlicitatem: et hęc eos diceret
habere cũ diis ęterna atq; coĩa: profecto
aliqd diceret exoptãdũ magniq; pẽden-
dũ. nec sic eos tñ ꝓpter hęc tãq̃ deũ colere
deberemus: sꝫ potius ipm a quo hęc illos
accepisse nossem9. Quãto min9 nũc honor̃
diuino aerea digna sunt aĩmalia: ad hoc
rõalia ut misera eẽ possit: ad hoc passiua
ut misera sint: ad hoc ęterna ut miseriam
suam finire non possint? Quapropter ut
omictam cętera & hoc solum ptractem ꝙ
nobiscũ dęmones dixit habere cõe id est
aĩmi passioẽs: si oĩmia q̃tuor elemẽta suis
aĩalibus plena sunt: imortalibus ignis et
aer: mortalibus aqua & terra: quęro cur
aĩmi dęmonum passionũ turbelis et tem-
pestatibus agitent̃. Perturbatio. n. ẽ quę
gręce pathos dr̃: unde illa uoluit uocare

aĩo passiũa: qa uerbũ de uerbo pathos passio diceret: motus aĩmi contra rõnem. Cur ergo sunt ista in aĩs demonũ: que in pecorib9 non sunt? Quoniã si qd ĩ pecore simile appet non est pturbatio: qa non est contra rõnem qua pecora carēt. In hoib9 autē ut sint iste perturbationes: facit hoc stulticia aut miseria. nondũ eni sumus in illa pfectõe sapie beati: que nobis ab hac mortalitate liberatis ĩ fine promittitur. Deos uero ideo dicũt istas pturbationes non ppeti: quia nõ solũ eterni uerũ etiam beati sunt. Easdem qppe aĩas rõnales etiã ipos hēre phibent: sʒ ab oĩni labe ac peste purissimas. Quãobrem si ppterea dii nõ pturbant: qꝛ aĩalia sunt beata non misera: et ppterea pecora nõ pturbant: qꝛ aĩalia sunt que nec beata possunt ēē nec misera: restat ut dẽones sicut hoĩes ideo pturbētur: qꝛ aĩalia sunt non beata sed misera.

Qua igr̃ insipientia ❡ Cap. xvii.

Qua igr̃ insipientia uel potius amētia p aliq̃ religionē dẽombus subdunt: cũ p ueram religionē ab ea uiciositate ĩ qua illis sumus similes liberemur? Cum eni demões quod & iste Apuleius quãuis eis plurimũ parcat & diuinis honoribus dignos censeat: tamē cogit cõfiteri ut ira instigent: nobis uera religio pcipit ne ira instigemur: sʒ ei poti9 resistamus. Cum dẽones donis inuitent: nobis uera rligio precipit ne cuiq̃ donoꝝ acceptõe faueamus. Cum dẽones hõrib9 mulceant: nobis uera religio precipit ut talibus nullo mõ moueamur. Cũ dẽones quorũdã hoĩm osores quorũdã amatorꝭ sint: non prudentia tranqlloq; iudicio sʒ ut ipse aio appellat passiuo: ipsa nobis uera religio precipit ut inimicos nostros etiaʒ diligamus. Postremo oēm motũ cordis et salũ mentis: oēsq; turbelas & tēpestates aĩ qbus dẽones estuare atq; fluctuar asserit: nos uero religio deponere iubet. Que ḡ causa ē nisi stulticia errorq; miserabilis: ut ei te facias uenerando hũilem: cui te cupias uiuẽdo dissimilē: et religiõe colas quem imitari nolis: cum religionis summa sit imitari quē colis? Ca. xviii.

Frustra igr̃ eis Apuleius & qcunq; ita sentiũt hunc detulit honorē: sic eos in aere medios inter ethereum celuʒ terramq; constituens: ut qm̃ nullus deus miscetur hõi qd Platonē dixisse phibent: isti ad deos pferant preces hoim: et inde ad hoĩes impetrata que poscũt. Indignũ eni putauerunt q isti crediderũt misceri hoĩes diis: et deos hoĩbus. dignum autē misceri demones & diis et hoĩbus. hinc petita q assignent: inde concessa q apportent. ut uidelicet homo castus & ab artiũ magicarũ sceleribus alienus: eos patronos adhibeat per quos illũ dii exaudiãt: qui hec amãt que ille non amãdo fit dignior: quē facilius et libentius exaudir̃ debeãt. Amant qppe illi scenicas turpitudines: quas non amat pudicitia. Amãt in maleficiis magoꝝ mille nocendi artes: quas non amat innocētia. Ergo & pudicitia et innocētia si qd a diis impetrare uoluerit: nec poterit suis meritis n̄ suis iteruētienbus inimicis: nõ ē qꝛ ista poetica figmēta et theatrica ludibria iustificare conet. Habemus contra ista magistrũ eoꝝ & tante apd eos auctoritatis Platonem: si pudor hũanus ita de se male meretur: ut nõ solũ diligat turpia: uerũ etiã diuinitati existiet grata. ❡ Capitulum .xix.

Porro aduersus magicas artes: de qbus quosdam nimis infelices & nimis impios etiã gloriari libet in noĩe dẽonuʒ: ipam publicã lucem testē citabo. Cur eni tam grauiter ista plectunt seueritate legũ: si opa sunt numinũ colẽdoꝝ? An forte istas leges xpiani instituerũt: qbus artes magice puniunt? fm quē aliũ sensum. nisi qꝛ hec maleficia generi hũano perniciosa ēē non dubium est? Ait poeta clarissim9. Testor cara deos: et te germana: tuũq;. Dulce caput: magicas in uitã

accingier artes. Illud etiã quod alio loco
de his artibus dicit. Atq; satas alio uidi
traducere messes. Eo q͏̄ hac pestifera sce-
lerataq; doctrina: fructus alieni in alias
terras trãsferri ꝓhibent̃: nõne ĩ duodeciʒ
tabulis id est romanoꝝ antiq̄ssĩs legibus
Cicero cõmemorat eẽ conscriptũ: et ei qui
hoc fecerit suppliciũ constitutũ? Postremo
ipse Apuleius nunq̄d apd̃ iudices x͏̄ianos
de magicis artibus accusatus est? Quas
utiq; sibi obiectas si diuinas & pias esse
nouerat: et diuinarũ potestatũ operibus
congruas: non solũ eas confiteri debuit:
sed etiã ꝓfiteri: leges culpans potiꝰ q̄bus
hec ꝓhiberent̃ & damnanda putarẽtur:
que hr̃i miranda et uenerãda oporteret.
Ita.n. uel sententiã suã psuaderet iudicibꝰ:
uel si illi sc̄d̃m iniquas leges saperent: eũq;
talia predicãtem atq; laudantem morte
multarent. digna aĩe illius demões dona
repẽderent. pro quoꝝ diuinis operibus
predicãdis hũanam uitã sibi adimi non
timerẽt. Sicut martires nostri cũ eis pro
crimĩe obiceretur christiana religio: qua
nouerant se fieri saluos & gloriosissimos
in eternũ: non eã negando tꝑales penas
euadere delegerũt: sʒ potius confitendo:
profitendo: predicãdo: et pro hac oĩa
fideliter fortiterq; tolerando: et cum pia
securitate moriẽdo: leges q̄bꝰ ꝓhibebant̃
erubescere compulerũt. mutariq; fecerũt.
Huius aũt ph̄i platonici copiosissima &
disertissĩa extat oĩo: qua crimen artium
magicarum a se alienũ esse defendit: seq;
aliter non uult innocẽtem uideri: nisi ea
negando que nõ possũt ab innocẽte com-
micti. At oĩa miracula magoꝝ quos rc̄te
sentit esse damnãdos: doctrinis fiunt &
opibus demonuʒ: quos uiderit cur censeat
honorandos esse: necessarios eos asserens
pferendis ad deos nr̃is precibus: quoruʒ
debemꝰ opa deuitare si ad deũ uerũ p̄ces
nostras uolumus puenire. Deinde quero
quales preces hoĩm diis bonis p demões
allegari putat. magicas an licitas. Si ma-
gicas: nolũt tales. si licitas: nolũt p tales.
Si aũt peccator penitens preces fundit:
maxĩe si aliquid magicum admisit: ita ne
tandem illis intercedentibꝰ accipit ueniã:
q̄bus ĩpellentibꝰ aut fauẽtibus se cecidisse
plangit in culpam? An & ipi demoẽs ut
possint penitẽtibus mereri indulgẽtiam:
p̄ores agũt q͏̄ eos deceperint penitẽtiam?
Hec nemo unq̄ de demõibus dixit. Quia
si ita esset: nequaq̄ sibi auderent diuinos
honores expeterẽ: q penitẽdo desiderarẽt
ad grãm ueme puẽire. Ibi.n.ẽ detestãda
supbia: hic hũilitas miserãda. ❡ Ca. xx.

At eni urgẽs causa et artissĩa cogit
demones medios inter d̃os et hoĩes
agere: ut ab hoĩbus auferant desiderata:
et ad eos referant ĩpetrata. Que nã tandẽ
causa ẽ ista: et q̄ta necessitas? Quia nullꝰ
deus inquiũt miscetur hoĩ. Preclara igit̃
sanctitas d̃i que non miscet̃ hoĩ penitenti
supplicanti: et miscetur demõi arrogãti:
Non miscetur hoĩ confugiẽti ad diuitatẽ:
& miscetur demoni fingẽti diuinitatem.
Non miscet̃ hoĩ petenti indulgentiam: et
miscetur demõi suadenti nequitiam. Non
miscet̃ hoĩ p ph̄ophicos libros poetas de
bene instituta ciuitate pellenti: et miscetur
demõi a p̄ncipibꝰ et pontificibus ciuitatis
per scenicos ludos poetaꝝ ludibria req-
renti. Non miscet̃ hoĩ d̃oꝝ crimĩa fingerẽ
prohibenti: et miscet̃ demõi se falsis d̃oꝝ
criminibus oblectanti. Non miscetur hoĩ
magoꝝ scelera iustis legibus punienti: et
miscet̃ demoni magicas artes docenti &
ĩplenti. Non miscet̃ hoĩ imitationẽ demonũ
fugienti: et miscet̃ demõi deceptionẽ hoĩs
aucupanti. Sed nimirũ tante huiꝰ absur-
ditatis & indig̃tatis ẽ magna necessitas:
q͏̄ scilicet deos ethereos hũana curantes
q̄d terrestres hoĩes agerent utiq; lateret:
nisi demones aerei nuntiarent: quoniam
ether longe a terra est alteq; suspẽsus: aer
uero etheri terreq; cõtiguus. O mirabileʒ

sapiaꝫ. Quid aliud de diis istis sentiūt q̄s
oēs optimos uolūt: n̄ eos & hūana curarē
ne cultu uideant̄ indigni: et ꝓpter elemē-
torū distantiā hūana nescire: ut credant̄
dęones necessarii: et ob hoc etiā ipi puterē
colendi: ꝑ quos dii possint et q̄d in rebus
hūanis agatur addiscere: et ubi oportet
hōibus subuenire. Hoc si ita est: diis istis
bonis magis notus ē dęmon per corpus
uicinum: q̄ homo per aīm bonū. O multū
dolenda necessitas: an poti⁹ irridenda uel
detestāda uāitas: ne sit uana diuītas. Si
.n. aīo ab obstac̄lo corpis libero aīm nr̄m
dii uidere possunt: non ad hoc dęmōibus
indigent nuntiis. Si autē aīmoꝝ indicia
corpalia: q̄lia sunt uultus: locutio: mot⁹:
per corpus suū ętherei dii sentiūt: et inde
colligūt q̄d etiā dęmoēs nuntient: possūt
et mēdaciis dęmonū decipi. Porro si d̄oꝝ
diuitas a dęmōib⁹ falli non pōt: ab eadēꝫ
diuinitate q̄d agimus non pōt ignorari.

Ellem aūt mihi isti Cap. xxi.
V dicerent: utrū diis dęones nūtia-
uerint de crimibus deoꝝ poetica Platōi
displicere figmēta: et sibi ea placere cęla-
uerint: an utrūq; occultauerint: deosq; eē
maluerint totius rei huius ignaros: an
utrunq; indicauerint: et religiosam erga
deos Platonis prudentiā: et in deos iniu-
riosam libidinem suā: an sententiā q̄dem
Platōis qua noluit d̄os ꝑ impiā licentiaꝫ
poetarū falsis crimibus infamari: ignotā
diis eē uoluerint: suā u͛ nequitiā q̄ ludos
scenicos amant q̄bus illa deoꝝ dedecora
cęlebrantur: prodere non erubuerint. uel
timuerint. Hoꝝ q̄tuor quę interrogādo
proposui quodlibet eligant: et i quolibet
eorū quantū mali de diis bonis opinent̄
actēdant. Si eni ꝑmū elegerint: cōfessuri
sunt non licuisse diis bonis habitare cum
bono Platōe: q̄n eoꝝ iniurias ꝓhibebat:
et habitasse cū dęmōib⁹ malis: q̄ndo eorū
iniuriis exultabant: cum dii boni hoīem
bonū longe a se positū non nisi per malos
dęmones nossent: quos sibi uicinos nosse
non possent. Si aūt secundū elegerint: et
utrūq; occultatū a dęmonib⁹ dixerint: ut
dii oīo nescirent & Platoīs religiosissimā
legem: et dęonū sacrilegā delec̄tationem:
q̄d in rebus hūanis ꝑ internūtios dęones
dii nosse utiliter possūt: q̄ndo illa nesciūt
quę in honorem deoꝝ bonoꝝ ꝓ religionē
bonoꝝ hoīum cōtra libidinem malorum
dęonū decernunt̄. Si u͛ tertiū elegerint:
et non solum sententiā Platonis deorum
iniurias ꝓhibentē: sꝫ etiā dęmonū neq̄tiā
deoꝝ iniuriis exultantē: ꝑ eosdē dęones
nūtios diis innotuisse respōderint: et hoc
nūtiare est an insultare. Et dii utrūq; sic
audiūt: sic utrūq; cognoscūt: ut non solū
malignos dęones deoꝝ dignitati et Pla-
tonis religioni contraria cupientes atq;
facientes: a suo accessu nō arceant: sꝫ etiā
per illos malos ꝓpinquos Platoni: bono
longinquo dona transmictant. Sic .n. eos
elementoꝝ q̄i catena series colligauit: ut
illis a q̄bus criminant̄ coniungi possint:
huic a quo defēdunt̄ non possint. utrūq;
scientes: sed aeris & terrę pondera trans-
mutare non ualentes. Iam q̄d reliquū est
si quartū elegerint: peius ē cęteris. Quis
eni ferat si poetaꝝ de diis immortalibus
criminosa figmēta: et theatroꝝ indigna
ludibria: suamq; i his oībus ardētissimā
cupiditatē: et suauissimā uoluptateꝫ diis
dęones nūtiauerūt: et q̄ Plato ꝑhophica
grauitate de optima republica hęc oīa
censuit remouenda tacuerunt: ut iam dii
boni per tales nūtios nosse cogant̄ mala
pessimoꝝ: nec aliena sꝫ eorūdem nūtioꝝ:
atq; his contraria non sinant̄ nosse bona
ꝑhophoꝝ: cū illa sint in iniuriam: ista in
honorem ipsoꝝ deoꝝ. Caplm. xxii.

Q Via igr̄ nihil istoꝝ q̄tuor eligēdū
est: ne in quolibet eoꝝ de diis tam
male sentiat̄: restat ut nullo m̄ credendū
sit q̄d Apuleius ꝑsuadere nitit̄. Et q̄cunq;
alii ꝑhi sunt eiusdē sententię: ita eē medios

demones inter deos & homines: tanquã
internũtios & interpretes qui hinc ferãt
petitiões nr̃as: inde referant res a nobis
petitas: sed esse spũs nocẽdi cupidissĩos:
a iustitia penit⁹ alienos: supbia tumidos:
inuidentia liuidos: fallatia callidos. qui
in hoc qdem aere habitant: qa de celi su-
perioris sublimitate deiecti: merito irre-
gressibil' transgressiõis in hoc sibi cõgruo
uelut carcere predamnati sunt. Nec tamẽ
qa supra terram & aquas aeri locus est:
ideo et ipi sunt meritis supiores hoĩbus:
qui eos non terreno corpore: sz electo in
auxiliũ deo uero pia mẽte facillie supãt:
sz multis plane pticipatiõe uere religiõis
indignis: tanq̃ captis subditisq; dñant̃.
quoz maxĩe parti mirabilibus & falla-
cibus signis siue fctoz siue predicatoz:
deos se esse psuaserũt. Quibusdã uo uicia
eoz attentius & diligentius intuẽtibus:
non potuerũt psuadere q dii sint: atq; ideo
inter deos & hoĩes internũtios ac bene-
ficioz interpretatores se eẽ finxerũt. Si
tamen non istũ saltem honorem hoĩes eis
deferendũ putarũt: qui illos nec dos esse
credebãt qa malos uidebant. Deos aũt
omẽs bonos uolebant: nec audebant tamẽ
oĩo idignos dicere honore diuio: maxĩe
ne offenderent pplos a qbus eis cernebãt
inueterata supstitiõe per tot sacra et tẽpla
seruiri. ¶ Capitulum .xxiii.

Nam diuersa de illis Hermes egip-
tius quem Trimegistũ uocãt scripsit
& sensit. Apuleius qdẽ deos illos negat.
sz cũ dicit ita inter hoĩes deosq; q̃daz me-
dietate uersari: ut hoĩb⁹ apud ipos deos
necessarii uideant̃: cultũ eoz a supnoruz
deoz religiõe non sepat. Ille aũt egiptius
alios dicit a summo deo factos: alios ab
hoĩbus. Hoc q audit sicut a me positũ est:
putat dici de simulacris quia opera sunt
manuũ hoĩm. At ille uisiblia et cõtrecta-
bilia simulacra uelut corpora deorum eẽ
asserit. inesse autẽ his quosdam spiritus
inuitatos: q ualeãt aliqd siue ad nocendũ
siue ad desideria eoz nõnulla cõplenda:
a qbus eis diuini honores & cult⁹ obseqa
deferunt̃. Hos ergo spũs inuisibiles p artẽ
q̃ndam uisibilib⁹ rebus corpalis materie
copulare: ut sint quasi aĩata corpora illis
spiritib⁹ dicata & subdita simulacra: hoc
esse dicit deos facere: eamq; magnam &
mirabilem deos faciendi accepisse homĩs
potestatem. Huius egiptii uerba sicut in
nr̃am linguã interpretata sunt ponam⁹.
Et qm̃ de cognatiõe inqt & cõsortio hoĩm
deorũq; nobis indicit̃ sermo: potestatem
hoĩs o Asclepi uimq; cognosce. Dominus
inquit & pater: uel qd̃ est summũ: ds ut
effector est deoz celestiũ: ita homo fctor
est deoz q i templis sunt: hũana pximi-
tate contenti. Et paulopost. ita hũanitas
inqt semp memor nature et originis sue:
in illa diuinitatis imitatione pseuerat: ut
sicuti pater ac dñs ut sui similes eẽnt dos
facit eternos: ita hũanitas deos suos ex
sui uultus similitudie figuraret. Hic cum
Asclepius ad quẽ maxime loquebatur ei
respondisset atq; dixisset: statuas dicis o
Trimegiste? Tu uero ille statuas inqt o
Asclepi uates. quatenus tu ipse diffidas.
statuas aĩatas sensu & spũ plenas: tãtaq;
faciẽtes & talia: statuas futuroz pscias:
ea que forte uates oĩs ignoret in multis
et uariis reb⁹ predicentes: imbecillitates
hoĩbus facientes easq; curantes: tristitiaz
letitiãq; p meritis. An ignoras o Asclepi
q egiptus imago sit celi: aut q est uerius
translatio aut descensio oĩm que gubnant̃
atq; exercent̃ in celo: ac sic dicendum est
uerius: terra nr̃a mũdi totius ẽ templũ?
Et tamẽ qm̃ prescire oĩa prudentẽ decet:
illud uos ignorare fas non est: futuz tps
est: cũ appeat egiptios incassum pia mẽte
diuinitati sedulã religionẽ seruasse. Deinde
multis uerbis Hermes hunc locũ exeqt̃.
in quo uidet̃ hoc tempus predicere: quo
x̃pana religio q̃to ẽ uerior atq; sanctior:

tanto uehementiꝰ & liberiꝰ cuncta fallatia
figmēta subuertit. ut gratia uerissimi sal-
uatoris liberet hominē ab his diis quos
facit homo: et ei deo subdat a quo factus
est homo. Sed cū Hermes ista predicit:
uelut amicus eisdem ludificatōibꝰ dęonū
loquitᷣ. nec xp̄ianū nomē euidēter exꝑmit:
sed tanq̄ ea tollerentᷣ atqꝫ delerentᷣ: quoꝝ
obseruatōe cęlestis similitudo custodiretᷣ
in ęgipto. ita hęc futura deplorās: luctu-
osa quodammodo prędicatōe testatur.
Erat enī de his de q̄bus dicit apostolus:
ꝙ cognoscentes deū non sicut deū glorifi-
cauerūt aut grās egerūt: sed euanuerunt
in cogitatōibus suis: et obscuratū est insi-
piens cor eoꝝ. dicentes enī se eē sapiētes
stulti facti sunt. Et inmutauerunt gloriam
incorruptiblis dei in silitudinē imaginis
corruptiblis hoīs. et cętera quę cōmēoratᷣ
longū est. Multa q̄ppe talia dicit de uno
uero deo fabricatore mūdi: q̄lia ueritas
hēt. Et nescio quō illa obscuratiōe cordis
ad ista delabitur: ut diis quos cōfitetur
ab hōibus fieri semꝑ uelit hoīes subdi: &
hęc futuro temꝑe plangat auferri. quasi
quicq̄ sit infęlitius hoīe cui sua figmenta
domiāntᷣ: cū sit facilius fieri deos colēdo
quos fecit ne ipse sit homo: q̄ ut per eius
cultū dii esse possint quos fecit hō. Citius
enī fit ut hō in honore positus pecoribus
non intelligens comparetᷣ: q̄ ut operi dei
ad eius imaginē facto id est ipi hōi opus
hoīs pręferatᷣ. Quapropter merito homo
deficit ab illo qui eū fecit: cū sibi pręficit
ipse quod fecit. Hęc uana: deceptoria: ꝑ-
niciosa: sacrilega: Hermes egiptius quia
tempus quo auferrentᷣ uenturum sciebat
dolebat: sed tam impudenter dolebat: q̄
imprudenter sciebat. Non enī hoc ei reue-
lauerat spūs scūs sicut ꝓphis sanctis: qui
hęc pręuidentes cū exultatōne dicebant.
Si faciet hō deos: et ecce ipsi non sunt dii.
Et in alio loco. Erit in illo die dicit dn̄s.
exterminabo noīa simulacrorū a terra:
et nō erit eoꝝ memoria. Proprie uero de
egipto q̄d ad hanc rem actinet ita sanctꝰ
Ysaias ꝓphat. Et mouebuntᷣ manufcta
egipti a facie eiꝰ: et cor eoꝝ uincietᷣ in eis.
et cętera huiusmodi. Ex quo genere et illi
erāt q̄ uenturū q̄d sciebāt uenisse gaude-
bant. qualis Symeon: q̄lis Anna: q̄ mox
natū Ihm: q̄lis Elisabeth quę etiā cōceptū
in spū agnouit: q̄lis Petrus reuelāte p̄re
dicēs. Tu es xp̄s filius dei uiui. Huic aūt
ęgiptio illi spūs indicauerant futurę tēꝑa
ꝑditōis suę: q̄ etiā p̄senti ī carne tremētes
dn̄o dixerūt. Quid uenisti an̄ tp̄us ꝑdere
nos? Siue quia subitū illis fuit q̄d futuꝝ
q̄dem sꝫ tardiꝰ opīabantᷣ: siue q̄a ꝑditionē
suā hāc ipam dicebāt: q̄ fiebat ut cogniti
spernerentᷣ. Et hoc erat an̄ tp̄us id est ante
tp̄us iuditii: quo ęterna dānatōe puniēdi
sunt cū oībus etiā hōibus: q̄ eoꝝ societate
detinentᷣ: sicut religio loqᷣ quę nec fallit
nec fallitᷣ: non sicuti iste quasi omni uento
doctrinę hinc atqꝫ inde ꝑflatus: et falsis
uera ꝑmiscens dolet q̄si ꝑiturā religionē:
quē postea confitetᷣ errorem. Post multa
enī ad hoc ipm redit: ut iterum dicat de
diis quos homīes fecerūt ita loquens. sed
iam de talibus sint satis dicta talia. Iterū
inq̄t ad hoīem rōnemqꝫ redeamꝰ: ex quo
diuīo dono hō aīal dictū ē rōnale. Minꝰ
.n. miranda et si mirāda sunt quę de hoīe
dicta sunt. oīm enī mirabiliū uicit admi-
rationem: ꝙ homo diuinā potuit inuēire
naturam: eamqꝫ efficere. ¶ Cap. xxiiii.

QVoniā ergo ꝓaui nostri multum
errabant circa deoꝝ rōnem incre-
duli: et non animaduertentes ad cultum
religionemqꝫ diuinā: inuenerūt artē qua
efficerent deos. Cui inuentę adiunxerūt
uirtutem de mūdi natura cōuenientem:
eamqꝫ miscentes quoniā aīas facere non
potuerūt: euocantes aīmas dęmonū uel
angelorum eas indiderunt imaginibus
sanctis diuinisqꝫ misteriis: ꝑ q̄s idola &
benefaciēdi et male uires hr̄e potuissent.

Nescio utrum sic confiterent̃ ipsi dẹmoẽs adiurati: quõ iste cõfessus est. Quoniam inquit proaui nostri multũ errabãt circa deoꝝ rõem increduli: et nõ aĩaduertẽtes ad cultũ religionẽq; diuinam: inuenerũt artem qua efficerent deos. Nunqd saltem mediocriter eos dixit errasse ut hãc artẽ inuenirent faciendi deos: aut contentus fuit dicere errabãt: ñ adderet & diceret multũ errabant? Iste ergo multus error et incredulitas nõ aĩaduertentiũ ad cultũ religionẽq; diuinã: inuẽit artẽ q̃ efficeret deos. Et tñ ꝙ multus error & incredulitas: et a cultu ac religione diuina auersio aĩmi inuenit ut homo arte faceret deos: hoc dolet uir sapiens tanquã religionem diuinã uẽturo certe tempe auferri. Vide si nõ & diuinas maiorum suoꝝ errorem preteritũ prodere: et etiã diabolicã pẹnã dẹmonũ futurã dolere compellit̃. Si eniꝫ proaui eoꝝ multũ errando circa deorum rõnem: incredulitate et auersione aĩmi a cultu ac religiõe diuina inuenerũt artem qua deos efficerent: quid mirũ si hẹc ars detestãda quidqd facit auersa a religiõe diuina: auferetur a religiõe diuina: cum ueritas emendet errorẽ: fides redarguat incredulitatem: conuersio corrigat auersioneꝫ? Si.n.tacitis causis dixisset ꝓauos suos inuẽisse artẽ qua deos facerẽt: nr̃m fuit utiq; si quid rectum piumq; sapemus actendere et uidere: nequaq̃ illos ad hãc artẽ ꝑuenturos fuisse qua hõ deos facit: si a ueritate non aberrarent: si ea quẹ deo digna sunt crederent: si aĩm aduerterent ad cultũ religionẽq; diuinam. Et tamen si cãs artis huiꝰ nos diceremꝰ multũ errorẽ hoĩum & incredulitatẽ: et aĩmi errantis atq; infidelis a diuĩa religiõe auersioneꝫ: utcũq; ferẽda eẽt impudentia resistentiũ ueritati. Cum uero idem ipẽ q potestateꝫ huiꝰ artis sup oĩa cẹtera mirat̃ in homine qua illos deos facere concessũ est: et dolet uenturũ esse tempus quo hẹc oĩa deoꝝ figmenta ab hõibus instituta etiã legibus iubeant̃ auferri: confitet̃ tñ atq; exp̃mit causas: quare ad ista ꝑuẽtum sit dicens: ꝓauos suos multo errore et icredulitate & aĩm non aduertendo ad cultũ religionemq; diuinam: inuẽisse hanc artem qua facerent deos. Nos qd oportet dicere uł potius quid agere: nisi quãtas possumus gratias dño đo nostro qui hẹc contrariis causis q̃ instituta sunt abstulit? Nam qđ instituit multitudo erroris: abstulit uia ueritatis. qđ istituit icredulitas: abstulit fides. qđ instituit a cultu diuĩẹ religioĩs auersio: abstulit ad unũ uerum đm scm̃q; conuersio. Nec in sola ẹgipto quã solã in isto plangit dẹmonũ spũs: sꝫ in oĩni terra qua cantat̃ dño cãticũ nouum: sicut uerẹ sacrẹ & uerẹ ꝓpheticẹ lr̃ẹ prẹnũtiauerũt ubi sc̃ptum ẽ. Cantate dño canticũ nouũ: cantate domino oĩs terra. Titulus qppe psalmi huiꝰ est: quãdo domus ẹdificabat̃ post captiuitatẽ. Edificat̃ enĩ domus dñi ciuitas dei quẹ est scã ẹcclesia ĩ oĩni terra: post eã captiuitatẽ qua illos homines de qbus credentibus in deũ tanq̃ lapidibus uiuis domus ẹdificatur: captos dẹmoĩa possidebant. Neq; enim quia homo deos faciebat: ideo non ab eis possidebat̃ ipse qui fecerat: quãdo ĩ eoꝝ societatẽ colẽdo traducebat̃. Societatem dico non idoloꝝ stolidoꝝ: sꝫ uersutoꝝ dẹmoĩoꝝ. Nam qd sunt idola nisi quod eadem sc̃ptura dicit. oculos habent & non uidebũt: et quidqd tale de materiis licet a fabro effigiatis: tñ uita sensuq; carẽtibus dicendũ fuit? Sed immũdi spũs eisdem simulacris arte illa nefaria colligati: cultorũ suoꝝ aĩmas in suam societatem redigendo miserabiliter captiuauerant. Vnde dicit apłs. Scimus quia nihil est idolum: sed quẹ sacrificant gentes dẹoĩs ĩmolant & non deo. nolo uos socios fieri dẹmonioꝝ. Post hãc ergo captiuitatẽ q̃ hoĩes a malignis dẹonibus tenebant̃: dei domꝰ ẹdificat̃ in oĩni terra:

unde titulum ille psalm9 accepit ubi dr̄.
Cantate domio & benedicite nomē eius.
Cantate dño canticū nouū: cātate domio
oīs terra. Cātate dño & benedicite nomē
eius: bene nuntiate diem ex die salutare
eius. Annūtiate in gentibus gloriā eius:
in oībus poplīs mirabilia eius. Quoniā
magnus dñs & laudabilis nimis: terri-
bilis est sup oēs deos. Quoniam omēs dii
gentiū demonia: dominꝰ autē celos fecit.
Qui ergo doluit uenturū fuisse tpus quo
auferretur cultꝰ idolorū: et in eos q colerēt
domiatio demoniorū: malo spū instigatꝰ
semp uolebat istā captiuitatem manere:
qua transacta psalmꝰ canit edificari do-
mū i omi terra. Prenūtiabat illa Hermes
dolēdo: pnuntiabat hec ppha gaudēdo.
Et quia spūs dictor est q hec per sanctos
prophas canebat: etiam Hermes ipse ea
que nolebat et dolebat auferri: nō a pru-
dentibus & fidelibus et religiosis: sed ab
errantibus & incredulis: et a cultu diuine
religiois auersis eē instituta: miris moīs
coactꝰ est confiteri. Qui q̄uis eos appellet
deos: tamē cū dicit a talibus hōibꝰ factos
quales esse utiq; non debemus: uelit nolit
ostendit colēdos non esse ab eis qui tales
non sunt: q̄les fuerunt a qbus facti sunt:
hoc ē a prudētibus: fidelibꝰ: religiosisq;:
siml' etiā demonstrans: ipos hoīes qui eos
fecerūt sibimet importasse: ut eos hērent
deos q dii non erant. Verū est qppe illud
propheticū. si facit homo deos: et ecce ipi
non sunt dii. Deos ergo tales: taliū deos
arte fctos a talibꝰ: cū appellasset Hermes:
id ē idolis demoēs per artem nescio quā
cupiditatū suarū uinculis illigatos: cum
appellaret fctos ab hōibus deos: non tn̄
eis dedit qd platonicus Apuleius unde
iam satis diximus: et q̄ sit inconueniens
absurdumq; monstrauimus: ut ipsi essent
interpretes & intercessores inter dos q̄s
fecit ds: et hoīes quos idem ipe fecit ds:
hic afferētes uota: ide munera referētes.

Nimis. n. stultum est credere deos quos
fecerūt hoīes: plus ualere apd dos quos
fecit deus: q̄ ualent ipsi hoīes quos idem
ipe fecit deus. Demon quippe simulacro
arte impia colligatus: ab hoīe factus est
deus: sed tali hoīe non omi hoīe. Qualis ē
ergo iste deus: quē non faceret homo nisi
errās et incredulꝰ: et auersus a uero do?
Porro si demoēs q coluntur in templis per
artem nescio quā: imaginibus inditi hoc
est uisibilibus simulacris: ab eis hōibus q
hac arte fecerunt deos: cum aberrarent
auersiq; essent a cultu & religiōe diuina:
non sunt internūtii nec interpretes inter
hoīes & deos: et pter suos pessimos ac
turpissimos mores ipsi etiā homiēs q̄uis
errantes & increduli et auersi a cultu ac
religiōe diuīa: tn̄ eis sine dubio meliores
sunt quos deos ipi arte fecerūt: restat ut
quod possūt tanq̄ demoēs possint: uel q̄si
beneficia prestando magis nocētes quia
magis decipientes: ul' apte male faciēdo.
Nec tamē qdlibet horū nisi quādo & q̄tū
permictuntur alta & secreta dei puidētia:
non aūt tanq̄ medii inter hoīes & deos:
per amicitiam deorū multū apud hoīes
ualeant. Hi enī diis bonis quos sanctos
angelos uocamus rationalesq; creaturas
sancte celestis habitatois: siue sedes: siue
dñatioēs: siue pncipatus: siue potestates:
amici esse oīno non possūt: a quibus tam
longe absunt aī affectōe: q̄ longe absunt
a uirtutibus uicia: et a bonitate malitia.

Caplm. xxv.

NVllo modo igr̄ nq̄ p demonū medietatē: ambiendū
est ad beniuolentiā seu benificentiā deorū
uel potius bonorū angelorū: sed per bone
uolūtatis silitudinem qua cū illis sumus:
et cū illis uiuimꝰ et cū illis deū quē colunt
colimus: et si eos carnalibꝰ oculis uidere
non possumus: in q̄tū aūt dissimilitudine
uolūtatis & fragilitate ifirmitatis miseri
sumus: in tantū ab eis longe sumus: uite
merito nō corporis loco. Non enī quia in

terra conditione carnis habitamus: sed si
per immũditiã cordis terrena sapimus:
nõ eis iungimur. Cum uero sanamur ut
q̃les ipi sunt simus: fide interim illis pro-
pinq̃mus: si ab illo nos fieri btõs a quo et
ipsi facti sunt: etiã ipis fauẽtib⁹ credim⁹.

Mane aduertẽdum ẽ: ¶ Ca. xxvi.
quõ iste egiptius cũ doleret temp⁹
esse uẽturũ quo illa auferrent̃ ex egipto:
quę fatet̃ a multũ errãtib⁹ et icredul' et a
cultu diuię religiõis auersis eẽ instituta:
ait inter cetera. Tunc terra ista sanctissĩa
sedes delubrorũ atq; tẽplorũ: sepulcrorũ
erit mortuorũq; plenissima. Quasi uero
si illa nõ auferrent̃ non essent hoĩes mo-
rituri: aut alibi essent mortui ponendi q̃
in terra. Et utiq; q̃to plus uolueret̃ tẽpis
et dierũ lõgitudo: tãto maior eẽt nume-
rus sepulcrorũ propter maiorẽ numeruz
mortuorũ. Sed hoc uidetur dolere: q̃ me-
morie martirum nostrorũ templis eoruz
delubrisq; succederent. ut uidelicet q̃ hec
legunt aĩmo a nobis auerso atq; puerso:
putent a paganis d̃os cultos fuisse in tẽ-
plis: a nob aũt coli mortuos in sepulcris.
Tanta eni hoĩes impii cęcitate in montes
quodãmodo offendũt: resq; oculos suos
ferientes nolũt uidere: ut cũ in oĩbus lr̃is
paganorũ: aut nullaten⁹ aut uix iueniant̃
qui non hoĩes fuerint: oĩbus tñ honores
studeant exhibere diuinos: q̃si nihil unq̃
hũanitatis habuerint. Omicto q̃ Varro
dicit: oẽs ab his mortuos existimari manes
deos. et pbat per ea sacra quę oĩbus fere
exhibent̃ mortuis: ubi et ludos cõmẽorat
funebres. tanq̃ hoc sit maxĩm diuinitatis
inditiũ: q̃ non soleant ludi nisi numibus
cęlebrari. Hermes ipe de quo nunc agit̃:
i ipso eodẽ libro ubi q̃i futura pnuntiãdo
deplorans ait. tunc terra ista sanctissima
sedes delubrorũ atq; tẽplorũ: sepulcrorũ
erit mortuorũq; plenissima: deos egipti
hoĩes mortuos eẽ testat̃. Cum. n. dixisset
proauos suos multũ errantes circa d̃orũ

rationem: incredulos & nõ aĩaduertẽtes
ad cultũ religionemq; diuinam: inuẽisse
artem qua efficerẽt deos: cui inuẽtę inq̃t
adiunxerunt uirtutem de mundi natura
cõuenientem: eamq; miscentes: q̃m aĩmas
facere nõ poterant: euocãtes aĩas dęmonũ
uel angelorũ: eas indiderũt imaginibus
sanctis diuinisq; misteriis: p quas idola
et bñfaciendi et male uires hr̃e potuissẽt.
Deinde sequit̃ tanq̃ hoc exẽplis pbatur⁹
& dicit. Auus. n. tuus o Asclepi medicię
pmus inuentor: cui templũ consecratum
ẽ in monte libię circa litus cocodrillorũ:
in quo eius iacet mũdanus hõ id ẽ corp⁹.
Reliquus eni uel potius totus si est homo
totus: i sensu uitę melior r̃meauit i cęlũ.
oĩa etiã nunc hoĩbus adiumẽta prestans
infirmis numine nunc suo: quę solet me-
dicinę arte prębere. Ecce dixit mortuum
coli pro deo i eo loco ubi hẽbat sepulcrũ:
falsus ac fallens dicendo q̃ remeauit in
cęlũ: oĩa etiam nũc hoĩbus adiumenta
prętãs ifirmis. Adiũgẽs deinde aliud:
Hermes inquit cui⁹ auitũ mihi nomẽ est:
nonne inase cognoĩata patria consistens:
oĩes mortales undiq; uenientes adiuuat
atq; conseruat. Hic eniz Hermes maior
id ẽ Mercurius: quẽ dicit auũ suũ fuisse:
in hermopoli hoc est in sui nomĩs ciuitate
phibetur eẽ sepultus. Ecce duos d̃os dicit
hoĩes fuisse: Esculapiũ & Mercuriũ. Sed
de Esculapio et gręci & latini hoc idem
sentiũt: Mercuriũ aũt multi non putant
fuisse mortalem: quẽ tamẽ iste auum suũ
fuisse testat̃. ait eni. alius ẽ ille alius iste:
q̃uis eodem noĩe nuncupent̃. Non multũ
pugno. alius ille sit alius iste. Verum iste
sicut Esculapius ex hoĩe deus: scd̃m testi-
moniũ tanti apd̃ suos uiri hui⁹ Trisme-
gisti nepotis sui. Adhuc addit & dicit.
Ysin uero uxorẽ Osiris quã multa bona
prestare propitiam: q̃ntis scimus obesse
iratã. Deinde ut ostẽderet ex hoc genere
esse deos quos illa arte homines faciunt:

unde dat intelligi demões se opinari ex hoim mortuoꝝ aĩs extitisse: quos ꝑ artẽ quam inuenerũt homĩes multũ errantes increduli & irreligiosi: ait inditos simulacris. qa hi ꝗ tales deos faciebant: aĩas non utiq; facere poterant. Cum de Yside dixisset quod cõmemoraui: quãtis obesse scimus iratam: secutus adiũxit. Terrẽis etenĩ diis atq; mundanis facile est irasci: utpote ꝗ sunt ab hõibus ex utraq; natura facti atq; cõpositi. Ex utraq; natura dicit ex aĩa & corpore. ut ꝓ aĩa sit demõ: pro corpe simulacrũ. Vnde contingit inqt ab egiptiis hec scã aĩalia nuncupari: coliq; ꝑ singulas ciuitates eoꝝ aĩas: qui eas consecrauere uiuentes. ita ut eorum legibus incolanẽ: et eoꝝ nõibus nũcupenẽ. Vbi ẽ illa uelut querela luctuosa: ꝙ terra egipti sanctissĩa sedes delubroꝝ atq; temploꝝ: sepulcroꝝ futura esset mortuorumq; plenissima. Nempe spũs fallax cui9 instinctu Hermes ista dicebat: per eũ ipm coactus est confiteri: iam tũc illã terrã sepulcroꝝ & mortuoꝝ quos pro diis colebãt fuisse plenissimam. Sed dolor demonũ per euz loquebaẽ: ꝗ suas futuras penas apd scõꝝ martirũ mẽorias imminere merebãt. In multis enim talibus locis torquentur & confitenẽ: et de possessis corpibus hoium eiciuntur. ¶ Capitlm .xxvii.

Hec tamẽ nos eisdẽ martirib9 tẽpla: sacerdotia: sacra & sacrifitia cõstituimus. qm̃ non ipi sed deus eoꝝ nobis ẽ deus. Honoram9 sane mẽorias eoꝝ tanq̃ scõꝝ hoim dei: qui usq; ad mortẽ sacrorũ suorũ corpoꝝ pro ueritate certarunt: ut innotesceret uera religio falsis religiõib9 fictis atq; cõuictis. quod etiã si qui antea sentiebant: timẽdo reꝑmebant. Quis aũt audiuit aliqñ fideliũ stantẽ sacerdotẽ ad altare: etiã super sanctũ corpus martiris ad dei honorem cultũq; constructũ dicerẽ in precibus: offero tibi sacrifitium Petre uel Paule uel Cypriane: cũ apud eorum memorias offeratur deo: ꝗ eos homines & martires fecit: et sanctis suis angelis celesti honorẽ sociauit: ut ea celebritate et deo uero de illoꝝ uictoriis grãs agam9: & nos ad imitationẽ taliũ coronarũ atq; palmaꝝ eodem inuocato in auxiliũ. ex eoꝝ memorie renouatiõe adhortemur. Quicũq; igĩ adhibenẽ religiosoꝝ obsequia in martirũ locis: ad ornamẽta sunt mẽoriarũ nõ sacra sunt uł sacrificia mortuoꝝ tanq̃ deoꝝ. Quicunq; etiã epulas suas eo deferũt: quod ꝗdem a xp̃ianis melioribus non fit: et in plerisq; terraꝝ nulla talis est consuetudo: tñ quicũq; id faciũt: quas cũ apposuerint orant et auferũt ut uescanẽ: uel ex eis etiã indigẽtib9 largianẽ: sanctificari ibi eas uolũt per merita martirũ in noĩe dñi martirũ. nõ aũt ista eẽ sacrifitia martirũ: nouit ꝗ nouit unũ quod đo illic offertur sacrifitiũ xp̃ianorum. Nos itaq; martires nostros nec diuinis honoribus nec hũanis crimibus colimus: sicut colũt illi deos suos: nec sacrifitia illis offerim9: nec eoꝝ probra in eoꝝ sacra cõuertimus. Nam de Yside uxore Osiris egiptia dea: & de parẽtibus eoꝝ ꝗ omẽs reges fuisse scribunẽ: quibus parẽtibus suis illa cum sacrificaret inuẽit ordei segetẽ: atq; inde spicas marito regi & ei9 consiliario Mercurio demõstrauit: unde eandẽ & Cererẽ uolũt: que & q̃nta mala non a poetis sed misticis eorũ lr̃is memorie mandata sint: sicut Leone sacerdote prodẽte ad Olimpiadem matrẽ scribit Alexander: legant qui uolũt uel possũt: et recolãt ꝗ legerũt: et uideant ꝗbus hõibus mortuis: uel de quibus eoꝝ factis tanq̃ diis sacra fuerint instituta. Absit ut eos q̃uis đos habeãt: sanctis martirib9 nostris quos tamẽ deos non habemus: ulla ex ꝑte audeãt cõpare. Sic enĩ non constituimus sacerdotes: nec offerim9 sacrifitia martiribus nostris: qa incongruũ & indebitũ illicitũq; est: atq; uni deo tantũmõ debitũ: ut nec crimibus

suis nec ludis eos turpissimis oblectem9. ubi uel flagitia isti celebrant deoꝝ suoꝝ: si cū hoīes eēnt talia cōmiserūt: uel cōficta delectamenta demonū noxioꝝ si homies non fuerunt. Ex isto genere demonum: Socrates nō haberet deū si haberet deū: sed fortasse hōi ab illa arte faciendi deos alieno & innocēti: illi importauerūt talē deū: qui eadem arte excellere uoluerunt. Quid ergo plura? Non eē spiritus istos colendos ꝓpter uitā beatā que p9 mortem futura est: nullus uel mediocriter prudēs ambigit. Sed fortasse dicturi sunt deos qdem eē bonos: demoēs aūt alios bonos alios malos: et eos per quos ad uitam in eternū beatam puenīamus colendos esse censebūt quos bonos opinanē: quod q̄le sit iam in uolumine sequēti uidendū est.

ET bonos & malos deos eē qdā opinati sunt. qdam uero de diis meliora sentientes: tātū eis honoris laudisq tribuerūt: ut nullū deorum malū credere auderēt. Sed illi q deos quosdam bonos quosdam malos eē dixerūt: demoēs quoq appellauerūt noīe deoꝝ: q̄q̄ et deos sed rarius noīe demonū: ita ut ipm Iouē quē uolunt eē regē ac pncipem ceteroꝝ: ab Homero fateanē demonem nuncupatū. Hi aūt q omēs deos non nisi bonos esse asserūt: et longe prestātiores eis hominibus qui boni phibenē: merito mouenē demonū factis que negare non possūt: eaq nullo modo a diis quos bonos eē uolūt cōmitti posse existimantes: differentiam inter deos & demones adhiberē cogunē. ut quidqd eis merito displicet in opibus uel affectibus prauis: qbus uim suā manifestāt occulti spūs: id credant esse demonū non deoꝝ. Sed quia eosdem demones inter hoīes et deos ita medios constitutos putant: tāq̄ nullus deus hōi misceaē: ut hinc pferant desiderata: inde referāt ipetrata. atq hoc platonici precipui phorū ac nobilissimi sentiant: cū qbus uelut cū excellentiorib9 placuit istā examiare questionem. utruz cultus plurimoꝝ deorū prosit ad cōseqndam uitā beatā que post mortem futura est: libro supiore quesiuim9 quo pacto ipi demoēs qui talibus gaudent q̄lia boni & prudentes hoīes auersanē et damnant: id est sacrilega: flagitiosa: facinorosa: nō de quolibet hoīe sed de ipis diis figmenta poetaꝝ et magicarū artiū sceleratam puniēdamq uiolentiā: possint q̄i ꝓpinqores et amiciores diis bonis conciliare hoīes bonos: et hoc nulla rōe posse comptū est. Proinde hic liber sicut in illius fine promisimus: disputationē continere debebit de differentia si quā uolūt esse non deoꝝ inter se quos hoīes bonos dicūt: nec differentia deoꝝ & demonū: quoꝝ illos ab hoībus longe lateq seiūgunt: istos inter deos & hoīes collocant: sed de differētia ipoꝝ demonū: qd ad presentem pertinet questionem. ¶ Capitlm scdm.

APud plerosq enī usitatum est dici alios bonos alios malos demoēs. que siue sit etiā platonicoꝝ phorum siue quorūlibet sententia: nequaq̄ eius ē negligenda discussio. ne quisq̄ uelut demones bonos secūdos sibi esse arbitretur: p quos tanq̄ medios d̄os quos oēs bonos credit: dū conciliari affectat & studet: ut q̄si cū eis possit esse post mortem: irretitus malignorū spūum deceptusq fallatia: longe aberret a uero deo: cū quo solo & in quo solo et de quo solo: aīa hūana id ē rōnal' & intellectualis beata est. ¶ Caplm.iii.

QVe ḡ est differentia dēonū bonoꝝ & maloꝝ: quādo qdem platōicus Apuleius de his uniuersaliter disserens: & tā multa loq̄s de aereis eoꝝ corpib9: de uirtutibus tacuit aīmoꝝ: qbus essent

prędıti si boni essent. Tacuit ergo beati-
tudinis cām: in ditiū uero miserię tacere
non potuit: confitens eorum mētem qua
rōnales eē phibuit: non saltem imbutam
munitāq; uirtutem passiōibus aīmi irrō-
nabilibus nequaq̄ cedere: sed ipam quoq;
sicut stultarū mentiū mos est: procellosis
quodāmō pturbatōibus agitari. Verba
nāq; eı9de hac re ista sunt. Ex hoc ferme
dęmonū numero inqt: poetę solent haud
q̄q̄ procul a ueritate osores & amatores
quorūdam hoīm deos fingere: hos pspe-
rari & euehere: illos contra aduersari &
affligere. Igitur et misereri et indignari:
et angi & lętari: omnemq; humanę aīmę
faciem pati: simili motu cordis & salo
mentis p oēs cogitationū estus fluctuare.
quę oēs turbelę tempestatesq; procul a
deoꝶ cęlestiū tranqllitate exulant. Num
est ī his uerbis ulla dubitatio: ꝙ nō aīoꝶ
aliquas īferiores ptes: sed ipas dęmonū
mentes qbus rōnalia sunt aīmalia: uelut
procellosum salū dixit passionū tēpestate
turbari: ut ne hōibus qdem sapientibus
compādi sint: qui huiusmōi pturbatōib9
aīoꝶ a qbus hūana non est immunis in-
firmitas: etiā cū eas huius uitę conditiōe
patiunt̄: mente impturbata resistūt: non
eis cedentes ad aliqd approbandum uel
ppetrandū qđ exorbitet ab itinere sapię
& lege iustitię: sed stultis mortalibus &
iniustis non corpibus ſ; moribus similes:
ut non dicā deteriores eo ꝙ uetustiores:
et debita pęna insanablīs ipius q̊q; mētis
ut iste appellauit salo fluctuant: nec in
ueritate atq; uirtute qua turbulentis &
prauis affectiōibus repugnat̄: ex nulla
aīmi parte consistunt. ¶ Caplm. iiii.

QVę sunt sentētię phoꝶ de his aīmi
motib9: quos gręci pathae: nostri
aūt qdam sicut Cicero pturbatoēs: qdaʒ
affectiones uel affectus: qdam uero sicut
iste de gręco expressius passiones uocāt.
Has ergo pturbatioēs siue affectioēs siue
passiones: qdam philosophi dicunt etiaʒ
in sapiētem cadere: sed moderatas rōiq;
subiectas: ut eis leges quodāmodo qbus
ad necessariū redigant̄ modū: domiatio
mentis imponat. Hoc q sentiūt platonici
sunt siue aristotilici: cū Aristotiles disci-
pulus Platonis fuerit: q sectā ppateticā
condidit. Aliis autē sicut stoicis: cadere
ullas oīno huiuscemōi passioēs ī sapientē
non placet. Hos aūt id est stoicos Cicero
in libris de finib9 bonoꝶ & maloꝶ: uerb
magis q̄ rebus aduersus platonicos seu
ppateticos certare cōuincit. q̄ndo qdem
stoici nolūt bona appellare sed cōmoda
corpis et externa: eo ꝙ nullū bonū uolūt
esse hoīs pręter uirtutem tanq̄ artē bene
uiuendi: quę non nisi in aīo est. Hęc auteʒ
isti simpliciter & ex cōi consuetudine lo-
quendi appellant bona: sed in compatōe
uirtutis qua recte uiuit̄ pua & exigua.
Ex quo fit: ut ab utrisq; q̊mōlibet uocent̄
seu bona seu cōmoda: pari tñ extimatiōe
pensent̄: nec in hac qōe stoici delectent̄: n̄
nouitate uerboꝶ. Videt̄ ergo mihi etiam
in hoc ubi quęrit̄ utrū accidant sapienti
passioēs aīmi: an ab eis sit psus alienus:
de uerbis eos potius q̄ de reb9 facere cō-
trouersiam. Nam et ipos nihil hinc aliud
q̄ platōicos & ppateticos sentir̄ existio:
q̄tū ad uim rerū actinet nō ad uocablōꝶ
sonū. Vt.n. alia omictā: qb9 id ostēdendū
ne longū faciam: aliqd unū qđ sit euiden-
tissimū dicam. In libris qbus titulus est
noctium acticarum: scribit Agellius uir
elegantissimi eloquii & multum facundę
scientię: se nauigasse aliqn̄ cū quodaʒ pho
nobilī stoico. Is phus sicut latius et uberi9
qđ ego breuiter actingā narrat Agelli9:
cū illud nauigium horribili cęlo & mari
piculosissīe iactaret̄: ui timoris expalluit
phus. Id aīaduersum ē ab eis q aderant:
q̄uis in mortis uicinia curiosissīe actētis:
utrū ne phus in aīo turbaretur. Deinde
tempestate transacta: mox ut securitas

prebuit colloquendi uel etiam garriendi locū: qdam ex his quos nauis illa portabat diues luxuriosus asiaticꝰ philosophū compellebat: illudens ꝙ extimuisset atqꝫ palluisset: cū ipe mansisset intrepidus in eo quo ipēdebat exitio. At ille Aristippi socratici responsum retulit. qui cum in re simili eadem uerba ab hoīe simili audisset: respōdit illū pro aīa neqssimi Nebuloīs merito nō fuisse solicitū: se aūt ꝓ Aristippi aīma timere debuisse. Hac illo diuite respōsione depulso: postea quesiuit Agillius a ph̄o non exagitandi aīo sꝫ discēdi: que nam illa ratio eēt pauoris sui. Qui ut doceret hominem sciēdi studio grauiter accēsum: protulit statim de sarcinula sua stoici epicteti librum: in quo ea sc̄pta eēnt que cōgruerent decretis Zenonis & Crisippi: q̄s fuisse stoicoꝝ ꝑncipes nouimus. In eo libro se legisse dicit Agelliꝰ hoc stoicis placuisse: ꝙ aīmi uisa quas appellāt phantasias: nec in potestate est utrum & q̄n incidant aīo: cū ueniāt ex terribilibꝰ & formidabilibus rebus: necesse est etiā sapientis aīm moueant: ita ut paulisper uel pauescat metu uel tristitia contrahat̄: tanq̄ his passiōibus preuenientibꝰ mentis et ratioīs offitiū: nec ideo tamen in mente fieri opinionem mali: nec approbari ista eisqꝫ consentiri: hoc enī esse uolūt in ptāte idqꝫ interesse censent inter aīm sapientis et stulti: ꝙ stulti aīmus eisdem passiōibus cedit atqꝫ accommodat mentis assensum: sapiētes aūt q̄uis eas necessitate patiantur: retinent tamē de his que appetere uel fugere rōnabiliter debēt: uerā et stabilē inconcussa mente sententiā. Hec ut potui non qdem commodius Agellio: sed certe breuius & ut puto planius exposui: que ille se in epicteti libro legisse cōmēorat: eū ex decretis stoicorū dixisse atqꝫ sensisse. Que si ita sunt: aut nihil aut pene nihil distat iter stoicoꝝ aliorūqꝫ ph̄oꝝ opionem: de passiōibus & ꝑturbatōibꝰ aīoꝝ. Vtriqꝫ enī mentem rationemqꝫ sapientis ab eaꝝ dn̄atōe defendūt. Et ideo fortasse dicunt eas in sapiētem non cadere stoici: qa nequaq̄ eius sapiam qua utiqꝫ sapiens est ullo errore obnubilant: aut labe subuertūt. Accidunt aūt aīo sapientis salua serenitate sapiētie: propter illa que commoda uel incommoda appellāt: q̄uis ea dicere nolint bona uel mala. Nam ꝓfecto si nihili pēderet eas res ille philosophus quas amissurum se naufragio sentiebat: sicuti est uita ista salusqꝫ corporis: non ita illud piclm ꝑhorresceret: ut palloris etiā testimonio ꝓderetur. Verūtamen & illam poterat ꝑmotionem pati: et fixam tenere mente sententiā: uitā illā salutēqꝫ corpis quoꝝ amissionem minabat̄ tempestatis immanitas: non esse bona que illos qbus inessent facerēt bonos: sicut facit iustitia. Quod autē aiūt ea nec bona appellanda esse sꝫ cōmoda: uerboꝝ certamini nō rerū examini deputandū est. Quid .n. interest utrū aptius bona uocent̄ an cōmoda: dū tn̄ ne his ꝑuet̄ non minꝰ stoicus q̄ ꝑipateticus pauescat & palleat: ea nō equaliter appellādo sed eq̄liter extimādo. Ambo sane si bonoꝝ istoꝝ seu cōmodoꝝ ꝑiculis ad flagitiū ul' facinꝰ urgeant̄: ut aliter ea retinere nō possit: male se dicūt hec amittere qbꝰ natura corpis salua et incolumis habet̄: q̄ illa cōmicter̄ qbꝰ iustitia uiolat̄. Ita mēs ubi fixa est ista sententia: nullas ꝑturbatōēs etiā si accidūt iferioribus aīi ptibꝰ in se cōtra rōem preualere ꝑmictit: qnimo eis ipa dn̄at̄: eisqꝫ nō consentiendo & potiꝰ resistēdo regnū uirtutis exercet. Talem describit etiaꝫ Virgilius Aeneam ubi ait. Mens imota manet: lacrime uoluunt̄ inanes.

Caplm .v.

NOn est nunc necesse copiose ac diligēter oñdere: qd de istis passiōibꝰ doceat sc̄ptura diuia: qua x̄pana eruditio continetur. Deo qppe illam ipam mētem subicimus regēdam & iuuandā: mentiqꝫ

passiones ita moderãdas atq; frenãdas:
ut in usum iustitię cõuertant̃. Deniq; si i
disciplina nostra non tã querit̃ utrũ pius
aĩmus irascat̃: sed q̃re irascat̃: nec utrum
sit tristis s; unde sit tristis: nec utrũ time-
at sed quid timeat: irasci enim peccanti ut
corrigat̃: cõtristari ꝓ afflicto ut liberet̃:
timere piclitanti ne pereat: nescio utrum
quisq̃ sana consideratione reprehendat.
Nam & stoicoꝝ ẽ misericordiam solere
culpare. Sed quãto honestius ille stoicus
misericordia ꝑturbaretur hoĩs liberãdi:
q̃ timore naufragii. Longe melius & hu-
manius & pioꝝ sensibus accõmodatius:
Cicero i Cęsaris laude locutus ẽ ubi ait.
Nulla de uirtutib9 tuis nec admirabilior
nec gratior misericordia est. Quid ẽ autẽ
misericordia nisi alienę miserię quędã in
nr̃o corde cõpassio: qua utiq; si possumus
subuẽire compellimur. Seruit autẽ mot9
iste ratiõi: quãdo ita prębet̃ misericordia
ut iustitia conseruetur. siue cũ indigenti
tribuit̃: siue cum ignoscit̃ pęnitenti. Hanc
Cicero locutor egregius non dubitauit
appellar̃ uirtutẽ: quã stoicos inter uicia
numerare nõ pudet. Qui tamẽ ut docuit
liber epictei nobilissimi stoici ex decretis
Zenonis et Crisippi q̃ huius sectę p̃matũ
habuerũt: huiuscemõi passiones in aĩmũ
sapientis admictũt: quem uiciis oĩbus
liberũ esse uolũt. Unde fit consequens ut
hęc ipa non putent uitia: quãdo sapienti
sic accidũt ut contra ũtutẽ mẽtis rõemq;
nihil possint: et una sit eademq; sententia
ꝑipateticoꝝ: uel etiã platonicoꝝ & ipoꝝ
stoicoꝝ. Sed ut ait Tullius: uerbi cõtro-
uersia iam diu torqueat hoĩes garrulos:
contentionis cupidiores q̃ ueritatis. Sed
adhuc merito queri põt: utrũ cũ ad uitę
pręsentis ꝑtineat infirmitatem: etiam in
quibusq; bonis offitiis huiuscemõi ꝑpeti
affect9. Sancti uero angli & sine ira pu-
niant quos accipiunt ęterna dei lege pu-
niendos: et miseris sint miserię cõpassiõe
subueniãt: et piclitantib9 eis quos diligũt
sine timore opitulent̃: et tamẽ istaꝝ noĩa
passionũ consuetudine locutoĩs humanę
etiã in eos usurpent̃: propter q̃dam opm
silitudinẽ. non ꝑpter affectionũ infirmi-
tatẽ: sicut ipe deus sc̃dm sc̃pturas irascit̃:
nec tamẽ ulla passione turbat̃. Hoc enim
uerbum uindictę usurpauit effectus: nõ
illius turbulentis affectus. ¶ Cap. VI.

QVa interim de sanctis anglis q̃oe
dilata: uideam9 q̃ admodũ dicant
platonici medios dęmones inter deos &
cõstitutos: istis passionũ ęstib9 fluctuare.
Si enĩ mente ab his libera eisq; dominãte
motus huiuscemõi non paterent̃: nõ eos
diceret Apuleius sili motu cordis et salo
mẽtis p oẽs cogitationũ ęstus fluctuare.
Ipsa igr̃ mens eoꝝ id est pars aĩ supior
qua rõnales sunt: in qua uirtus & sapiã
si ulla eis esset: passiõibus turbulentis in-
ferioꝝ aĩ partiũ regendis moderandisq;
domiaret̃. Ipsa inq̃m mens eoꝝ sicut iste
platonicus confitetur: salo ꝑturbationũ
fluctuat. Subiecta ẽ ergo mẽs dęmonũ:
passiõibus libidinũ: formidinũ: irarum:
atq; huiuscemõi cęteris. Quę igr̃ ps in eis
libera est composq; sapientię: qua placeãt
diis & ad bonoꝝ deoꝝ silitudinẽ hoĩbus
consulant: cũ eoꝝ mens passionum uiciis
subiugata & oppressa: quidquid ratioĩs
naturaliter habet: ad fallendũ & decipi-
endum tanto acrius intendat: q̃nto eam
magis possidet nocendi cupiditas.

QVod si quisq̃ dicit ¶ Cap. VII.
nõ ex oĩm sed ex maloꝝ dęmonũ
numero eẽ: quos poetę quorũdam hoĩm
osores & amatores deos non ꝑcul a ue-
ritate fingũt: hos enĩ dixit Apulei9 salo
mentis p oẽs cogitationũ ęstus fluctuare:
quomõ istud itelligere poterimus: q̃ndo
cũ hoc diceret non quorũdam id ẽ maloꝝ
sed oĩum dęmonũ medietatem: propter
aerea corpa inter deos & hoĩes describe-
bat. Hoc enim ait fingere poetas: q̃ ex

istoꝝ demonum numero deos faciunt: et eis deoꝝ noīa imponūt: et qbus uoluerīt hōibus ex his amicos īimicosq̧ distribuunt: fictis carminibus impunita licētia: cuȝ deos ab his demonum moribus: et celesti loco: & beatitudinis opulētia: r̄motos eē phibeāt. Hec est ergo fictio poetarū deos dicere q dii nō sunt: eosq̧ sub deoꝝ nōib9 īter se decertarī: ꝑpter hoīes q̄s ꝑ studio ꝑtium diligūt ul' oderūt. Non ꝑcul aūt a ueritate dicit hāc esse fictionē. qm̄ deorum appellati uocabulis q dii nō sunt: tales tñ describuntur demoēs quales sunt. Deniq̧ hinc eē dicit Homer9 īquā illā Mineruā: que diis celestib9 grauē cohibēdo Achillē interuenit. Quod g° Minerua illa fuerit poeticū uult eē figmentū: eo ꝙ Mineruā deam putāt: eamq̧ īter deos quos oēs bonos beatosq̧ credit ī alta etherea sede collocat: ꝑcul a couersatione mortalium. Quod aūt aliquis demō fuerit grecis fauens: troianisq̧ cōtrarius: sicut alius aduersus grecos troianoꝝ opitulator: queȝ Veneris seu Martis noīe idē poeta cōmemorat: quos deos iste talia non agētes in celestib9 habitatōibus ponit: et hi dēones ꝑ his quos amabāt cōtra eos q̄s oderant inter se decertauerit: hoc nō ꝑcul a ueritate poetas dixisse cōfess9 ē. De his qppe ista dixerūt: q̄s hōibus simi motu cordis & salo mentis ꝑ omnes cogitationū estus fluctuare testatur: ut possent amores & odia nō ꝑ iustitia: ſȝ sicut ppl's similis eoꝝ in uenatoribus & aurigis secundū suaꝝ studia ꝑtiū: pro aliis aduersus alios exercere. Id eniȝ uidet̄ ph̄s curasse platōic9: ne cū hec a poetis canerent̄: nō a demōibus mediis: ſȝ ab ipis diis q̄ꝝ noīa poete fingēdo ponūt fieri crederent̄. Ca. viii.

Quid illa ipa definitio demonum? Parū ne intuēda est: ubi certe oēs determinādo cōplexus ē: ꝙ ait demones esse genere aīalia: aīmo passiua: mēte rationabilia: corꝑe aerea: tempor̄ eterna? In qbus quinq̧ cōmemoratis: nihil dixit oīno ꝙ demones cū bonis saltē hōibus id uiderent̄ habere cōmune: qd̄ non esset in malis. Nam ipsos hoīes cū aliquāto laci9 describendo cōplecteret̄: suo loco de illis dicēs tāq̄ de infimis atq̧ terrenis: cū ꝓus dixisset de celestibus diis: ut cōmendatis duab9 ꝑtibus ex sūmo & infimo: ad ultimum tercio loco de mediis demonibus loqueret̄. Igit̄ hoīes inquit ratōe gaudētes: oratione pollentes: īmortalib9 aīmis: moribundis mēbris: leuib9 et anxiis mētibus: brutis & obnoxiis corꝑib9: dissimilib9 moribus: silibus errorib9: ꝑuicaci audacia: pertinaci spe: casso labore: fortuna caduca: singillatim mortales: cūcti tamē in uniuerso genere ꝑpetui: uicissim sufficiēda ꝓle mutabiles: uolucri temꝑe: tarda sapientia: cita morte: querula uita: terras incolūt. Cuȝ hinc taȝ multa diceret que ad plurimos hoīes ꝑtinēt: nūq̄d etiā illud tacuit quod nouerat eē paucoꝝ: ubi ait tarda sapia cita morte? Quod si pretermisisset: nullo modo recte gen9 hūanuȝ descriptōis hui9 taȝ intenta diligētia terminasset. Cum u° deoꝝ excellentiā cōmēdaret: ipaȝ beatitudinē quo uolūt hoīes per sapiam ꝑuenire: ī eis affirmauit excellere. Proinde si aliq̄s demones bonos uellet ītelligi: aliqd etiā in ipoꝝ desc̄ptōe poneret: unde uel cū diis aliq̄ beatitudis partē: uel cuȝ hoibus q̄lemcūq̧ sapiētiam putarent̄ hr̄e cōmunē. Nunc uero nulluȝ bonū eoꝝ cōmemorauit quo boni discernerent̄ a malis: q̄uis & eoꝝ malitie liberius exꝓmende peꝑcerit: ne taȝ ne ipsos q̄ et cultores eoꝝ apud quos loquebat̄ offenderet. Sig̃ficauit tamē prudētibus qd de illis sentir̄ deberēt quādo qdem deos quos oēs bonos beatosq̧ credi uoluit: ab eorū passionibus atq̧ ut ait ipse turbelis oīmodo sepauit: sola illos corporū eternitate cōiungens: aīo aūt nō diis ſȝ hoīb9 similes demōes aptissime inculcās: & hoc

non sapientię bono cuius et hoíes possunt esse pticipes: sed ꝑturbatióe passionū quę stultis malisq; dñaꝛ̄: a sapientib⁹ uero & bonis ita regiꝛ̄: ut malint eam nō habere q̄ uincere. Nam si non corpꝫ sed aíorum ęternitatem cū diis habere dęmoēs uellet intelligi: non utiq; homínes ab huius rei cōsortio separet: qa & hōibus ęternos eē̄ aíos: proculdubio sicut platóicus sentit. Ideo cū hoc genus aíantium describeret: immortalibus aímis moribūdis mēbris dixit esse hoíes. ¶ Caplm̄.ix.

AC per hoc si ꝓpterea coēm cū diis ęternitatem non habent hoíes: qa corpe sunt mortales: ꝓpterea g° dęmoēs habent qa corpe sunt ímortales. quales gͤ mediatores sunt inter hoíes & deos: per quos ad deoꝝ amicitias hoíes ambiant: qui hoc cū hōibus habent deterius: quod est in aíante melius id est aímū: hoc autē habent cū diis melius: quod est in aíante deterius id est corpus. Cum enī aímans id ē aíal ex aía constet & corpore: quoꝝ duoꝝ aíma est utiq; corpore melior: et si uiciosa & infirma melior certe corpe etiā sanissio atq; firmissio: quoniā eius natura excellentior nec labe uicioꝝ postponitur corpori: sicut aurū etiā sordidū argento seu plūbo licet purissio carius extimaꝛ̄. Isti mediatores deoꝝ & hoīm: per quos interpositos diuinis hūana iungūtur: cū diis habent corpus ęternū: uiciosum aūt cum hōibus aím: quasi religio qua uolūt diis hoíes per dęmoēs iungi: in corpore sit non in aío constituta. Quę nam tādem istos mediatores falsos atq; fallaces: q̄si capite deorsum neqtia uel pęna suspēdit: ut inferiorem aíalis ꝑtem id ē corpus cū sup̄ioribus: sup̄iorem uero id est aímū cū inferioribus habeāt: et cū diis cęlestibus in ꝑte seruiente coniuncti: cū hōibus aūt terrestribus in parte dñante sint miseri. Corp⁹ qppe seruū ē: sicut etiā Salusti⁹ ait. aí imperio corpis seruitio magis utimur. Adiunxit autem ille: alterū nobis cū diis alterū cū beluis cōe est. quoniā de hōib⁹ loquębaꝛ̄: qb⁹ sicut beluis mortale corp⁹ est. Isti autē quos inter nos & deos mediatores nobis ph̄i prouiderūt: possunt qdem dicere de aío et corpe: alterū nobis cū diis alterum cū hōibus cōe est. sꝫ sicut dixi tanq̄ in puersum ligati atq; suspensi: seruū corpus cū diis beatis: dñm aímuꝫ cū hōibus miseris habētes: ꝑte inferiore exaltati: sup̄iore deiecti. Vnde etiaꝫ si qsq̄ propter hoc eos putauerit ímortalitateꝫ hēre cū diis: qa nulla morte sicut aíalium terrestriū aími eoꝝ soluunꝛ̄ a corpe: nec sic extimandū est eoꝝ corpus tanq̄ honoratoꝝ ęternū uehiculū: sꝫ ęternū uinculuꝫ damnatoꝝ. ¶ Capitlm̄.x.

PLotinus certe nr̄ę mēorię uicinus tempꝛibus: Platonē cęteris excellētius intellexisse laudaꝛ̄. Is cū de hūanis aís ageret: pater inqt misericors: mortalia illis uincula faciebat. Ita hoc ipsuꝫ q᷑ mortales sunt hoíes corpe: ad misericordiā dei pr̄is ꝑtinere arbitratus ē: ne semꝑ hui⁹ uitę miseria teneanꝛ̄. Hac misericordia indigna iudicata est iniqtas dęmonuꝫ: quę in aími passiui miseria: non mortale sicut hoíes sꝫ ęternū corpus accepit. Eēnt qppe fęliciores hōibus: si mortale cū eis haberent corpus: et cū diis beatū aímuꝫ. Essent aūt pares hōibus: si cū aío misero saltem mortale cū eis habere meruissent & corpus. si tn̄ acqrerent aliqd pietatis: ut ab erumnis uel in morte requiescerent. Nunc uero non solū fęliciores hōibus nō sunt aío misero: sed etiaꝫ miseriores sunt ꝑpetuo corporis uinculo. Non enī aliqua pietatis & sapientię disciplina ꝓficientes intelligi uolunt ex dęmōibus fieri deos: cū aptissime dixerit dęmones ęternos. ¶ Caplm̄.xi.

DIcit qdem & aías hoīm dęmoēs eē̄: et ex hōibus fieri lares: laruas: et manes. lares si meriti bōi sunt: lemures si mali seu laruas. Manes

autem deos dicūt. ſed incertū eſt bonoꝝ eos ſeu maloꝝ eē meritoꝝ. In qua opiōne q̄ntam uoraginē apiant ſectādis pditiſq moribus: quis non uideat ſi uel paululū actendat? Quādoquidē q̄libet neq fuerint hoīes: ul' laruas ſe fieri dum opinant̄: ul' dum manes deos: tanto peiores fiūt q̄to ſunt nocēdi cupidiores. ut etiā q̄buſdam ſacrificiis tāquam diuīs honoribus poſt mortem ſe inuitari opinentur ut noceāt. Laruas q̄ppe dicit eē noxios demōes ex hōibus factos. Sed hinc alia queſtio eſt. Inde aūt phibet appellari grece bt̄os ſeu dęmones: q̄ boni ſint aīmo hoc eſt boni dęmones. aīmos quoq hoīm dęmones eē confirmans. ¶ Capitlm .xii.

SEd nūc de his agim⁹ quos ī natura propria deſcripſit: inter deos & hoīes genere aīalia: mente rōnalia: aīmo paſſiua: corpore aerea: tempore ęterna. Nempe cū pus deos ī ſublimi cęlo: hoīes autem in terra infima diſiunctos locis & naturę dignitate ſecerneret: ita cōcluſit. Habetis inq̄t inter bona aīalia: deos ab hōibus plurimū differētes: loci ſublimitate: uitę perpetuitate: naturę pfectione: nullo inter ſe propinquo cōmunicatu. cū & habitacula ſumma ab infimis tāta intercapedo faſtigii deſpiciat: et uiuacitas illic ęterna & indefecta ſit: hic caduca & ſucciſiua. Ingenia illa & ad beatitudinē ſublimata: hęc ad miſerias infirmata. hic cęleſtia: ibi terrena uideo commemorata: cōtraria de duabus naturę ptib⁹ ultimis: id eſt ſummis atq infimis. Nam tria quę propoſuit de diis laudabilia: eadē repetiuit aliis quidem uerbis: ut eis alia tria aduerſa ex hōibus redderet. Tria deoꝝ hęc ſunt: loci ſublimitas: uitę ppetuitas: perfectio naturę. Hęc aliis uerbis ita repetiuit: ut eis tria contraria hūanę cōditionis opponeret: cū & habitacula inquit ſumma ab infimis tāta itercapedo faſtigii deſpiciat: qa dixerat loci ſublimitatē. Et uiuacitas illic inq̄t ęterna et indefecta ſit: hic caduca & ſucciſiua: quia dixerat uitę ppetuitatem. Et ingenia illa inq̄t ad beatitudinem ſublimata: hęc ad miſerias infirmata: qua dixerat naturę pfectionē. Tria igr̄ ab eo poſita ſunt deoꝝ: id ē loc⁹ ſublimis: ęternitas: beatitudo. et his contraria tria hominū: id eſt locus infimus: mortalitas: miſeria. Inter hęc terna deoꝝ & hoim qm̄ demones medios poſuit: de loco nulla eſt controuerſia. Inter ſublimē q̄ppe et infimum: medius locus aptiſſime habet̄ & dicit̄. Cętera bina reſtant q̄bus cura actentior adhibenda eſt: q̄admodū uel eſſe aliena a demōibus oſtendant̄: uel ſic eis diſtribuantur ut medietas uidetur expoſcere: ſꝫ ab eis aliena eē non poſſunt. Non enīꝫ ſicut dicimus locū mediū nec eē ſummū nec infimū: ita dęmones cum ſint aīalia rōnalia nec beatos eē nec miſeros: ſicuti ſunt arbuſta ul' pecora quę ſunt ſenſus uel rōis experta: recte poſſum⁹ dicere. Quoꝝ ḡ ratio mentib⁹ ineſt: aut miſeros eē aut btōs eſſe neceſſe eſt. Item nō poſſum⁹ recte dicere: nec mortales eſſe dęones nec ęternos. Oīa nāq uiuentia aut ī ęternū uiuunt: aut finiunt morte quod uiuunt. Iam uero iſte tempore ęternos dęmones dixit. Quid igr̄ reſtat niſi ut hi medii de duob⁹ ſummis unū habeant: et de duob⁹ infimis alterum? Nam ſi utraq de imis habebūt: aut utraq de ſummis: medii nō erunt: ſed in alterutram ptem uel reſiliūt uel recumbūt. Quia ergo his binis ſicut demonſtratū eſt carere utriſq nō poſſūt: exceptis ex utraq parte ſingulis mediabunt̄. Ac per hoc quia de infimis habere non poſſunt ęternitatem: quę ibi non eſt: unum hoc de ſummis habent. Et ideo nō eſt alterū ad complēdam medietatē ſuā: quod de infimis habeant niſi miſeriam.

ESt itaq ſcdm ¶ Caplm .xiii.
platonicos ſublimiū deoꝝ uel btā ęternitas: uel ęterna beatitudo: hominuꝫ

uero infimorum ul' miseria mortalis: uel
mortalitas misera: dęonū aūt medioꝝ ul'
misera ęternitas: ul' ęterna miseria. Nā &
qnq; ill' quę ī diffinitiōe dęonū posuit: nō
eos medios sicut ꝓmictebat ostendit. qm̄
tria dixit eos hr̄e nobiscū: ꝙ genere aīa-
lia: ꝙ mēte rōnalia: ꝙ aīo passiua sunt. cū
diis aūt unū ꝙ tpe ęterna: et unū ꝓpͥū ꝙ
corpe aerea. Quō g̊ medii qn̄ unū hēnt cū
summis: tria cū infimis? Quis nō uideat
relicta medietate q̃tū iclinent̃ & deꝑmāt̃
in īfima? Sed plane ibi etiā medii possūt
ita inuēiri: ut unū habeāt ꝓpͥū qd ē corp9
aereū: sicut & illi de summis atq; infimis
singula ꝓpͥa. dii corpus ętbereū: hoīesq;
terrenū. duo ů cōia sint oībus. ꝙ genere
sunt aīalia: et mente rōnalia. Nā et ipe cū
de diis & hōibus loquęret̃: habetis inqt
bina aīalia. Et nō solēt isti đos n̄ rōnales
mēte ꝓhibeȓ. Duo sūt resi dua. ꝙ sunt aīo
passiua: tpe ęterna. Quoꝝ habent unū cū
infimis: cū summis alterū. ut ꝓportōnali
rōe librata medietas neq; sustollat̃ i sum-
ma: neq; ī infima deꝑmat̃. Ipa est aūt illa
dęonū misera ęternitas: ul' ęterna miꝭia.
Qui. n. ait aīo passiua: etiā misera dixisſʒ:
n̄ ꝓ eoꝝ cultorib9 erubuisset. Porro quia
ꝓuidētia summi dei sicut etiā ipi fatent̃:
non fortuita temeritate regit̃ mūd9: nūq̃
esset istoꝝ ęterna miseria: nisi eēt magna
malitia. Si g̊ beati rc̄te dicunt̃: iā dęones
nō sunt: cū dęones sint quos iter hoīes &
deos isti i medio locauer̄t. Quis g̊ est loc9
bonoꝝ dęmonū: si supra hoīes infra đos:
istis prębeāt adiutoriū illis ministeriū?
Si enī boni ęternīq; sunt: ꝓfecto & beati
sunt. Eterna autē beatitudo medios eos
eē non sinit: q̄a multū diis cōpat: multūq;
ab hōib9 separat. Vnde frustra isti cona-
bunt̃ ostendere: quomō dęmones boni si
et immortales sunt & beati: recte medii
constituantur inter deos immortales ac
btōs: et hoīes mortales ac miseros. Cum
enī utrūq; habeāt cū diis: et beatitudinē
scilicet & immortalitatem: nihil aūt hoꝝ
cū hōibus et miseris et mortalib9: quomō
non potius remoti sunt ab hōibus diisq;
coniūcti: q̃ inter utrosq; medii cōstituti?
Tunc enī medii essent si haberent & ipsi
duo quędā sua: non cū binis alterutroꝝ:
sed cū singulis utrorūq; coīa. sicut homo
mediū qddam est inter pecora et angl'os.
ut quia pecus est aīmal irratōnabile atq;
mortale: angelus aūt aīmal rationale &
immortale: medius homo esset inferior
angelis superior pecoribus: habēs cū pe-
coribus mortalitatem: rationē uero cum
angl'is: aīmal rationale mortale. Ita ergo
cum quęrimus medium inter beatos im-
mortales miserosq; mortales: hoc īuenir̃
debemus: qd aut mortale sit beatum: aut
immortale sit miserum. ¶ Capl'm. xiiii.

UTrū et btūs & mortalis homo eē
possit: magna est inter homīes q̄ō.
Quidā. n. cōditionē suā hūilius īspexer̄t:
negauerūtq; hoīem capacē eē beatitudīs
posse: q̃diu mortaliter uiuit. Quidam ů
extulerūt se & ausi sunt dicere: sapientię
cōpotes btōs esse posse mortales. Quod si
ita est: cur nō ipsi pot9 medii constituunt̃
inter mortales miꝭos et īmortales btōs:
beatitudieʒ hn̄tes cū immortalib9 beatis:
mortalitatē cū mortalibus miseris? Pro-
fecto. n. si beati sunt inuidēt nemini. Nā
qd miserius inuidētia? Et iō mortalibus
miseris q̃tū possūt ad conseq̄ndā beatitu-
dinē consulāt: ut etiā immortales ualeāt
esse post mortem: et angelis īmortalibus
beatisq; coniungi. ¶ Capitl'm. xv.

SI aūt qd multo credibili9 & ꝓba-
bilius disputat̃: omēs hoīes q̃diu
mortales sunt etiā miseri sint necesse est:
quęrēdus ē medi9: q non solū hō uerū etiā
đs sit: ut hoīes ex mortali miꝭia ad btāʒ
īmortalitatē hui9 medii beata mortalitas
interuēiendo perducat. quē neq; non fieri
mortalē opteba: neq; ꝑmanere mortalē.
Mortalis q̄ppe factus est: non infirmata

uerbi diuinitate: sed carnis infirmitate
suscepta. Non autē pmansit in ipsa carne
mortalis: quā resuscitauit a mortuis: qm̄
ipe est fructus mediatōis eius. ut nec ipsi
propter quos liberandos mediator effect⁹
est: ī ppetua ul' mortis carne remanerēt.
Proinde mediatorem inter nos & deum
et mortalitatē hēre oportuit transeūtem:
& beatitudinem pmanētem. ut per id ꝙ
transit congrueret morituris: et ad id qđ
pmanet trāsferret ex mortuis. Boni igr̄
angeli inter miseros mortales & beatos
immortales medii esse non possunt: quia
ipi quoqꝫ beati & imortales sunt. Possūt
autē medii esse angeli mali: qa imortales
sunt cū illis: miseri cū istis. His contrari⁹
est mediator bonus: qui aduersus eorum
immortalitatem & miseriam et mortalis
eē ad tēpus uoluit: et beatus ī ęternitate
persistere potuit. Ac sic eos & imortales
supbos & miseros noxios: ne per imor-
talitatis iactātiam se ducerēt ad miseriā:
& suę mortis hūilitate: et suę beatitudīs
benignitate destruxit: in eis quoꝝ corda
p suā fidem mūdans: ab illoꝝ imundissia
dñatōe liberauit. Homo itaqꝫ mortalis &
miser longe seiunctus ab imortalibus &
beatis: qđ eligat mediū per qđ imortali-
tati & beatitudini copulet̄? Quod possit
delectare in dęmonū imortalitate miserū
est: quod possit offēdere in x̄ mortalitate
iam non est. Ibi ergo cauenda est miseria
sempiterna: hic mors timenda nō est quę
esse non potuit sempiterna: et beatitudo
amanda ē sempiterna. Ad hoc quippe se
interponit medius immortalis & miser:
ut ad immortalitatem beatā transire non
sinat: qm̄ in hoc psistit qđ impedit id ē in
ipa miseria. Ad hoc autem se interposuit
mortalis et beat⁹: ut mortalitati trāsacta
et ex mortuis faceret imortales: quod in
se resurgēdo mōstrauit: et ex miseris be-
atos: qa beatitudo nunq̄ ab ipo discessit.
Alius est ḡ medi⁹ malus q̄ sepat amicos:
alius bonus qui reconciliat inimicos. Et
ideo multi sunt medii separatores: quia
multitudo quę beata ē uni⁹ dī pticipatōe
fit beata. Cui⁹ pticipatiōis pūatiōe misera
multitudo maloꝝ angloꝝ: quę se opponit
potius ad impedimentū: q̄ interponit ad
beatitudīs adiutoriū. et etiā ipsa multi-
tudine obstrepit quodammō ne possit ad
illud unū beatificum puenīri: ad quod ut
pduceremur nō multis sꝫ uno mediatore
opus erat: et hoc eo ipo cui⁹ participatōe
sumus beati. hoc est uerbo dei nō facto:
sed p quod facta sunt omīa. Nec tamē ob
hoc mediator est qa uerbū: maxīe qppe
immortale & maxīe beatū uerbū longe ē
a mortalibus miseris: sed mediator p qđ
homo. eo ipo ostendens utiqꝫ ad illud nō
solū beatū uerū etiā beatificum bonū non
oportere queri alios mediatores: p quos
arbitremur nobis puentionis gradus eē
moliendos. quia btūs & beatificus deus
factus pticeps hūanitatis nr̄ę: cōpendiū
prębuit pticipādę diuinitatis suę. Neqꝫ enī
nos a mortalitate & miseria liberans: ad
angelos immortales btōsqꝫ ita pducit: ut
eoꝝ participatōe etiā nos immortales &
beati simus: sed ad illā trinitatem cui⁹ &
angeli pticipatiōe beati sunt. Ideo quādo
in forma serui ut mediator eēt infra an-
gelos esse uoluit: in forma dī sup anglos
mansit. Idem in inferioribus uia uitę: q
in supioribus uita. Non. n. uerū est quod
idem platōicus ait dixisse Platonē: nlls
deus miscet̄ hōi. Et hoc pręcipuū eorum
sublimitatis ait esse specimē: ꝙ nulla at-
trectatōe hoim contamiant̄. ¶ Ca. xvi.

Ergo dęmones contamiari fatent̄:
& ideo eos a qbus contaminātur
mūdare non possūt. oēsqꝫ immūdi pīter
fiūnt. et dęmones contrectatōne hoium:
& homīes cultu dęmonum. Aut si et con-
trectari misceriqꝫ hoib⁹: nec tñ cōtamiari
dęmoēs possūt: diis pfcto meliores sunt:
quia illi si miscerentur contaminarentur.

Nam hoc deoꝝ dicit̃ eẽ pręcipuũ: ut eos sublimiter separatos hũana contrectatio contamiare nõ possit. Deũ qdem summũ oĩm creatorẽ: quẽ nos uerũ deũ dicimus: sic a Platone prędicari asseuerat: ꝙ ipe sit solus q non possit penuria ꝓmoĩs hũani: quãuis ratõne uel modice comprębendi: uix aũt sapiẽtib9 uiris cũ se uigore aĩmi q̃tũ licuit a corpore remouerĩt: intellectuꝫ hui9 dei: id quoqꝫ interdũ uelut in altissimis tenebris rapidissĩo coruscamĩe lumẽ candidũ intermicare. Si ergo supra oĩa uere summ9 deus intelligibili & ineffabilĩ quadã pręsentia: et si interdum: et si tãq̃ rapidissĩo coruscamine lumen candidum intermicãs: adest tamẽ sapientiũ mentib9 cũ se q̃ntũ licuit a corpe remouerũt. Nec ab eis contamiari põt. quid est ꝙ isti dii propterea constituunt̃ longe in sublimi loco: ne contrectatõe contamient̃ hũana: quasi corpa illa ętherea tactu tm̃ quęant hũano et nõ etiã uisu cõtaminari? Porro si non contamiant̃ sidera cũ uident̃: quos deus omnes uisibiles dicit: nec dęmones hoĩm contamiant̃ aspectu: q̃uis de ꝓxĩo uideant̃. An forte uocibus hũanis contaminarent̃: q acie nõ contamiant̃ ocloꝝ: & ideo dęmoẽs medios habent per quos eis uoces hoĩm nuntient̃: a quibus longe absunt: ut incontamiatissimi ꝑseuerent? Quid iam de cęteris sensibus dicam? Nõ enĩ olfaciendo contamiari uel dii possent si adessent: uel cũ adsunt dęmoẽs possunt uiuoꝝ corpoꝝ uaporib9 hũanoꝝ: si tãtis sacrifitioꝝ cadauerinis non contamiant̃ nidorib9. In gustandi aũt sensu nulla necessitate reficiẽdę mortalitatis urgent̃: ut fame adacti cibos ab hominibus quęrãt. Tactus uero in potestate est. Nam licet ab eo potissimũ sensu contrectatio dicta uideat̃: hacten9 tamẽ si uellent miscerent̃ hõibus: ut uiderẽt & ab hõib9 uiderent̃: audirent et audirent̃: tangendi quę autẽ necessitas? Nam neqꝫ hoĩes id cõcupiscerẽt auderent: cum deoꝝ uel dęmonũ bonoꝝ conspectu uel colloquio fruerent̃. Et si in tantũ curiositas ꝓgrederet̃ ut uellet: quonã pacto quispiam posset inuitũ tangere deũ uel dęmonem: qui nisi captũ non põt passerẽ? Videndo ğ uisib9qꝫ se prębẽdo: et loquendo & audiendo dii corporaliter misceri hõibus possent. Hoc autem modo dęmones si miscent̃ ut dixi et non contamiant̃: dii aũt cõtamiarent̃ si miscerent̃: incontamiabiles dicũt dęmoẽs: et contaminabiles deos. Si aũt contaminant̃ & dęmones: qd conferũt hõibus ad uitã p9 mortem btãm quos contamiati mũdare non possũt: ut eos mũdos diis incõtaminatis possint adiũgere: inter quos & illi medii cõstituti sunt? Aut si hoc eis bñfitii non conferũt: qd ꝓdest hõibus dęmonũ amica meditatio? An ut post mortem nõ ad deos hoĩes per dęmoẽs transeant: sed siml' uiuant utriqꝫ contamiati: ac per hoc neutri beati? Nisi forte quis dicat more spongiaꝝ uel huiuscemodi rerũ mũdare dęmoẽs amicos suos: ut tanto ipsi sordidiores fiant: q̃nto fiunt homĩes eis uelut tergentibus mundiores. Quod si ita est: contamiatioribus dii miscent̃ dęomibus: qui ne contamiarent̃: hoĩm ꝓpinq̃tatem contrectationemqꝫ uitarũt. An forte dii possũt ab hõibus contaminatos mũdare dęmones: nec ab eis contamiari: et eo mõ non possũt & hoĩes? Quis talia sentiat: nisi quẽ fallacissimi dęmones deceperũt? Quid ꝙ si uideri & uidere contaminat: uident̃ ab hõibus dii: quos uisibiles dicit clarissima mũdi lumina & cętera sidera: tutioresqꝫ sunt dęmones ab ista hominũ contaminatiõe: qui non possũt uideri nisi uelint? Aut si non uideri sed uidere contaminat: negent ab istis clarissĩs mundi luminibus quos deos opinantur uideri hoĩes: cũ radios suos terras usqꝫ ꝑtẽdãt. Qui tñ eoꝝ radii ꝑ quęqꝫ diffusi ĩmunda inde non cõtaminant̃: et dii cõtamiarent̃

si hoīb9 miscerenť: etiā si esset necessarius
in subuehendo cōtactus. Nam radiis solis
& lune terra contingiť: nec ista cōtamiať
luce. miror aūt plurimū tam doctos ho-
mines: qui cuncta corporea & sensibilia
que pre incorpalibus & intelligibilibus
postponēda iudicauerit: cū agiť de beata
uita: corpalium contrectationum facere
mentionem. Vbi est illd Platonis ubi ait.
Fugiendū est igť ad clarissimam patriā.
et ibi parebunt tibi oīa. Que igť classis
inqt effugat similē deo fieri. Si ergo deo
tanto silior q̄nto quisqȝ fit ꝓpinqor: nulla
est ab illo alia lōginqtas q̄ ei9 dissilitudo.
Incorpali uero illi eterno & incōmutabli
tanto est aīa hoīs dissimilior: quāto rerū
tempalium mutabiliumqȝ cupidior.

¶ Cap. xvii.

Hoc ut sanetur qm̄ immortali puritati que in summo
est: ea que in imo sunt mortalia et imūda
cōuenire nō possūt: op9 ē qdē mediatore:
non tamē tali qui corpus quidem habeat
immortale ꝓpinquū summis: aīmū autē
morbidum similem infimis: quo morbo
nobis inuideat potius ne sanemur: q̄ ad-
iuuet ut sanemur: sed tali q nobis īfimis
ex corpis mortalitate coaptat9: imortali
spūs iustitia p quā non locoꝝ distantia s;
silitudinis excellentia mansit in summis:
mūdandis libandisqȝ nobis uere diuinū
prebeat adiutorium. Qui ꝑfecto incon-
taminabilis deus absit ut contamiatonē
timeret ex hoīe quo indutus est: aut ex
hoībus inter quos in hoīe conuersat9 est.
Non enī parua sunt hec interim duo que
salubriter sua incarnatione monstrauit:
nec carne posse contamiari uerā diuitatē:
nec ideo putandos demoēs nobis eē me-
liores qa non habent carnē. Hic est sicut
eū predicat sancta scptura mediator dei
et hoīm homo xp̄us Ih̄s: de cui9 diuitate
qua patri est semp equalis: et hūanitate
qua nobis fact9 est silis: non hic locus est
ut cōpetenter ꝑ nr̄a facultate dicamus.

¶ Ca. xviii.

Falsi aūt illi fallacesqȝ mediatores dēones: q cū per spūs
immunditiam miseri ac maligni multis
effectib9 clareāt: per corpaliū tamē locoꝝ
interualla: et p aereoꝝ corpoꝝ leuitatē a
prouectu aīoꝝ nos auocare atqȝ auerteř
moliunť: nec uiā prebent ad deū: sed ne
uia teneať impediūt. quādo qdem & in
ipa uia corpali que fallissia ē & plenissia
erroris: qua non iter agit iustitia: qm̄ nō
per corpalem altitudinē s; p spūalem hoc
est in corpalem silitudinē ad deū debem9
ascendere: in ipa tamē corporali uia quā
demonū amici per elementoꝝ gradus or-
dinant: inter ethereos deos & terrenos
hoīes aereis demōibus mediis cōstitutis:
hoc deos opinanť habere precipuum: ut
propter hoc iteruallū locoꝝ cōtrectatiōe
non contaminenť humana. Ita demones
contaminari potius ab hoībus: q̄ homies
mūdari a demōibus credūt: et ideo ipos
contaminari potuisse: nisi loci altitudine
munirenť. Quis tam infelix ē ut ista uiā
mūdari se existimet: ubi hoīes contami-
nantes: dēones cōtamiati: dii cōtamiabi-
les predicanť: et non potius eligat uiam
ubi cōtaminātes magis demoēs euitenť:
et ab incōtaminabili deo ad meūdam so-
cietatem icontaminatoꝝ angeloꝝ hoīes
a contaminatione mūdenť.

Via corporalis falsissima, et plenissima.

¶ Ca. xix.

Sed ne de uerbis etiam nos certare
uideamur: qm̄ nōnulli istorum ut
ita dixerim demonicolaꝝ in qb9 et Labeo
est: eosdem phibent ab aliis angelos dici
quos ipi demoēs nūcupant: iam mihi de
bonis angelis aliquid uideo disserēdum
quos isti esse non negāt: s; eos bonos de-
mones uocare q̄ angelos malūt. Nos aūt
sicut scptura loquiť scdm quā christiani
sumus: angelos qdem ptim bonos: ptim
malos: nunq̄ uero bonos demoēs legim9.
Sed ubicunqȝ illaꝝ lr̄aꝝ hoc nomē positū
repiť: siue demones siue demoīa dicanť:
nō nisi maligni significanť spūs. Et hanc

loquendi consuetudinem in tantū populi
usq₃ quaq₃ secuti sunt: ut eoꝝ etiā q pagāi
appellantur: et deos multos ac dęmones
colendos eē contendūt: nullus fere sit tā
literatus & doctus: qui audeat in laude
uel seruo suo dicere dęmonem habes: sed
quilibet hoc dicere uoluerit: non se aliter
accipi q̄ maledicere uoluisse dubitare nō
possit. Quę igr̄ nos causa compellit: ut pꝰ
offensionē aurīū tam multarū: ut iā pene
sint oīm quę hoc uerbū nisi in malā ptem
audire consueuerūt: qđ diximꝰ cogamur
exponere: cum possimus angeloꝝ nomīe
adhibito: eādem offensionem quę nomīe
dęmonū fieri poterat euitare? ¶ Ca. xx.

QVanq̄ etiā ipa origo huiꝰ nominis: si
diuinos intueamur libros aliquid
affert cognitiōe dignissim. Dęmones eni
dicunt̄: qm̄ uocabulū grecū est ob sciam
noīati. Apostolus aūt spū sancto locutꝰ
ait. Scientia inflat: caritas uero ędificat.
quod recte aliter nō intelligit̄: nisi sciam
tūc ꝓdesse cū caritas inest: sine hac autem
inflare id est in supbiam inanissimę quasi
uentositatis extollere. Est ergo ī dęonibꝰ
scientia sine caritate: et ideo tam inflati .i.
tam superbi sunt: ut honores diuinos &
religiōis seruitutem quā uero deo deberi
sciunt: sibi satis egerint exhiberi: et q̄ntū
possūt & apud quos possūt adhuc agūt.

¶ Ca. xxi.

COntra supbiam porro
dęmonū qua ꝓ meritis possidebat̄
genus hūanum: dei hūilitas quę ī christo
apparuit q̄ntam uirtutem habeat: aīmę
hoīm nesciūt immūditia elatiōis inflatę:
dęmōibus similes supbia non scientia. Ipi
aūt dęmones etiā hoc ita sciunt: ut eidem
dn̄o infirmitatē carnis induto dixerint.
Quid nobis et tibi Ihū nazarene? Venisti
ante tempus pdere nos. Clarum est ī his
uerbis: q̄ ī eis et tanta scientia erat: et ca-
ritas nō erat. Pęnā suā qppe formidabāt
ab illo: nō in illo iustitiā diligebāt. Tantū
uero eis innotuit q̄ntū uoluit: tantū autē
uoluit q̄ntum oportuit. Sed sic innotuit
nō sicut angelis sanctis: q eius scđm id q̄
dei uerbū est pticipata ęternitate perfru-
unt̄: sed sicut eis terrendis innotescendū
fuit: ex quoꝝ tirannica quodāmō ptāte
fuerat liberaturus prędestinatos in suū
regnū: et gloriā semp uerā & ueraciter
sempiternam. Innotuit ergo dęmōibus:
non per id quod est uita ęterna & lumen
incōmutabile qđ illūiat pios: cui uiuēdo
per fidem quę in illo est corda mūdant̄:
sed p quędā temporalia suę uirtutis effecta
& occultissię signa pręsentię: quę angelicis
sensibus etiā malignoꝝ spūum potius q̄
infirmitati hoīum possent esse conspicua.
Deniq₃ quādo ea paululum supprimenda
iudicauit: et aliquanto altius latuit: du-
bitauit de illo dęmonū princeps: eumq₃
temptauit an christus eēt explorans: q̄tū
se temptari ipe pmisit: ut hoīem quē gere-
bat ad nostrę imitatoīs tēparet exēplū.
Post illā uero temptationē cū angli sicut
scriptum est ministrabant ei boni utiq₃ et
sancti: ac per hoc his spiritibus imundis
metuendi & tremēdi: magis magisq₃ in-
notescebat dęmonibus quātus esset: ut ei
iubenti q̄uis in illo cōtemptibilis uideret̄
carnis infirmitas: resistere nlls auderet.

¶ Ca. xxii.

HIs igr̄ angelis bonis
hoīs corporaliū₃ temporaliū₃ rerum
scientia qua inflant̄ dęmoēs uilis est: non
q̄ eaꝝ ignari sint: s₃ q̄ illis đi qua sancti-
ficant̄ caritas cara est: pre cuiꝰ non tantū
incorpali uerū etiā incōmutabili & inef-
fabili pulcritudine cuiꝰ sancto amore in-
ardescūt: oīa quę infra sunt & qđ illud ē
non sunt: seq₃ ipos inter illa contēpnunt:
ut ex toto q̄ boni sunt eo bono ex q̄ boni
sunt pfruant̄. Et ideo certius etiā tēpalia
et mutabilia ista nouerūt: qa eoꝝ pncipa-
les causas in uerbo dei conspiciūt per qđ
factus est mundus: qbus causis quędam
probantur quędam reprobantur: cūcta
ordinant̄. Dęmoēs aūt nō ęternas tēpoꝝ

causas: & quodāmodo cardinales in dei sapientia contemplantur: sed quorūdam signoꝝ nobis occultoꝝ maiore experientia multo plura q̄ hoīes futura prospiciunt: dispositoēs quoq; suas aliq̄n prenūtiant. Deniq; sepe isti: nunq̄ illi oīno falluntur. Aliud est enī temporalibus temporalia & mutabilibus mutabilia coniectare: eisq; temporalem & mutabilem modū sue uolūtatis & facultatis inserere: qđ demōibus certa rōe pmissum est: aliud aūt ī eternis atq; incōmutabilibus dei legibus que in eius sapientia uiuunt mutatoēs tempoꝝ preuidere: deiq; uolūtatem que tam certissima q̄ potentissima est diuini spūs eius pticipatōe cognoscere: qđ sanctis anglis recta discretione donatum est. Itaq; non solū eterni uerū etiā beati sunt. bonū aūt quo beati sunt: deus illis est a quo creati sunt. Illius qppe indeclinabiliter pticipatione & contemplatione perfruuntur.

Capitulum .xxiii.

Nos si platonici malūt deos q̄ demoēs dicere: eisq; annumerare quos a summo đo conditos deos scribit eoꝝ auctor & magr̄ Plato: dicant qđ uolūt. non. n. cū eis de uerboꝝ controuersia laborandū est. Si enī eos sic immortales asserūt ut tamē a summo deo factos: et si nō p seipos sed ei a quo facti sunt adherēdo beatos eē dicūt: hoc dicūt qđ dicimus: quolibet eos noīe appellent. Hanc aūt platonicoꝝ eē sententiam: siue oīm siue melioꝝ: in eoꝝ lr̄is inueniri pōt: Nā & de ipo noīe quo huiusmōi imortalē beatāq; creaturam deos appellant: ideo inter nos & ipos pene nulla dissentio est: qa et in nostris sacris lr̄is legit̄: đs deoꝝ dn̄s locutus est. et alibi. Confitemini deo đoꝝ. et alibi. Rex magnus sup oēs đos. Illud aūt ubi sc̄ptum est. terribilis est sup oēs deos: cur dictū sit deinceps ostendit̄. sequit̄ enī. Quoniā oēs dii gētiu; demonia: dn̄s aūt celos fecit. Sup omēs ergo deos dixit: sed gentiū id ē quos gentes p diis habent: que sunt demoīa. Ideo terribilis: sub quo terrore dn̄o dicebāt. uenisti ante tēpus pdere nos. Illud uero ubi dicit̄ đs đoꝝ: nō pōt intelligi đs demoīoꝝ: & rex magnus sup omēs deos: absit ut dicat̄ et rex magnus sup oīa demonia. Sed hoīes quoq; in populo dei eadem sc̄ptura deos appellat. Ego inquit dixi dii estis: et filii excelsi oēs. Potest itaq; intelligi hoꝝ đoꝝ deus: qui dictus ē deus deoꝝ: et sup hos deos rex magnus: q dictus ē rex magnꝰ sup omēs deos. Verūtamen cum a nobis querit̄: si hoīes dicti sunt dii q in populo dei sunt quē p angelos uel p hoīes alloqt̄ deus: q̄to magis imortales eo noīe digni sunt: qui ea fruunt̄ beatitudine ad quam deū colendo cupiūt hoīes puenire. Quid respōdebimus: nisi nō frustra in sc̄pturis sanctis expressius hoīes nūcupatos đos: q̄ illos immortales & beatos quibus nos equales futuros in resurrectiōe pmictit̄: ne scilicet ppter illoꝝ excellētiam aliquem eoꝝ nob cōstituere deū infidelis auderet infirmitas. Quod ī hoīe facile ē euitare. Et euidentius dici debuerūt hoīes dii in populo dei: ut certi ac fidentes fierent: eē eū deū suū q dictus est deus deoꝝ. qa & si appellent̄ dii imortales illi ac beati qui in celis sunt: non tamē dicti sunt dii deoꝝ id est dii hoīm in poplō dei constitutoꝝ: qbus dictum est. ego dixi dii estis: et filii excelsi omēs. Hinc est quod ait apl̄s. Et si sunt q dicant̄ dii siue in celo siue in terra: sicuti sunt dii multi et dn̄i multi: nobis tn̄ unus deus pater ex quo oīa & nos ī ipo: et unus dn̄s ih̄us christus: per quē oīa & nos per ipm̄. Non multū ergo de noīe disputandū est: cū res ipa ita clara sit: ut a scrupulo dubitatiōis aliena sit. Illud ū qđ nos ex eoꝝ immortaliū btōꝝ numero missos angelos eē dicimꝰ: q dei uolūtatem hoībus annūciarēt: illis autē non placet: quia hoc ministerium non per illos quos deos appellant id est imortales & btōs:

ſed per dęmones fieri credunt: quos im-
mortales tantũ non etiam beatos audent
dicere: aut certe ita ĩmortales ac btõs: ut
tamẽ dęones bonos non deos ſublimiter
collocatos: et ab hũana contrectatiõe ſe-
motos. Quãuis noĩs cõtrouerſia uideat̃:
tamẽ ita deteſtabile eſt nomẽ dęmonũ: ut
hoc modis om̃ibus a ſanctis angelis nos
remouere debeamus. Nũc g̊ ita liber iſte
claudat̃: ut ſciam⁹ immortales ac beatos
quõlibet uocent̃: q tñ facti & creati ſunt:
medios non eẽ ad ĩmortalem beatitudĩez
pducendis mortalib⁹ miſeris: a qb⁹ utraq;
differentia ſepant̃. Qui autẽ medii ſunt:
cõem habendo ĩmortalitatẽ cũ ſupiorib⁹:
miſeriã cũ inferioribus: quoniã merito
malitię miſeri ſunt: beatitudinẽ quã non
habent inuidere nobis poſſunt potius q̃
prebere. Vnde nihil habent amici dęonũ
quod nobis dignũ afferant: cur eos tanq̃
adiutor̃s colere debeamus: quos potius
ut deceptor̃s uitare debemus. Quos aũt
bonos et ideo non ſolũ immortales: uerũ
etiã beatos deoꝝ noĩe ſacris & ſacrifitiis
propter uitã beatã poſt mortẽ adipiſcẽ-
dam colendos putant: qualeſcũq; illi ſint
& quolibet uocabulo digni ſint: nos eos
uelle per tale religioĩs obſequm niſi unũ
deũ coli: a quo creati & cui⁹ pticipatione
beati ſunt: adiuuãte ipo in ſequenti libro
diligentius diſſeremus.

OMniũ certa ſententia
eſt qui rõne quoq̃mõ
uti poſſũt: beatos eẽ
oẽs hoĩes uelle. Qui
aũt ſint uel unde fiãt
dũ mortaliũ querit
infirmitas: multę magnęq; controuerſię
cõcitatę ſunt: in qb⁹ philoſophi ſua ſtudia
& ocia contriuerũt: quas in medium ad-
ducere atq; diſcutere et longum eſt & nõ
neceſſarium. Si eniꝫ recolit qui hęc legit:
quid in libro egerim⁹ octauo: in eligẽdis
philoſophis cũ qb⁹ hęc de beata uita quę
poſt mortem futura ẽ queſtio tractaret̃:
utrũ ad eam uni deo uero q etiã eſt deoꝝ
effector: an plurimis diis religiõe ſacriſq;
ſeruiendo peruenire poſſimus: non etiã hic
eadẽ repeti expectet: pręſertim cũ poſſit
relegendo ſi forte oblitus eſt admiculari
memoriam. Elegimus enĩ platõicos oĩm
phoꝝ merito nobiliſſĩos: ppterea qa ſa-
pere potuerũt: licet ĩmortalem ac rõnalẽ
ul' intellectualẽ hoĩs aĩam: niſi pticipato
lumine illius dei a quo & ipa et mundus
factus eſt: beatã eſſe nõ poſſe. Ita et illud
qd̄ omẽs hoĩes appetũt id eſt uitã beatã:
queq̃ iſti aſſecuturũ negant: q non illi uni
optimo qd̄ eſt incõmutabilis d̄s puritate
caſti amoris adheſerit. Sed qa & ipi q̊q;
ſiue cedentes uanitati erroriq; populoꝝ:
ſiue ut ait apl's euaneſcẽtes ĩ cogitatiõib⁹
ſuis multos deos colẽdos ita putauerũt:
uel putari uoluerũt: ut etiã qdam eorum
dęmõibus diuinos honores ſacrorum &
ſacrifitioꝝ deferendos eẽ cenſerent: qbus
iam ex pte non parua reſpondimus: nũc
uidẽdum ac diſſerendũ eſt q̃tũ d̄s donat:
immortales ac beati in cęleſtib⁹ ſedibus:
dñationibus: pncipatibus: poteſtatibus
cõſtituti: quos iſti deos & ex qb⁹ quoſdã
uel bonos dęmoẽs uel nobiſcum angelos
noĩant: quomõ credẽdi ſunt uelle a nobis
religionem pietatemq; ſeruari. hoc eſt ut
aptius dicam. utrũ etiã ſibi an tantũ deo
ſuo qui etiã noſter eſt placeat eis ut ſacra
faciamus & ſacrificemus: uel aliqua nr̃a
ſeu noſipos religioĩs ritibus conſecrem⁹.
Hic eſt enĩ diuinitati: uel ſi expręſſius di-
cendum eſt deitati debitus cultus: ppter
quẽ uno uerbo ſignificãdum q̃m ſatis m̃
idoneum nõ occurrit latinum: gręco ubi
neceſſe ẽ inſinuo qd uelim dicere. Latriã
qppe noſtri ubicũq; ſanctaꝝ ſcripturarũ
poſitũ eſt: interpręta ti ſunt ſeruitutem.
Sed ea ſeruitus quę debetur hominibus:

ẜm quã preçepit apostolus seruos dñis
suis subditos eẽ debere: alio nomĩe gręce
nuncupari solet. Latria uero ẜm consue-
tudinem qua locuti sunt qui nobis diuĩa
eloquia condiderũt: aut semper aut tam
frequẽter ut pene semꝑ ea dicit̃ seruitus:
quę ꝑtinet ad colẽdum deum. Proinde si
tantũmõ cultus ipe dicat̃: non soli deberi
uidetur. Dicimur enĩ colere hoĩes: quos
honorificatõe: uł recordatiõe: uel p̃sentia
freq̃ntamus. Nec solũ ea qb9 nos religiosa
hũilitate subicimus: sed quędam etiã quę
subiecta sunt nobis: coli ꝓhibentur. Nam
ex hoc uerbo agricolę & coloni et incolę
uocantur. Et ipos deos non ob aliud ap-
pellant cęlicolas: nisi ꝙ cęlum colant. non
utiq̃ uenerãdo: ſ; inhabitãdo tanq̃ q̃sdã
cęli colonos. non sicut appellant̃ coloni q̃
conditõnem debent genitali solo propter
agriculturam sub dñio possessorũ: ſ; sicut
ait qdam latini eloquii magnus auctor.
Vrbs antiqua fuit: tirii tenuere coloni.
Ab incolendo enĩ colonos uocauit: nõ ab
agricultura. Hinc & ciuitates a maiorib9
ciuitatibus uelut populorũ examinibus
conditę: colonię nuncupant̃. Ac per hoc
cultũ qdem non deberi nisi deo: propria
quadam notione uerbi hui9 uerissimũ est.
Sed qa & aliaꝝ rerum dicit̃ cultus: ideo
latine uno uerbo signari cult9 dõ debitus
non potest. Nam & ipsa religio quãuis
distinctius non quemlibet sed dĩ cultum
significare uideat̃: unde isto nomĩe inter-
pretati sunt nostri eam quę gręce trescia
dicit̃: tamẽ qa latina loq̃ndi consuetudine
non solũ imꝑitoꝝ: uerũ etiã doctissimoꝝ:
& cognatiõibus hũanis atq̃ affinitatib9
et qbusq̃ necessitudinib9 dicit̃ exhibẽda
religio: non eo uocabło uitat̃ ambiguum
cum de cultu deitatis uertitur questio: ut
fidenter dicere ualeamus religionem non
esse nisi dei cultũ: qm̃ uidet̃ hoc uerbum a
significanda obseruantia ꝓpinqtatis hu-
manę insolẽter auferri. Pietas quoq̃ ꝓꝑe

dei cult9 intelligi solet: quã gręci eusebian
uocant. Hęc tamẽ et erga parentes officiose
haberi dr̃. more aũt uulgi hoc nomẽ etiã
in opib9 misericordię frequentat̃. Quod
ideo arbitror euenisse: quia hęc fieri prę-
cipue d̃s mãdat: eaq̃ sibi uel ꝓ sacrifitiis
uł prę sacrifitiis placere testatur. Ex qua
loquẽdi consuetudĩe factũ est: ut & deus
ipe dicat̃ pius: quem tamẽ gręci nullo suo
sermõis usu euseben uocãt: q̃uis eusebian
ꝓ misericordia illoꝝ etiã uulg9 usurpet.
Vnde in quibusdam scṗturarum locis ut
distinctio certior appareat: nõ eusebian
quod ex bono cultu: ſ; theosebian qđ ex
dei cultu compositũ resonat: dicere ma-
luer̃t. Vtrũlibet aũt hoꝝ nos uno uerbo
enũtiare non possumus. Quę itaq̃ latria
gręce nuncupat̃: et latine interpretatur
seruitus: sed ea qua colimus deũ: uł quę
trescia gręce latine aũt religio dicit̃: ſ; ea
quę nobis est erga deũ: uel quã illi theo-
sebian nos uero nõ uno uerbo exꝓmere:
sed dei cultũ possumus appellare: hanc ei
tm̃ deo deberi dicim9 q̃ uerus ẽ d̃s: facitq̃
suos cultores deos. Quicunq̃ igr̃ sunt in
cęlestib9 habitatõibus ĩmortales et beati:
si nos non amãt nec beatos eẽ nos uolũt:
colendi utiq̃ non sunt. Si autẽ amant &
btõs uolũt: profecto inde uolũt unde &
ipi sunt. An aliũde ipi beati: aliũde nos?

Ca. ii.

SEd non est nobis ullus
cũ his excellẽtioribus pħis in hac
questione conflictus. Viderunt enĩ suisq̃
lr̃is multis modis copiosissĩe mãdauer̃t:
hinc illos unde & nos fieri btõs: obiecto
quodã lumĩe intelligibili qđ deus ẽ illis:
et aliud est q̃ illi: a q̃ illustrant̃ ut clareãt:
atq̃ ei9 ꝑticipatõe ꝑfecti beatiq̃ subsistãt.
Sepe multũq̃ Plotin9 asserit sensum Pla-
tonis explanãs: ne illã qdẽ quã credũt eẽ
uniuersitatis aĩam aliunde beatam esse q̃
nostram: idq̃ eẽ lumẽ quod ipsa non est ſ;
a quo creata ẽ: et quo intelligibiliter illu-
minante intelligibiliter lucet. Dat etiam

similitudinem ad illa incorporea: de his celestibꝰ conspicuis amplisq; corpibꝰ tanꝙ ipse sit sol & ipa sit luna. Lunā qppe solis obiectu illuminari putat. Dicit ergo ille magnus platōicus: aīam rōnabilem siue potius intellectualis dicenda sit: ex quo genere etiā immortalium beatorūq; aīas esse intelligit: quos in celestibus sedibus habitare non dubitat: nō habere supra se naturā nisi dei q fabricatus est mūdum: a quo & ipa fcta ē: nec aliū de illis supnis prebeti uitā beatam & lumē intelligentię ueritatis: q̄ unde prebet̄ & nob: cōsonās euangelio ubi legit̄. Fuit homo missus a deo cui nomē erat Iohēs. hic uenit i testimonium: ut testimoniū phiberet de luīe: ut omēs crederēt p eū. Non erat ille lux: sed ut testīonium phiberet de lumīe. Erat lumen uerū: quod illuminat oēm hominē uenientē in hūc mūdū. In qua differētia satis oñdit̄: aīam rōnalem uel intellectualem: qualis erat in Iohē sibi lumē esse nō posse: sꝫ alterius ueri luminis pticipatōne lucere. Hoc et ipe Iohānes fatetur: ubi ei perhibēs testīonium dicit. Nos omēs de plenitudine eius accepimus. ¶ Ca. iii.

QVę cū ita sint: si platonici uel qcūq; alii ita senserūt cognoscentes deū: sicut deū glorificarēt & grās agerēt: nec euanescerent in cogitationibus suis: nec poplorꝫ erroribus ptim auctores fierēt: partim resistere non auderent: profecto confiterent̄ & illis imortalibus ac beatis et nobis mortalibꝰ ac miseris: ut immortales & beati eē possimus: unū deū deorꝫ colendū q et noster ē & illorꝫ. ¶ Ca. iiii.

HVic nos seruitutē quę latria grece dicit̄: siue in qbusq; sacramētis siue in nobisipsis debemus. Huius eni tēplum siꝰ omēs: et singuli templa sumus: quia & oīum concordiam & singulos inhabitare dignat̄. nō in oībꝰ q̄ in singulis maior: quoniā nec mole distendit̄: nec partitōne minuitur. Cum ad illū sursum est: eius est altare cor nostrum. eius unigenito cū sacerdote placamur. ei cruentas uictimas cedimus: q̄ndo usq; ad sanguinem p eius ueritate certamus. ei suauissim adolemus incensum: cum in eius conspectu pio scōq; amore flagramus. Ei dona eius in nobis nosq; ipos uouemꝰ & reddimus: ei beneficiorꝫ eius solēnitatibus festis & diebus statutis dicamus sacramusq; memoriā: ne uolumīe temporum ingrata subrepat obliuio. Ei sacrificamꝰ hostiā hūilitatis & laudis: in ara cordis igne feruidę caritatis. Ad hūc uidendū sicut uideri poterit: eiq; coherēdum: ab omni peccatorum & cupiditatū malorꝫ labe mūdamur: et eiꝰ nomīe consecramur. Ipse eni fons nostrę beatitudinis: ipe oīs appetitiōis est finis. Hunc eligētes uel ponꝰ reeligentes: amiseramus. n. negligentes: hūc g reeligētes unde et religio dcta perhibetur: ad eum dilectiōe tendimus: ut pueniendo qescamꝰ: ideo beati: qa illo fine pfecti. Bonum eni nostrum de cuius fine inter phos magna contētio ē: nullū est aliud q̄ illi coherere: cuiꝰ unius aīa intellectualis incorporeo si dici pōt amplexu: ueris impletur fecūdaturq; uirtutibus. hoc. n. bonū diligere in toto corde: in tota aīa: et in tota ūtute precipimur. Ad hoc bonū debemus & a qbus diligimur duci: et quos diligimus ducere: si complētur illa duo precepta in qbus tota lex pendet & pphetę. Diliges dn̄m deū tuū in toto corde tuo: et in tota aīma tua: et in tota mente tua. et diliges proximū tuū tanꝙ teipsum. Vt eni homo sese diligere nosset: constitutus ē ei finis quo referret oīa quę ageret ut btūs esset. Non eni q se diligit aliud uult eē q̄ btūs. hic autē finis est adherere deo. Iam igit̄ scienti diligere seipm: cōmendat̄ de pximo diligendo sicut seipm. In quo quid aliud mandat̄: nisi ut ei q̄ntū potest cōmendet diligēdum deum? Hic est dei cultus: hęc uera religio: hęc recta pietas: hęc tm̄ deo

debita seruitus. Queçuq; igr̃ immortalis potestas q̃ntalibet uirtute predita: si nos diligit sicut seipsam: et uult esse subditos ut beati simus: cui et ipa subdita beata ē. Si ergo non colit deū misera est: quia d̄o priuat̃. si aūt colit deū: non uult se coli ꝓ deo. Illi eñi potius diuiṇe sententie suffragatur: et dilectionis uiribus fauet: qua scp̄tum est: Sacrificans diis eradicabit̃ nisi dño soli. Nā ut alia nūc taceā que ptinent ad religionis obsequm quo colitur deus: sacrifitiū certe nullus hoīm ē qui audeat dicere deberi nisi dño soli. Multa deniq; de cultu diuino usurpata sunt que honoribus deferunt̃ humanis. siue humilitate nimia: siue adulatiōe pestifera. ita tamen ut q̄bus ea deferunt̃ hoīes haberent̃: qui dicuntur colendi & uenerandi: si autē eis multū addit̃ & adorandi. Quis uero sacrificandum censuit: nisi ei quē deum aut sciuit: aut putauit: aut finxit̃. Quā porro antiqu9 sit in sacrificando dei cultus: duo illi fratres Cayn & Abel satis indicant: quoꝝ maioris de9 reprobauit sacrifitiū: minoris aspexit. ⁋ Capitlm̄ .v.

Quis aūt ita desipiat: ut exstimet aliquibus usibus dei eē necessaria que in sacrifitiis offeruntur̃. Quod cum multis locis diuia scp̄tura testet̃: ne longū faciamus: breue illud de psalmo commemorare suffiiat. Dixi dño deus meus es tu: qm̄ bonoꝝ meoꝝ non eges. Non solū igit̃ pecore uel q̃libet alia re corruptibili atq; terrena: ſ; ne ipa q̄dem iustitia hoīs deū egere credēdum est: totumq; ꝙ recte colit̃ deus hōi prodesse non deo. Neq; eñi fonti se q̄sq̃ dixerit ꝓfuisse si biberit: aut luci si uiderit. Nec ꝙ ab antiquis prībus talia sacfiia facta sunt ī uictimis pecoꝝ: que nūc dei popl̄s legitime nō facit: aliud intelligendum est: nisi rebus illis eas res fuisse significatas: que agunt̃ in nobis ad hoc ut inhaream9 deo: et ad eūdem finē proximo consulam9. Sacrifitiū ḡ uisibile: inuisibilis sacrifitii sacramētum. i. sacrum signū est. Vnde ille penitēs apd̄ ꝓphā: uel ipse propheta querens deum peccatis suis habere propitium: si uoluisses īquit sacrifitiū dedissem: utiq; holocaustis non delectaberis. Sacrifitiū deo spūs contribulatus: cor contritū & hūiliatum deus non spernit. Intueamur q̄admodum ubi deū dixit nolle sacrifitiū: ibi deū ostendit uelle sacrifitiū. Non uult ergo sacrifitium trucidati pecoris: ſ; uult sacrifitiū cōtriti cordis. Illo igit̃ quod eū nolle dixit: hoc significat̃ quod eū uelle subiecit. Sic itaq; illa deū nolle dixit: quō a stultis ea uelle credit̃: uelut sue gr̄a uoluptatis. Nā si ea sacrifitia que uult: quoꝝ hoc unū est cor contritū & hūiliatum dolore penitendi: nollet eis sacrifitiis significari que uelut sibi delectabilia desiderare putatus ē: nō utiq; de his offerendis in lege ueteri precepisset. et ideo mutanda erant oportuno certoq; iam tempe: ne ipi d̄o desiderablia uel certe ī nobis acceptabilia: ac nō poti9 que his significata sunt crederent̃. Hinc et alio loco psalmi alteri9: si esuriero inq̄t nō dicam tibi: meus est eñi orbis terre & plenitudo ei9. Nunq̄d mādūcabo carnes tauroꝝ: aut sanguinem hircoꝝ potabõ. Tanq̄ diceret. Vtiq; si m̄ necessaria eēnt: non a te peterem que habeo in potestate. Deinde subiungens quid illa significent. Immola īquit deo sacrifitium laudis: et redde altissimo uota tua. Et inuoca me in die tribulatioīs: et eripiam te & magnificabis me. Item apud aliū ꝓphetam. In quo inq̄t apprehēdam dñm: et assumam deū meū excelsum̃. Si apprehendam illū in holocaustis: in uitulis ānicul̄is̃. Si acceptauerit dñs in milibus arietum: aut in denis milib9 hircoꝝ pinguiū̃. Si dedero ꝑmogenita mea pro īpietate mea: fructū uentris mei pro peccato aīe meẽ. Si annūtiatum est tibi homo bonū: aut q̄d de9 exq̄rat a te: nisi facere iuditiū et diligere

misericordiã: et paratum eẽ ire cum dño deo tuo? Et in hui⁹ ꝓphete uerbis utrũq; distinctũ est satisq; declaratũ: illa sacrificia non reqrere deum: qbus significant̃ hec sacrificia que reqrit deus in epistola que scribit̃ ad hebreos. Benefacere inquit & cõicatores eẽ nolite obliuisci. talibus eni3 sacrifitiis placatur deus. Ac per hoc ubi sc̄ptum est: misericordiam magis uolo q̃ sacrifitiũ: nihil aliud q̃ sacrifitio sacrifitiũ prelatũ oportet intelligi: qm̃ illud quod ab hõibus appellat̃ sacrifitiũ: signum est ueri sacrifitii. Porro autem misericordia uerum sacrifitiũ est: unde dictũ est quod pauloante cõmẽoraui: talib⁹ enĩ sacrifitiis placat̃ deus. Quecunq; igit̃ in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrifitiis legunt̃ diuinitus esse precepta: ad dilectionem dei & ꝓximi significando referunt̃. In his enĩ duobus preceptis ut sc̄ptum est: tota lex pendet & prophete.

P Roĩm de uerũ sacrifitiũ ❡ Ca. vi.

est omne opus qđ agit̃: ut sancta societate inhereamus deo: relatũ scil3 ad illũ finem boni quo ueraciter possim⁹ esse beati. Vnde et ipsa misericordia qua hõi subuenit̃: si propter deum non fit: non est sacrifitiũ. Et si eni3 ab hoĩe fit uel offert̃: tamẽ sacrifitium res diuina est: ita ut hoc quoq; uocabulo id latini ueteres appellauerint. Vnde ipe homo dei nõi consecrat⁹ est & deo deuotus: in q̃ntũ mũdo morit̃ ut đo uiuat: sacrifitiũ est. Nam et hoc ad misericordiã ptinet: quã quisq; in seipm̃ facit. Propterea sc̄ptum est. miserere aĩe tue placens deo. Corpus etiã nostrũ cum per tempantiam castigamus: si hoc q̄admodum debemus ꝓpter deum facimus: ut nõ exhibeamus membra nostra arma iniquitatis peccato: s3 arma iustitie deo: sacrifitium est. Ad quod exhortans apl̃s ait. Obsecro itaq; fr̃es uos p misericordiã dei: ut exhibeatis corpora uestra hostia3 uiuẽtem sanctam deo placẽtem: rõnabile obsequium uestrum. Si ergo corpus quo inferiore tanq̃ famlo uel tanq̃ instrum̃to utit̃ aĩa: cũ eius bonus & rectus usus ad deũ refert̃ sacrifitiũ est: q̃nto magis aĩa ipa cum se refert ad deũ: ut igne amoris ei⁹ accensa formã concupiscẽtie secularis amittat: eiq; tanq̃ incommutabili forme subdita reformetur: hinc ei placens q̄ ex eius pulcritudine acceperit: fit sacrifitiũ. Quod idem apl̃s conseq̄nter adiungens: et nolite inqt conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate mentis uestre: ad ꝓbandum que sit uoluntas dei: quod bonũ et beneplacitũ & pfectum. Cum igr̃ uera sacrifitia opa sint misericordie: siue ĩ nosipsos siue in ꝓximos que referunt̃ ad deũ: opa uero misericordie non ob aliud fiãt: nisi ut a miseria liberemur: ac p hoc ut beati simus: qđ non fit nisi a bono illo de quo dictũ est: mihi autẽ adherere deo bonum est: profecto efficitur ut tota ipsa redempta ciuitas hoc est congregatio societasq; sanctorũ: uniuersale sacrifitium offerat̃ deo p sacerdotem magnũ: q etia3 seipsum obtulit in passione pro nobis: ut tanti capitis corpus essemus scđm formã serui. Hanc enĩ obtulit: in hac oblat⁹ est: qa scđm hanc mediator est: in hac sacerdos: in hac sacrifitium est. Cum itaq; nos hortatus eẽt apl̃s ut exhibeamus corpa nostra hostiã uiuam scãm deo placẽtem: rõnabile obsequm nostrũ: et non conformemur huic sc̃lo: s3 reformemur ĩ nouitate sensus nr̃i: ad ꝓbãdum que sit uolũtas dei: qđ bonũ et bñplacitũ et pfectũ: quod totũ sacrifitiũ nosipi sum⁹: dico enĩ inqt p gr̃am dei que data ẽ m̃ oĩb⁹ q sunt inter uos: non plus sape q̃ oportet sape: s3 sape ad tpantiã: sicut unicuiq; đs ptitus ẽ fidei mensurã. Sicut. n. ĩ nno corpe multa mẽbra hẽmus: oĩa aũt mẽbra nõ eosdẽ actus habent: ita multi unum corpus sumus in christo: singuli aũt alter alterius mẽbra: habẽtes dona diuersa scđm gratiam que

data est nobis. Hoc est sacrifitiū christianorū. multi unū corpus sumus ī christo: quod etiā sacramēto altaris fidelib9 noto frequētat ęcclia: ubi ei demōstrat̄ q̄ ī ipsa oblatione quam offert ipsa offeratur.

Merito illi in cęlestib9 ¶ Cap. vii. sedibus constituti īmortales et beati: q creatoris sui pticipatōe cōgaudent: cui9 ęternitate firmi: cuius ueritate certi: cui9 munere sancti sunt: qm̄ nos mortales & miseros ut immortales beatiq; simus misericorditer diligunt: nolunt nos sibi sacrificare: sed ei cuius & ipi nobiscum se esse nouerunt. Cum ipsis eni3 sumus una ciuitas dei: cui dicit̄ in psalmo. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. cuius pars in nobis peregrinat̄: pars in illis opitulat̄. De illa qppe supna ciuitate ubi dei uolūtas intelligiblis atq; incōmutabilis lex ē: de illa sup nos quodāmodo cura geritur. Nāq; ibi cura de nob habita: ad nos administrata per angl'os sancta illa sc̄ptura descendit: ubi legit̄: sacrificās diis eradicabit̄ nisi d̄o soli. Huic sc̄pturę: huic legi: talibus pręceptis tāta sunt actestata miracula: ut satis appareat cui nos sac̄ficar̄ uelint immortales ac beati: qui hoc nobis uolūt esse quod sibi. ¶ Caplm. viii.

Iam nimis uetera si commemore3: longi9 q̄ satis ē reuoluere uidebor: quę miracula sint facta actestātia ꝓmissis dei: qbus ante annorum milia prędixit Abrahę: q̄ ī semie ei9 oēs gētes bn̄dictioē3 fuerant habiturę. Quis. n. non miret̄ eidē Abrahę filiū pepisse coniugem sterilem: eo tempore senectutis quo nec parere nec eē fęcūda iam posset: atq; in eiusdem Abrahę sacrifitio flammam cęlitus factam inter diuisas uictias cucurrisse: eide3q; Abrahę prędictum ab angelis cęleste incendium sodomorū: quos hōibus similes hospitio susceperat: et per eos de prole uētura dei promissa tenuerat: ipoq; imminente iam incendio miram de sodomis per eosdem angelos liberationem Loth filii fr̄is eius? Cui9 uxor in uia retro respiciens: atq; in salem repente cōuersa: magno admonuit sacramento: neminē in uia liberatiōis suę prępterita desiderare debere. Illa ů quę & quāta sunt: quę iam ꝑ Moysen popl'o dei de iugo seruitutis eruendo ī egipto mirabiliter gesta sunt: ubi magi Pharaonis hoc est regis egipti: q poplm illū dn̄atiōe deprimebat: ad hoc facere quędam mira ꝑmissi sunt: ut mirabili9 uincerent̄. Illi. n. faciebāt uenefitiis & incantatōibus magicis: qbus sunt mali angeli hoc est mali dęmoēs deditı: Moyses aūt tāto potēti9 q̄nto iustius in noīe dei qui fecit cęlum et terrā: fauentib9 angl'is eos facile supauit. Deniq; in tertia plaga defitiētib9 magis: decem plagę ꝑ Moysen magna misteriorum dispositione complete sunt: qbus ad dei populum dimictēdum: Pharaonis et egiptiorum dura corda cesserūt. Moxq; pęnituit. Et cū abscedentes hebreos cōseq conarent̄: illis diuiso mari ꝑ siccū transeuntibus: unda hinc atq; hinc ī sese redeunte coopti & oppręssi sunt. Quid de ill' miraculis dicam: quę cum ī deserto idem popl's duceret̄ stupēda diuinitate crebuerunt: aquas quę bibi non poterāt: misso in eas sicut deus pręceperat ligno amaritudine caruisse: sitientesq; satiasse: manna esurientibus uenisse de cęlo: et cum esset colligētibus constituta mensura: quidqd amplius qsq; collegerat exortis uermib9 putruisse: ante uero diē sabbatū dupluz collectū qa sabbato colligere nō licebat: nulla putredine uiolatū: desiderantibus carne uesci quę tanto ppl'o nulla sufficere posse uidebat̄: uolatilibus castra cōpleta & cupiditatis ardorē fastidio satietatis extinctū: obuios hostes trāsitumq; prohibentes atq; pręliantes: orante Moyse maībus eius ī figura crucis extensis: null'o hebreorū cadente ꝓstratos: seditiosos in populo dei: ac se ab ordinata diuinitus

ſocietate diuidentes: ad exemplū uiſibile
inuiſibilis pęnę uiuos terra dehiſcente
ſubmerſos: uirga percuſſam petram tātę
multitudini abundantia fluenta fudiſſe:
ſerpentiū morſus mortiferos īmiſſos ad
pęnam iuſtiſſimam peccatorum: in ligno
exaltato atq; pſpecto ęneo ſerpēte ſana-
tos: ut & populo ſubueniretur afflicto:
& mors morte deſtructa uelut crucifixę
mortis ſilitudine ſignificaret̄. Quē ſane
ſerpentē pṗter facti memoriā reſeruatū:
cū poſtea ppl's errans tanq̄ idolum colere
cepiſſet: Ezechias rex religioſa poteſtate
deo ſeruiens: cum magna pietatis laude
contriuit. ¶ Caplm .ix.

Hec et alia multa huiuſcemodi: quę
oīa cōmemorare nimis longum eſt
fiebant ad cōmendandum unius ueri dei
cultū: et multoꝝ falſorumq; pṗhibēdum.
Fiebant aūt ſimplici fide atq; fiducia pie-
tatis: non incantatiōibus & carminibus
nefarię curioſitatis arte compoſitis: quaꝫ
ul' magian ul' deteſtabliore noīe goetian:
uel honorabliore theurgian uocant: qui
quaſi conantur iſta decernere: et illicitis
artibus deditos alios damnabiles quos
& maleficos uulgus appellat: hos eni ad
goetian ptinere dicunt: alios aūt lauda-
biles uideri uelit qbus theurgian depu-
tant: cū ſint utriq; ritibus fallacib9 dęonū
obſtricti ſub nōibus angelorum. Nam et
Porfirius quādam q̄ſi purgatōnem aīę p
theurgian: cūctāter tamē & pudibunda
quodāmodo diſputatōe pmictit. reuerſi-
onem ů ad deū hanc artem pręſtaṙ cuiq̄
negat: ut uideas eū inter uiciū ſacrilegę
curioſitatis & phię profeſſionē: ſentētiis
alternātibus fluctuare. Nunc enim hanc
artem tanquā fallacem & in ipa actione
periculoſam: et legibus pṗhibitā cauendā
monet: nūc aūt uelut eius laudatoribus
cedēs utilem dicit eē mūdandę parti aīę:
non qdem intellectuali qua rerū intelli-
gibilium pcipiṫ ueritas nullas habentiū
ſimilitudines corpoꝝ: ſed ſpirituali qua
corpalium rerū capiunṫ imagines. Hāc
eniꝫ dicit per quaſdam conſecratoēs the-
urgicas quas theletas uocāt: idoneā fieri
atq; aptam ſuſceptionē ſpūum & angloꝝ
ad uidendos deos. ex qbus tñ theurgicis
theletis fateṫ intellectuali aīę nihil pur-
gationis accedere: quod eā faciat idoneā
ad uidendum deū ſuū: et perſpiciendą ea
quę uera ſunt. Ex quo intelligi pōt: q̄lium
deorum uel qualem uiſionem dicat fieri
theurgicis conſecratōibus: in qua non ea
uidentur quę uere ſunt. Deniq; animam
ratōnalem ſiue quod magis amat dicere
intellectualē: i ſupna poſſe dicit euadere:
etiā ſi quod eius ſpūale ē nulla theurgica
fuerit arte purgatū: porro aūt a theur-
go ſpūalem purgari hactenus: ut non ex
hoc ad īmortalitatē ęternitatēq; pueniat.
Quanq̄ itaq; diſcernat a dęmōib9 anglos:
aerea loca eſſe dęmonum: etherea uel em-
pirrea diſſerens angelorū: et admoneat
utendum alicuius dęmoīs amicicia: quo
ſubuectante uel paululū poſſit eleuari a
terra quiſq; poſt mortem: aliā uero uiam
eſſe pṗhibeat ad angeloꝝ ſupna conſortia:
cauendam tñ dęmonū ſotietatē expręſſa
quodāmodo confeſſione teſtaṫ: ubi dicit
aīam poſt mortem luendo pęnas cultum
dęonū a qbus circūueniebaṫ horreſcere.
Ipamq; theurgian quā uelut cōciliatricē
angelorū deorūq; cōmendat: apud tales
agere poteſtates negare non potuit: quę
uel ipę inuideant purgationi animę: uel
artibus ſeruiant inuidorū: qęrelam de
hac re chaldei neſcio cuius expromens.
Conquęritur inqt uir in chaldea bonus:
purgādę aīę magno molimie fruſtratos
ſibi eſſe ſucceſſus: cū uir ad eadem potēs:
tactus inuidia adiuratas ſacris pręcibus
potentias alligaſſet: ne poſtulata cōcede-
rent. Ergo & ligauit ille inqt: et iſte non
ſoluit. Quo iudicio dixit appareṙ theur-
gian: eſſe tā boni confinēdi q̄ mali et apd

deos & apud homines disciplinam: pari
etiã deos & ad illas pturbatiões passio-
nesq; deduci: quas cõiter demonibus &
hõibus Apuleius attribuit. Deos tamen
ab eis etheree sedis altitudine separans: &
Platõis asserẽs i illa discretiõe sentẽtiaz.

ECce nunc alius ¶ Caplm .x.
platonicus quẽ doctiorem ferunt
Porphirius: nescio per quam theurgicaz
disciplinã etiã ipsos dos obstrictos passi-
onibus & pturbatiõibus dicit: qm sacris
precibus adiurari terreriq; potuerũt: ne
prestarent aie purgatioẽm: et ita terreri
ab eo qui impabat malum: ut ab alio qui
poscebat bonũ per eãdem artẽ theurgicã
solui timore illo nõ possent: et ad danduz
beneficium liberari. Quis non uideat hec
oĩa fallaciũ demonum esse cõmenta: nisi
eorũ miserrimus seruus & a gratia ueri
liberatoris alienus? Nam si hec apd deos
agerentur bonos: plus ibi utiq; ualeret
beneficus purgator anime: q̃ maliuolus
impeditor. Aut si diis iustis hõ pro quo
agebat purgatiõe uidebat indignus: nõ
utiq; ab inuido territi: nec sicut ipse dicit
per metũ ualentioris numinis impediti:
sed iudicio libero id negare debuerunt.
Mirum est aũt q benignus ille chaldeus
qui theurgicis sacris aĩam purgarẽ cupi-
ebat: nõ inuenit aliquẽ supiorem deum:
q uel plus terreret atq; ad benefaciẽdum
cogeret territos deos: uel ab eis terrentẽ
compesceret ut libere benefacerẽt. Sic tñ
theurgo bono sacra defuerũt: qbus ipsos
deos quos inuocabat aime purgatores:
pus ab illa timoris peste purgaret. Quid
eni causẽ est: cur deus potẽtior adhiberi
possit a quo terreantur: nec possit a quo
purgent? An inuenitur deus q exaudiat
inuidum: et timorẽ diis incutiat ne bene-
faciant: nec inuenitur deus qui exaudiat
beniuolũ: & timorem diis auferat ut bñ-
faciant? O theurgia preclara: o aie pre-
dicãda purgatio: ubi plus impat inũda
inuidentia: q̃ impetrat pura beneficẽtia:
imo uero malignorũ spũum cauenda &
detestanda fallacia: et salutaris audiẽda
doctrina. Quid eni? Quia has sordidas
purgationes sacrilegis ritibus operant:
qsdam mirabiliter pulcras sicut iste com-
memorat uel angloz imagines: uel deoz
tanq̃ purgato spũ uident: si tamẽ uel tale
aliquid uident: illud est quod apls dicit:
qm sathanas transfigurat se uelut angelũ
lucis. Eius enim sunt illa fantasmata: qui
miseras aimas multoz falsorumq; deoz
fallacib9 sacris cupiens irretire: et a uero
ueri dei cultu quo solo mũdant et sanant
auertere: sicut de Protheo dictũ est: for-
mas se uertit i omẽs. hostiliter insequẽs:
fallaciter subueniens: et utrobiq; nocẽs.

MElius sapuit iste ¶ Caplm .xi.
Porphirius: cum ad Anebontem
scpsit egiptium: ubi consulenti similis &
querẽti: et pdit artes sacrilegas & euer-
tit. Et ibi qdem omẽs demoẽs reprobat:
quos dicit ob iprudẽtiam trahere hũidũz
uaporẽ: et ideo nõ in ethere s; in aere esse
sub luna: atq; in ipo lune globo. Veruntñ
non audet omnes fallacias et malitias &
ineptias qbus merito mouetur: omnibus
demõibus dare. Quosdã nanq; benignos
demoẽs more appellat alioz: cum omẽs
generaliter iprudentes eẽ fateat. Mirat
aũt q non solũ dii alliciant uictimis: sed
etiã compellent atq; cogant facere quod
homines uolũt: et si corpe & incorpalitate
dii a dẽonibus distinguunt: quomõ deos
esse existimandum sit solem & lunam: et
uisibilia cetera in celo que corpora eẽ non
dubitat. Et si dii sunt: quomõ alii benefici
alii malefici eẽ dicant: et quõ incorpalib9
cũ sint corporei cõiungant. Querit etiam
uelut dubitans utrum in diuinãtibus &
quedã mira facientib9 aie sint potẽtiores:
an aliqui spũs extrinsecus ueniant p quos
hec ualeant: et potius uenire extrinsecus
conicit: eo q lapidib9 & herbis adhibitis

et alligant quosdam: et apperiant clausa ostia: ul' aliqd eiusmôi mirabiliter opanť. Vnde dicit alios opinari eē quoddã gen9 cui exaudire sit ꝓpriũ: natura fallax: oīforme multimodũ: simulans deos & demones et aīas defũctoꝝ: et hoc esse quod effiiat hec omīa que uidenť bona esse uel praua. ceterũ circa ea que uere bona sunt nihil opitulari: imo uero ista nec nosse: sꝫ et male conciliare & insimulare atqꝫ impedire nõnunq̃ ũtutis sedulos sectatorſ: et plenũ eē temeritatis et fastus: gaudere nidoribus: adulationibus capi: et cetera que de hoc generꝫ fallatium malignorũqꝫ spũum qui extrinsecus in aīam ueniunt: hũanosqꝫ sensus sopitos uigilãtesqꝫ deludunt: non tanq̃ sibi ꝑsuasa confirmat: sed tam tenuiter suspicaťe aut dubitat: ut hec alios asserat opinari. Difficile qppe fuit tanto pħo: cunctam diabolicã societatem uel nosse uel fidẽter arguere: quã quelibet anicula xana nec nosse cũctaťe & libri me detestatur. Nisi forte iste: et ipm ad quẽ scribit Anebontẽ tanq̃ taliũ sacroꝝ preclarissimũ antitistem: et alios taliũ operũ tanq̃ diuioꝝ & ad deos colẽdos ptinẽtiũ admiratores: uerecũdaťe offẽdere. Seqťe tamẽ et ea uelut ingrẽdo cõmemorat: que sobrie considerata tribui non possunt nisi malignis & fallacib9 potestatib9. Querit eniꝫ cur tanq̃ melioribus inuocatis: quasi peioríb9 imperetur ut iiusta hoīs precepta exequanť: cur actrectatũ re uenerea nõ exaudiant imprecãtem: cum tamẽ ipi ad incestus quosqꝫ cõcubit9 quoslibet ducere non moreanť: cur ab aīantibus suos antitistes oportere abstinere denunttent: ne uaporibus ꝑfecto corporeis polluatur: ipi uero et aliis uaporibus illiniantur & nidoribus hostiaꝝ. cũqꝫ a cadaueris contactu ꝓhibeaťe inspector: et plerunqꝫ illa cadaueribus celebrentur: quid sit ꝙ non demoni uel alicui aīe defũcti: sꝫ ipi soli et lune aut cuicũqꝫ celestiũ: hõ cuilibet uicio obnoxius intendit minas: eosqꝫ territat falso ut eis extorqueat ueritatem. Nam et celum se collidere comminaťe: et cetera similia homini ipossibilia: ut illi dii tanq̃ insipiẽtissimi pueri falsis & ridiculis cõminationibus territi: qđ impaťe effitiant. Dicit etiã scpsisse Ceremonẽ quẽdam taliũ sacroꝝ uel potius sacrilegorũ ptitum: ea que apud egiptios celebranť: uel de Iside ul' de Osyride marito eius: maximã uim habere cogendi deos ut faciant impata: quãdo ille q carminib9 cogit ea se ꝑdere ul' euertere cõminaťe. ubi se etiã Osyridis membra dissipaturũ terribiliter dicit: si facere iussa neglexerint. Hec atqꝫ huiusmodi uana & insana diis hoīem minari: nec qbuslibet sꝫ ipis celestibus & siderea luce fulgentib9: nec sine effectu sꝫ uiolẽta potestate cogẽtem: atqꝫ his terrorib9 ad facienda que uoluerit ꝑducẽtem: merito Porphirius admiraťe. imo uero sub specie mirantis & causas rerũ taliũ requirentis: dat intelligi illos hec agere spũs: quorũ genus supius sub alioꝝ opiãone descpsit: non ut ipe posuit natura sꝫ uicio fallaces: qui simulant deos & aīmas defunctoꝝ: demoẽs aũt non ut ait ipe se simulant: sꝫ plane sunt. Et ꝙ ei uideť herbis & lapidib9 & aīantibus: et sonis certis qbusdã ac uocibus & figuratõib9 atqꝫ figmentis: qbusdã etiã obseruatis in celi cõuersione motib9 siderũ: fabricari ĩ terra ab hõib9 potestates idoneas uariis effectibus exequẽdis: totũ hoc ad eosdẽ ipsos demones ptinet ludificatores aīarum sibimet subditarũ: et uoluptaria sibi ludibria de hominũ erroribus exhibẽtes. Aut ğ reuera dubitans & inqrens ista Porphirius: ea tamẽ commemorat qbus conuincatur & redarguatur: nec ad eas ptãtes que nob ad btãm uitã capessendam fauẽt: sed ad deceptorſ demones ptinere mõstrenť: aut ut meliora de pħo suspicemur: eo modo uoluit hoīem egiptium talibus errorib9

deditū & aliq̄ magna se scire opinātem: non sūpba q̄i auctoritate doctoris offendere: nec aperte aduersantis altercatione turbare: sʒ q̄i querētis & discere cupiētis hūilitate ad ea cogitanda cōuertere: et q̄ sint contēpnenda uel etiā deuitāda monstrare. Deniq; ꝓpe ad epistole finē petit se ab eo doceri: que sit ad beatitudīeʒ uia ex egiptia sapīa. Ceterū illos qb9 conuersatio cū diis ad hoc eēt: ut ob inueniēduʒ fugitiuū uel prediū compandū: uł ꝓpter nuptias uel mercaturā: uel qd huiusmōi mentē diuiaʒ iq̄etarēt: frustra eos uideri dicit coluisse sapīam. illa etiā ipa numina cū qbus cōuersarent̄: et si de ceteris reb9 uera predicerent: tamē qm̄ de beatitudīe nihil cautū nec satis idoneū monerēt: nec deos illos esse nec benignos demoēs: sed aut illū q dr̄ fallax: aut hūanū oīne commentū. Verū qa tanta et talia gerunt his artib9: ut uniuersum modū hūane facultatis excedant: quid restat nisi ut ea que mirifice tanquā diuinitus predici uł fieri uident̄: nec cū ad uni9 dei cultū referunt̄: cui simpliciter inherere fatentibus quoq; platonicis & ꝑ multa testantibus solum beatificū bonū est: malignoꝝ demonū ludibria & seductoria īpedimēta que uera pietate cauēda sūt: prudēter ītelligant̄.

Porro aūt quecūq; ¶ Capi. xii.
miracula siue ꝑ anglos siue q̄cunq; mō ita diuitus fiūt: ut dī uni9 in quo solo beata uita est cultū religionēq; cōmendēt: ea uere ab eis uel ꝑ eos q nos ꝭm ueritatē pietatēq; diligūt fieri: ipo dō in ill' opāte credendū est. Neq; eni audiendi sunt: qui deū inuisibilē uisibilia miracula operari negant: cū ipe etiā ꝭm ipos fecerit mūdū: quem certe uisibilem negare nō possunt. Quidqd ḡ mirabile fit in hoc mūdo: profecto minus est q̄ totus hic mūdus: id est celū et terra et oīa que ī eis sunt: que certe de9 fecit. Sicut aūt ipse q fecit: ita modus quo fecit occult9 est et incōprehēsiblis hōi. Quāuis itaq; miracula uisibiliū naturaꝝ uidendi assiduitate uiluerint: tamē cū ea sapiēter intuemur: inusitatissīs rarissisq; maiora sunt. Nam et oī miraculo qd̄ fit ꝑ hoīem: maius miraclm ē hō. Quapropter deus q fecit uisibilia celū & terram: non dedignat̄ facere uisibilia miracula ī celo uel in terra: qbus ad se inuisibilē colendū excitet aīam: adhuc uisibilibus deditam. Vbi ů & qn̄ fatiat: incōmutabile consiliū penes ipm est: in cui9 dispositōe iam tēpa fcta sunt: quecūq; futura sunt. Nā tpalia mouēs tempaliter nō mouetur. nec aliter nouit faciēda q̄ facta; nec aliter īuocātes exaudit: q̄ inuocaturos uidet. Nā & cū exaudiūt angeli eius: ipe in eis exaudit tanq̄ in uero nec manufacto templo suo: sicut in oīnib9 sanctis suis. eiusq; tpaliter fiunt iussa: eterna eius lege conspecta.

Hec mouere debet: ¶ Caplm. xiii.
q̄ cū sit inuisibilis: sepe uisibiliter pr̄ibus appuisse mēorat̄. Sicut eniʒ sonus quo audit̄ sentētia in silentio intelligētie constituta; non est hoc qd̄ ipa: ita & spēs qua uisus ē deus ī natura inuisibli constitutus: non erat qd̄ ipe. Veruntamē ipe in eadem spetie corporali uidebat̄: sicut illa sententia in ipso sono uocis audit̄. nec illi ignorabant: īuisibilem deū in spē corꝑali nequaq̄ se posse uidere. Nam et loquebat̄ cū loquēte Moyse: et ei tamē dicebat. Si inueni grām ante te: ostēde m̄ temetipm sciēter ut uideā te. Cum igr̄ oporteret dei legem ī edictis angeloꝝ terribiliter dari: nō uni hōi paucis ue sapiētib9 sʒ uniuerse genti & pplo ingenti: corā eodem poplo magna facta sunt in mōte ubi lex ꝑ unū dabat̄: conspitiente multitudīe metuēda et tremēda que fiebāt. Non enī ppl's israel sic Moysi credidit: q̄admodū suo ligurgo lacedemonii: q̄ a Ioue seu Apolline leges quas condidit accepisset. Cum eniʒ lex dabat̄ pplo qua coli unus iubebatur deus: in cōspectu ipius ppli q̄tū sufficere

diuina ꝓuidentia iudicabat: mirabilibus
rerū signis & motib⁹ appetebat: ad eandē
legem clādam creatori seruire creaturā.

Sicut aūt unius hoīs: ¶ Ca. xiiii.
ita hūani generis q̄d ad dei ppl'm
ptinet recta eruditio p quosdā articulos
tempoꝝ tanq̄ ętatū ꝓfecit accessibus: ut a
tēpalib⁹ ad ęterna capiēda: et a uisibilib⁹
ad inuisiblia surgeret̄: ita sane ut etiā illo
tēpe quo uisibilia ꝓmictebant̄ diuinitus
pręmia: unus tm̄ colēdus cōmendaretur
deus: ne mens hūana uel ꝓ ipsis terrenis
uitę transitorię bñfitiis: cuiq̄ nisi uero aīę
creatori & dño subderet̄. Oīa quippe
quę pręstare hoībus uel angeli uel hoīes
possūt: in uni⁹ eē oīpotētis ptāte: quisq̄s
diffitet̄ insanit. De ꝓuidentia certe Plo-
tinus platonicus disputat: eāq̄ a summo
deo cuius est intelligibilis atq̄ ineffablis
pulcritudo: usq̄ ad hęc terrena & ima p-
tingere flosclōꝝ atq̄ folioꝝ pulcritudinē
cōprobat: quę oīa q̄si abiecta et uelocissīe
pereuntia: decentissīos formarū suarum
numeros hēre nō posse cōfirmat: nisi inde
formenꝫ ubi forma intelligiblis et incō-
mutabilis siml' habēs oīa pseuerat. Hoc
dñs Ihūs ibi ostēdit ubi ait. Considerate
lilia agri quō crescūt: non laborant neq̄
nent. Dico aūt uobis: q̄a nec Salomon in
oīi gloria sua sic amict⁹ est: sicut unū ex
his. Quod si fęnū agri q̄d hodie ē & cras
in clibanū mictit̄ sic d̄s uestit: q̄to magis
uos modicę fidei? Optime igr̄ aīa hūana
adhuc terrenis desideriis infirma: ea ipa
quę tempaliter exoptat bona infima atq̄
terrena: uitę huic trāsitorię necessaria: et
prę illius uitę sempiternis benefitiis cō-
tēpnēda: non tñ nisi ab uno d̄o expectar̄
consueuit: ut ab illius cultu etiā in istorū
desiderio nō recedat: ad quē contemptu
eoꝝ & ab eis auersiōe ꝑueniat. ¶ Ca. xv.

Hic itaq̄ diuinę prouidētię placuit
ordiare tpm cursum: ut q̄admodū
dixi et in actib⁹ aplōꝝ legr̄: lex in edictis
angeloꝝ daret̄ de unius ueri dei cultu: in
q̄bus & psona ipius dei non q̄dem p suā
substantiā qua semp corruptibilib⁹ oculis
inuisibilis pmanet: sed certis inditiis per
subiectā creatori creaturā uisibiliter ap-
pareret: et sillabatim p transitorias tpm
morulas hūanę linguę uocib⁹ loqueret̄:
q̄ in sua natura nō corpaliter s̄ȝ spūaliter:
non sensibiliter s̄ȝ intelligibliter: nō tpalr̄
sed ut ita dicā ęternaliter: nec incipit loq̄
nec desinit. q̄d apd̄ illū sincerius audiūt:
non corpis aure sed mentis ministri ei⁹ et
nuntii: q̄ ei⁹ ueritate incōmutabli pfruunt̄
immortaliter beati: et q̄d faciendū mōis
ineffabilib⁹ audiūt: et usq̄ ī ista uisibilia
atq̄ sensibilia pducendū: incūctāter atq̄
indifficulter effitiunt. Hęc aūt lex distri-
butōe tēpoꝝ data est: quę pus haberet ut
dictū est ꝓmissa terrena: q̄bus tñ signifi-
carent̄ ęterna: quę uisibilibus sacramētis
cęlebrarēt multi: intelligerēt pauci. Vni⁹
tamen dei cultus aptissima illic et uocū &
rerū oīm contestatōe pręcipit̄: non unius
de turba: s̄ȝ q̄ fecit cęlū & terram: et oēm
aīam & oēm spm̄: q̄ nō est q̄d ipe. Ille eni
fecit: hęc facta sunt: atq̄ ut sint et bene se
habeant: eius indigent a quo facta sunt.

Quibus igr̄ angelis ¶ Cap. xvi.
de beata & sempiterna uita credē-
dum eē censemus? Vtrū eis q̄ se religiōis
ritibus coli uolunt: sibi sacra & sacrifitia
flagitantes a mortalib⁹ exhiberi: an eis q̄
hunc oēm cultum uni deo creatori oīum
deberi dicūt: eiq̄ reddendū uera pietate
pręcipiūt: cui⁹ et ipi cōtemplatione beati
sunt: et nos futuros eē ꝓmictūt? Illa nāq̄
uisio d̄i tantę pulcritudīs uisio ē: et tanto
amore dignissima: ut sine hac q̄buslibet
aliis bonis pręditum atq̄ abundantem:
nō dubitet Plotinus infęlicissimū dicere.
Cum ḡ ad hunc unū q̄dam angeli: q̄dam
uero ad seipos latria colēdos signis mi-
rabilibus excitent: & hoc ita ut illi istos
coli ꝓhibeāt: isti aūt ꝓhibere nō audeāt:

quibus potius sit credendū: respondeant
platonici: rñdeant quūq; phi: respōdeant
theurgi uel potius periurgi. Hoc enī sunt
illę oēs artes uocabulo dignę. Postremo
rñdeant hoīes: si ullus naturę suę sensus
ꝙ rōnales creati sunt: ex aliq̄ pte uiuit in
eis. Respondeāt inq̄m: eis ne sacrificādū
sit diis uł angelis: q sibi sacrificari iubēt:
an illi uni cui iubent hi qui et sibi & istis
prohibēt. Si nec isti nec illi ulla miracula
facerēt: sꝫ tm̄ pręcipent: alii qdem ut sibi
sacrificarent̄: alii uero id uetarent: sed uni
tm̄ iuberent deo: satis deberet pietas ipa
discernere: qd hoꝝ de fastu sup̄bię: qd de
uera religiōe descēderet. Plus etiā dicam.
Si tātū hi mirabilib⁹ factis hūanas aīas
pmouerēt q sacrifitia sibi expetūt: illi aūt
qui hoc ꝓhibent & uni tm̄ deo sacrificari
iubēt: neq̄q̄ ista uisibilia miracula facere
dignarent̄: profecto nō sensu corp̄is sed
rōe mentis p̄ponēda eoꝝ eēt auctoritas.
Cum uero deus id egerit ad cōmēdanda
eloqa ueritatis suę: ut per istos īmortales
nuntios non sui fastū sꝫ maiestatem illius
prędicātes: faceret maiora: certiora: cla-
riora miracula: ne infirmis piis illi q sac-
fitia sibi expetūt falsam religionē facili⁹
persuaderēt: eo ꝙ sensibus eoꝝ quędam
stupēda mōstrarēt: quē tandē ita desipere
libeat ut nō uera eligat quę sectet̄: ubi &
ampliora inuenit quę miretur. Illa qppe
miracula deoꝝ gentilium quę commēdat
historia: nō ea dico quę interuallis tēp̄m
occultis ipius causis mūdi: uerūtamē sub
diuia ꝓuidentia cōstitutis & ordinatis:
mōstruosa contingūt: q̄les sunt inusitati
partus aīaliū: et cęli terręq; rerū insolita
facies: siue tantū terrens: siue etiā nocēs:
quę ꝓcurari atq; mitigari dęonicis ritib⁹
fallacissia eoꝝ astutia perhibent̄. Sed ea
dico quę ui ac ptāte eoꝝ fieri satis euidē-
ter appet. ut est: ꝙ effigies deoꝝ penatū
quos de troia Aeneas fugiens aduexit:
de loco ī locū migrasse referunt̄: ꝙ cotem

Targnius nouacula secuit: ꝙ epidauri⁹
serpēs Esculapio nauiganti romā comes
adhesit: ꝙ nauim qua simulacrū matris
Frigię uehebat̄: tantis hoīm boumq; co-
natib⁹ immobilē redditā: una muliercula
zona alligatā ad suę pudicitię testioniū
mouit & traxit: ꝙ uirgo uestalis de cui⁹
corruptōe quęstio uertebat̄: aqua īpleto
cribro de tyberi neq; profluēte: abstulit
cōtrouersiam. Hęc g͛ atq; alia huiuscemōi
neq̄q̄ illis quę in pplo dei facta legimus:
uirtute ac magnitudine conferēda sunt.
Quāto min⁹ ea quę illoꝝ quoq; poploꝝ q
tales deos coluerūt: legib⁹ iudicata sunt
prohibēda atq; plectēda: magica scilicet
uel theurgica. Quoꝝ pleraq; spetietenus
mortaliū sensus imaginaria ludificatōne
decipiunt: quale est lunā deponere donec
suppositas ut ait Lucanus ꝓpior despu-
met in herbas. Quędam ů & si nōnullis
p̊oꝝ factis uideant̄ ope coęq̄ri: finis ipse
quo discernunt̄: incōpabiliter hęc nostra
ostēdit excellere. Illi enī multi tāto min⁹
sacrifitiis colendi sunt: quanto magis hęc
expetūt. his ů unus cōmendat̄ deus: q se
nullis talibus indigere: et sc̄pturaꝝ suaꝝ
testificatōe: et eorūdem postea sacrifitioꝝ
remotōe demonstrat. Si qui g͛ angeli sibi
expetūt sacrifitiū: pręponendi eis sunt q
non sibi sed deo creatori oīm cui seruiūt.
Hinc enī ostendunt q̄ sincero amore nos
diligūt: qn̄ p sacrifitiū nō sibi sꝫ ei subdere
nos uolunt: cui⁹ & ipsi contēplatōe beati
sunt: et ad eum nos ꝑuēire quęrūt: a quo
ipi non recesserūt. Si aūt angeli q nō uni
sꝫ plurimis sacrifitia fieri uolūt: nō sibi sꝫ
eis diis uolūt quoꝝ d̄oꝝ angeli sunt: etiā
sic eis pręponēdi sunt illi q uni⁹ dei deoꝝ
angeli sunt: cui sacrificari sic iubēt ut alicui
alteri uetent: cum eoꝝ nullus huic uetet:
cui uni isti sacrificari iubent. Porro si qd̄
magis indicat eoꝝ sup̄ba fallatia: nec bōi
nec bonoꝝ deoꝝ angeli sunt sed dęmoēs
mali: q non unū solum ac summū deū sed

seipsos sacrifitiis coli uolūt: quod maius
ꝗ̃ dei uni⁹ cōtra eos eligendū est presidiū
cui seruiūt angeli boni: ꝗ non sibi sed illi
iubent ut sacrifitio seruiamus: cui⁹ nos ipi
sacrifitiū esse debemus. ¶ Caplm. xvii.

PRoinde lex dei que ī edictis data
est angloꝝ: in qua unus d̄s deoꝝ
religione sacroꝝ iussus ē coli: alii ū q̄libet
ꝓhibiti: ī arca erat posita: que arca testi-
monii nuncupata est. Quo nomine satis
significatr̄: non deū q per illa oīa colebatr̄
circumcludi solere uel cōtineri loco: cum
respōsa eius & quedam hūanis sensibus
darentr̄ signa ex illi⁹ arce loco: sꝫ uolunta-
tis ei⁹ hinc testimonia ꝓhiberi: ꝙ etiā ipa
lex erat in tabulis conscp̄ta lapideis: et in
arca ut dixi posita: quā tēpe peregnatoīs ī
heremo cū tabernaclo qđ siliter appellatū
ē tabernaclm testiomii: cū debita sacerdo-
tes ueneratōe portabāt. Signūqꝫ erat ꝙ ꝑ
diē nubes apparebat: que sicut ignis nocte
fulgebat. Que nubes cū moueretr̄ castra
mouebantr̄: et ubi staret castra ponebātr̄.
Reddita sunt aūt illi legi magni miraculi
testiomia: preter ista que dixi: et preter
uoces que ex illi⁹ arce loco edebātr̄. Nam
cū terrā ꝓmissiōis intrantib⁹ eadem arca
transiret: iordaīs fluuius ex p̄te supiore
subsistēs: et ex īferiore decurrens: et ipi
et pplo siccū ꝓbuit trāseūdi locū. Deinde
ciuitatis que pma hostilis occurrit: more
gentiū d̄os plurimos colens: septies eadē
arca circūacta: muri repente ceciderunt
nulla manu oppugnati: nllo ariete ꝑcussi.
Post hoc etiā cū in terra ꝓmissiōis eēnt: et
eadem arca ꝓpter eoꝝ peccata fuisset ab
hostib⁹ capta: hi q eā ceperāt in tēplo dei
sui quē pre ceteris colebāt hōrifice collo-
carūt: abeūtesqꝫ clauserūt: apertoqꝫ postera
die simlacrū cui supplicabāt iuenerūt col-
lapsum: deformiterqꝫ confractū. Deinde
ipi ꝓdigiis acti deformiusqꝫ puniti: arcā
diuini testiomii pplo unde ceperant reddi-
derunt. Ipsa autem redditio qualis fuit?

Imposuerūt eam plaustro: eiqꝫ iuuencas
a q̄bus uitulos sugētes abstraxerāt sub-
iunxerūt: et eas quo uellent ire siuerunt:
etiā hic uim diuinā explorare cupientes.
At ille sine hoīe duce atqꝫ rectore ad he-
breos uiam pertinaciter gradientes: nec
reuocate mugitibus esurientiū filiorum:
magnū sacramētū suis cultorib⁹ reporta-
runt. Hec atqꝫ huiusmōi deo parua sunt: sed
magna terrēdis salubriter erudiendisqꝫ
mortalib⁹. Si enīꝫ ph̄i precipueqꝫ platonici
rectius ceteris sapuisse laudantur: sicut
pauloāte cōmēoraui: ꝙ diuinā ꝓuidentiā
hec quoqꝫ rerum infima atqꝫ terrena ad-
ministrare docuerint: numerosaꝝ testiomio
pulcritudinū: que nō solum in corpibus
aīaliū: uerū etiā in herbis fenoqꝫ gignū-
tur: q̄nto euidenti⁹ hec actestantr̄ diuinitati
que ad horam predicatoīs eius fiūt: ubi
ea religio commēdatr̄: que oibus celestib⁹
terrestribus infernisqꝫ sacrificari uetat:
uni deo tantū iubens q solus diligens &
dilectus beatos facit: eorūqꝫ sacrifitiorū
tempa impata presiniens: eaqꝫ ꝑ meliorēꝫ
sacerdotem in meli⁹ mutāda predicēs: nō
ista se appetere sꝫ ꝑ hec alia potiora signi-
care testatur. non ut ipse his honoribus
sublimetr̄: sed ut nos ad eū colendum eiqꝫ
coherēdum igne amoris eius accensi: qđ
nobis non illi bonum est excitemur?

AN dicet aliq̄s ista ¶ Cap. xviii.
falsa esse miracula: nec fuisse facta
sed mēdaciter scp̄ta? Quisquis hoc dicit:
si de his rebus negat oīo ullis literis esse
credendū: pōt etiā dicere: nec deos ullos
curarē mortalia. Non enī se aliter colēdos
eē ꝑsuaserūt: nisi mirabilib⁹ opm effectib⁹:
quoꝝ & historia gentiū testis est: quarū
dii se ostētare mirabiles: potius ꝗ̃ utiles
ostēdere potuerūt. Vnde hoc ope nostro
cuius hūc iam decimū librū habemus in
mãibus: nō eos suscepim⁹ refellēdos q uel
ullam esse uim diuinā negant: uel hūana
non curare contendūt: sꝫ eos q nostro deo

conditori sancte et gloriosissime ciuitatis
deos suos preferũt: nescientes eũ esse ipm
etiã mundi hui9 uisibilis & mutabilis in-
uisibilem & icommutabilẽ conditorẽ: et
uite beate non de his que condidit sed de
seipo uerissimũ largitorẽ. Eius eni ppħa
ueracissimus ait. Mihi aũt adherere deo
bonum est. De fine nãq; boni inter phos
querit̃: ad qd adipiscendum oĩa officia
referenda sunt. Nec dixit iste: mihi autẽ
nimis diuitiis abũdare bonũ est: aut in-
signi purpura & sceptro: uel diademate
excellere: aut qđ nõnulli etiã phoꝝ dicer̃
nõ erubuer̃t: mihi uoluptas corpis bonũ
est: aut qđ melius uelut meliores dicere
uisi sunt: mihi uirtus aĩmi bonũ est. Sed
mihi inqt adherere deo bonũ est. Hoc eũ
docuerat: cui uni tm̃modo sacrificãdum:
sancti quoq; angli legaliũ sacrifitioꝝ etiã
contestatõe monuerũt. Vnde etiã ipse sa-
crifitiũ eius factus fuerat: cuius igne in-
telligibili correptus ardebat: et in eius
ineffabilem icorporeũq; cõplexũ sancto
desiderio ferebat̃. Porro autẽ si multoꝝ
deoꝝ cultores: qualescũq; deos suos esse
arbitrent̃: ab eis facta esse miracula uel
ciuilium rerũ historie: uel libris magicis
siue qđ honesti9 putãt theurgicis credũt:
quid cause est cur illis lr̃is nolint credere
ista facta eẽ: qbus tanto maior debetur
fides: qto sup oẽs est magnus cui uni soli
sacrificandũ precipiunt̃. ¶ Cap. xix.

QVi aũt putant hec uisiblia sacfitia
diis aliis congruere: illi uero tanq̃
inuisibili inuisiblia & maiora maiori: me-
liorią; meliora: qualia sunt pure mẽtis &
bone uolũtatis offitia: profecto nesciunt
hec ita eẽ signa illoꝝ: sicut uerba signãtia
ul' sonãtia signa sunt rerũ. Quocirca sicut
orantes atq; laudantes ad eũ dirigimus
significãtes uoces: cui res ipsas in corde
quas significam9 offerimus: ita sacficãtes
non alteri uisibile sacrifitiũ offerendũ eẽ
nouerimus: q̃ illi cui9 in cordibus nostris
inuisibile sacrifitium nos ipi esse debem9.
Tũc nobis fauẽt nobiscũ cõgaudent: atq;
ad hoc ipm nos p suis uiribus adiuuant
angeli quiq; uirtutesq; superiores: et ipa
bonitate ac pietate potẽtiores. Si aũt ill'
hec exhibere uoluerimus: nõ libẽter acci-
piunt. et cũ ad hoies ita mictunt̃ ut eorũ
presentia sentiat̃ apertissĩe uetant. Sunt de
his exẽpla in lr̃is sanctis. Putauer̃t qdã
deferendũ angelis honorẽ: uel adorãdo
uel sacrificando q debet̃ deo: et eoꝝ sunt
admonitione prohibiti: iussiq; sunt hec ei
deferre: cui uni fas esse nouerũt. Imitati
sunt anglos sanctos etiã sancti hoies dei.
Nam Paulus & Barnabas in lychaonia
fc̃to quodã miraclo sanitatis: putati sunt
dii: eisq; lychaonii imolare uictimas uo-
luerũt. qđ a se hũili pietate remouentes:
eisq; in quẽ crederent annũtiauerũt deũ.
Sed nec ob aliud fallaces illi superbe sibi
hoc exigũt: nisi qa uero deo deberi sciũt.
Non. n. reuera ut ait Porphiri9: et nõnlli
putant: cadauerinis nidoribus sed diuinis
honorib9 gaudent. Copiam uero nidorũ
magnã habent undiq;. et si ampli9 uellẽt:
ipi sibi poterant exhibere. Qui g° diuitatẽ
sibi arrogant spũs: non cuiuslibet corpis
fumo: sed supplicantis aĩo delectant̃: cui
decepto subiectoq; dñent̃: intercludentes
iter ad deũ uerũ: ne sit hõ illi9 sacrifitium
dũ sacrificat̃ cuipiam preter illum.

VNde uerus ille ¶ Caplm. xx.
mediator in q̃ntum formam serui
accipiẽs: mediator effect9 est dei & hoĩm
homo Ihus xp̃us: cũ in forma dĩ sacfitiũ
cũ patre sumat cũ quo & unus ẽ deus: tñ
in forma serui sacfitiũ maluit eẽ q̃ sumer̃.
ne uel hac occasiõe qsq̃ existiaret cuilibet
sacrificãdũ eẽ creature. Per hoc & sacer-
dos est: ipse offerẽs: ipse & oblatio. Cuius
rei sacramentũ quotidianum esse uoluit
ecclesie sacrifitiũ: cũ ipius corporis ipse sit
caput: et ipius capitis ipa sit corpus: tam
ipa p ipm q̃ ipse per ipam suetus offerri.

Huius ueri sacrificii multiplicia uariaꝗ
signa erant sacrificia prisca scoꝝ: cum hoc
unū ꝑ multa figuraret̄: tāq̄ uerbis multis
res una diceret̄: ut sine fastidio multum
cōmēdaret̄. Huic summo ueroq; sacrificio:
cūcta sacrificia falsa cesserūt. ¶ Ca. xxi.

MOderatis aūt p̄fīnitisq; tpibus:
etiā potestas ꝑmissa demōibus: ut
hōib⁹ quos possident excitatis: ĩimicitias
aduersus dī ciuitatē tirannice exerceāt:
sibiq; sacrificia nō solum ab offerentibus
sumāt: et a uolentib⁹ expetant: uerū etia;
ab inuitis ꝑsequēdo uiolenter extorqueāt:
non solū perniciosa non est: sed etiā utilis
inuenit̄ ecclesie ut martirū numerus im-
pleat̄: quos ciuitas dei tanto clariores et
honoratiores ciues habet: quāto fortius
aduersus impietatem potestatū etiā usq;
ad sanguinem certant. Hos multo elegā-
tius si ecclesiastica loquendi consuetudo
pateretur: nr̄os heroas uocaremus. Hoc
eni nomē a Iunone dr̄ tractū. quod grece
Iuno hera appellat̄. et ideo nescio qs fili⁹
eius scd̄m grecoꝝ fabulas Heros fuerit
nūcupatus. hoc uidelicet uelut misticum
significāte fabl'a: ꝙ aer Iunoni deputet̄.
ubi uolunt cū demōib⁹ heroas habitare.
quo noīe appellāt alicuius meriti aīmas
defūctoꝝ. Sed a contrario martires nr̄i
heroes nūcuparent̄: si ut dixi usus eccle-
siastici sermoīs admicteret. non ꝙ eis eēt
cū demōibus in aere socíetas: sed ꝙ eosdē
demoēs id est aereas uincerēt ptātes: et
in eis ipam quicqd putat̄ significare Iu-
nonem: que nō usquaq; incōuenienter a
poetis inducit̄ inimica uirtutib⁹: et celū
petentib⁹ uiris fortib⁹ inuida. Sed rursus
eis succūbit infeliciter ceditq; Virgili⁹. ut
cū apud eū illa dicat. Vincor ab Aenea:
ipsū Aeneam admoneat Helenus: quasi
consilio religioso & dicat. Iunoni cane
uota libens: dn̄amq; potentē supplicibus
supera donis. Ex qua opīone Porphirius
quāuis non ex sua sententia: sed ex alioꝝ
bonum dicit deum uel genium nō uenire
in hoīem nisi malus fuerit ante placatus:
tanq̄ fortiora sint apd̄ eos numia mala q̄
bona. qn̄ qdem mala īpediunt adiutoria
bonoꝝ: nisi eis placata dent locū. malisq;
nolentib⁹ bona ꝓdesse non possūt: nocere
aūt mala possūt nō sibi ualentib⁹ resistere
bonis. Nō est ista uere ueraciterq; sancte
religioīs uia. non sic Iunonē hoc ē aereas
ptātes pioꝝ uirtutib⁹ inuidentes nostri
martires uincūt. Non oīno si dici usitate
posset: heroes nr̄i supplicibus donis: sed
uirtutib⁹ diuīs heram supant. Cōmodius
qppe Scipio affricanus est cognoīatus ꝙ
uirtute affricam uicerit: q̄ si hostes doīs
placasset ut parcerent. ¶ Caplm̄. xxii.

VEra pietate hoīes dī aereā ptātem
inimicam contrariāq; pietati: ex-
orcizando eiciūt non placādo: omēs tēp-
tatoēs aduersitatesq; eius uincūt: orādo
non ipam sz suū deū aduersus ipam. Non
eni aliquē uincit aut subiugat: n̄ societate
peccati. In eius ergo noīe uincit̄ q hoīem
assumpsit: egitq; sine peccato ut in ipo sa-
cerdote ac sacrificio fieret r̄missio pctoꝝ:
id ē ꝑ mediatorē dei et hoīm hoīem xp̄m
ih̄m: per quē facta peccatoꝝ purgatōne
reconciliamur deo. Non eni nisi peccatis
homīes separant̄ a deo: quoꝝ in hac uita
non fit nostra uirtute sz diuina miseratōe
purgatio: per indulgentiam illius nō per
nostram potētiam. qa & ipa quātulacūq;
uirtus que dicitur nostra: illius est nobis
bonitate concessa. Multum aūt nobis in
hac carne tribueremus: nisi usq; ad eius
depositionē sub uenia uiueremus. Prop-
terea ergo nobis per mediatorē prestita
est gratia: ut polluti carne peccati: carnis
peccati similitudīe mūdaremur. Hac dei
gratia qua in nos ostēdit magnā miseri-
cordiā suā: et in hac uita ꝑ fidē regimur:
et post hanc uitam per ipsam speciem in-
commutabilis ueritatis ad perfectionem
plenissimam ꝑducemur. ¶ Cap. xxiii.

Dicit etiã Porphirius diuinis oraclis fuisse responsum: nõ nos purgari lunę teletis atq; solis. ut hinc ostenderet nullo℞ deo℞ teletis hoiem posse purgari. Cuius eniȝ teletę purgant: si lunę solisq; nõ purgant: q̃s inter cęlestes deos pcipuos habent. Deniq; eodẽ dicit oraclo expssuȝ pncipia posse purgare: ne forte cũ dictũ esset non purgare teletas solis & lunę: alicuius alterius dei de turba ualere ad purgãdum teletę crederet. Quę aũt dicat eẽ pncipia tanq̃ platonicus nouimus. Dicit eni deũ prẽm et deũ filiũ: quẽ grece appellat paternũ intellectũ uel paternã mentem. De spũ autẽ scõ aut nihil aut non aperte aliqd dicit. Quãuis quẽ alium dicat ho℞ mediũ non intelligo. Si eniȝ ternam sicut Plotinus ubi de tribus pncipalibus substantiis disputat: aĩme naturam etiã iste uellet itelligi: nõ utiq; diceret ho℞ mediũ id est prĩs & filii mediũ. Postponit qppe Plotinus aĩę naturã paterno intellectui: iste aũt cũ dicit mediũ: non postpoĩt sed interpoĩt. Et nimirũ hoc dixit ut potuit siue ut uoluit: qm̃ nos spm̃ scm̃ nec patris tm̃ nec filii tm̃: sed utriusq; spm̃ dicimus. Liberis. n. uerbis loquunt̃ phi: nec i rebus ad intelligendũ difficillimis: offensioẽm religiosarũ auriũ pertimescũt. Nobis autẽ ad certã regulã loqui fas est: ne uerborũ licentia etiã de rebus quę his significant̃ impiã gignat opinionẽ. Nos itaq; ita non dicimus duo uel tria pncipia cum de deo loquimur: sicut nec duos deos uel tres nob licitũ est dicer̃. q̃uis de uno quoq; loq̃ntes: uel de prẽ uel de filio uel de spũ scõ: etiaȝ singulum queq; deum esse fateamur. Nec dicimus tñ quod heretici sabelliani: eũdeȝ esse prẽm q est & filius: et eundẽ spm̃ scm̃ qui ẽ et pater & filius: sȝ patrem esse filii prẽm: et filium patris filiũ: et prĩs & filii spm̃ scm̃ nec prẽm eẽ nec filiũ. Uerũ itaq; dictũ est nõ purgari hoiem nisi pncipio: q̃uis plaliter apd eos sint dicta pncipia.

Sed subditus Capitlm .xxiiii.

Porphirius inuidis potestatibus de qbus & erubescebat: et eas libere redarguere formidabat: noluit intelligere dominũ Ihm christum esse pncipium: cuius incarnatiõe purgamur. Eum qppe in ipa carne contempsit: quã pter sacrificium nostrę purgatois assumpsit: magnũ sciȝ sacramentũ ea supbia non intelligẽs: quã sua ille hũilitate deiecit: uerus benignusq; mediator in ea se ostendens mortalitate mortalibus: quã maligni fallacesq; mediatores nõ habẽdo se supbius extulerũt: miserisq; hoĩbus adiutorium deceptoriũ uelut immortales mortalibus pmiserũt. Bonus itaq; uerusq; mediator ondit pc̃tm esse malũ non carnis substantiam uel naturam: quę cũ aĩma hoĩs & suscipi sine pc̃to potuit & haberi: et morte deponi: et i melius resurrectiõe mutari: nec ipam mortem quãuis esset pena peccati quã tñ pro nobis sine pc̃to ipe psoluit: peccãdo esse uitandam: sed potius si facultas dat̃ pro iustitia pferendam. Ideo eni soluere potuit moriendo peccata: qa mortuus ẽ et non p suo peccato. Hunc ille platonicus nõ cognouit esse pncipiũ: nã cognosceret purgatoriũ. Neq; eni caro pncipium est: aut aĩma humana: sed uerbum per quod facta sunt oĩa. Non ergo caro p seipsam mũdat: sed per uerbũ a quo suscepta est: cum uerbũ caro factum est. et habitauit in nobis. Nam de carne sua manducãda mistice loquens: cũ hi q non intellexerũt offensi recederent dicentes: durus est hic sermo: quis eum potest audire: respondit manentibus ceteris. Spũs est q uiuificat: caro aũt non prodest quicq̃. Principium ergo suscepta aĩma & carne: et aĩam credentiũ mundat & carnẽ. Ideo querẽtibus iudeis qs eẽt: rñdit se esse pncipiũ. Quod utiq; carnales infirmi peccatis obnoxii & ignorantię tenebris obuoluti: nequaq̃ percipe possemus: nisi ab eo mũdaremur

et sanaremur: p hoc quod eramus & non
eramus. Eram9 eni hoies: sȝ iusti nō eram9.
In illi9 aūt icarnatiōe natura hūana erat:
sed iusta non peccatrix erat. Hęc est me-
diatio qua man9 lapsis iacētib9qȝ porrecta
est. hoc ē semē dispositū p anglos: i quoꝝ
edictis & lex dabatur qua et unus deus
coli iubebatur: et hic mediator uēturus
promictebatur. Caplm. xxv.

QVius sacramēti fide: etiā iusti an-
tiqui mūdari pie uiuēdo potuerūt.
non solū anteq̃ lex poplo hebreo daretur:
neqȝ enim eis prędicator deus uel angeli
defuerūt: sȝ ipius quoqȝ legis tpib9 quis i
figuris rerū spūaliū hēre uideretur pmissa
carnalia: ppter qđ uetus dr testamentū.
Nam et pphę tūc erant: p quos sicut & p
angelos eadē pmissio prędicata est: et ex
illoꝝ numero erat cui9 tam magnā diui-
nāqȝ sentētiā de boni hūani fine pauloan
cōmēoraui. Mihi aūt adherere deo bonū
est. In quo plane psalmo: duū testamtoꝝ
quę dicuntur uet9 & nouū satis ē declarata
distinctō. Propter carnales. n. terrenasqȝ
pmissioēs: cū eas ipiis abūdare pspice-
ret: dicit pedes suos pene fuisse cōmotos:
& effusos i lapsum ppe modum gressus
suos: tanq̃ frustra deo ipe seruisset. Cūqȝ
ea fęlicitate quam de illo expectabat cō-
temptores eius florere cōspiceret: seqȝ in
rei hui9 inqsitōne laborasse: uolentem cur
ita esset apprębendere: donec intraret in
scūariū dei: et intelligeret nouissia eoꝝ q
fęlices uidebantur: errare tūc eos itellexit
in eo qp se extulerūt: sicut dicit fuisse de-
iectos & defecisse ac piisse ppter iiqtates
suas. totūqȝ illud culmē tēpalis fęlicitatis
ita eis factū tanq̃ somniū euigilātis: q se
repente inuēit suis quę sōniabat fallacib9
gaudiis destitutū. Et qm in hac terra uel
ciuitate terrēa: magni sibi uidebantur: dñe
inquit in ciuitate tua imaginem illoꝝ ad
nihilū rediges. Quid huic tn̄ utile fuerit:
etiā ipa terrena non nisi ab uno uero deo
quęrere: in cuius potestate sunt oīa: satis
ondit ubi ait. Velut pecus fact9 sum apđ
te: et ego semp tecum. Velut pecus dixit:
utiqȝ non intelligens. Ea qppe a te deside-
rare debui: quę m cū impiis non possūt eē
coīa. qb9 eos cū abundare cernerē putaui
me incassum tibi seruisse: qndo & illi hęc
haberent q tibi seruire noluissent. Tamē
ego sp tecū: q etiā in taliū rerū desiderio
deos alios non quęsiui. Ac p hoc sequitur.
Tenuisti manum dexterę meę: et i uolū-
tate tua deduxisti me: et cū glia assūpsisti
me. tanq̃ ad sinistrā cuncta illa ptineant:
quę abūdare apud ipios cū uidissȝ pene
collapsus est. Quid eni m est inqt i cęlo?
Et a te qd uolui sup terram? Reprębēdit
seipsum: iusteqȝ sibi displicuit. qa cū tam
magnū bonū hēret i cęlo qđ p9 intellexit:
rem transitoriā fragilē & quodāmo luteaȝ
fęlicitatem a suo deo quęsiuit i terra. De-
fecit igt cor meū & caro mea: ds cordis
mei: defectu utiqȝ bono ab iferioribus ad
supna. Vnde in alio psalmo dr desiderat
& deficit aīa mea i atria dñi. Item i alio.
defecit in salutare tuū aīa mea. Tamē cū
de utroqȝ dixisset id ē de corde & carne
deficiente: nō subiecit deus cordis mei &
carnis meę: sed deus cordis mei. Per cor
qppe caro mūdatur. Vnde dicit dominus.
Mūdate quę intus sunt: et quę foris sunt
mūda erūt. Partem deinde suā dicit ipm
deū: non aliqd ab eo: sed ipm. Deus inqt
cordis mei: et pars mea deus in ęternū:
qp inter multa quę ab hoībus eligunturr: ipe
illi placuerit eligendus. Quia ecce inqt: q
se longe faciūt a te pibūt. pdidisti oēm q
fornicatur abs te. hoc est qui multorū deoꝝ
uult esse prostibulum. Vnde sequitur illud
propter quod et cętera de eodem psalmo
dicenda uisa sunt. Mihi aūt adherere đo
bonū est: non longe ire: non p plima for-
nicari. Adherere aūt deo tūc pfectū erit:
cū totū qđ liberādum est fuerit liberatū.
Nunc u fit illud qđ sequitur. ponere in deo

ſpem meam. Spes.n.quę uidetur non eſt
ſpes. Quod em; uidet qs: quid ſperat ait
apl'ſ? Si aūt qđ non uidemus ſperamus:
ꝑ patiētiam expectamus. In hac autē ſpe
nūc conſtituti agamꝰ qđ ſequit̄: et ſimus
nos quoq; ꝓ modulo nr̄o angeli dei id eſt
nuntii eius: annūtiantes eius uolūtatem
& gliam gratiamq; laudantes. Vnde cū
dixiſſet ponere ī deo ſpem meā: ut annū-
tiem inqt omēs laudes tuas ī portis filię
ſyon. Hęc eſt glorioſiſſima ciuitas dī: hęc
unū deū nouit et colit: hanc angeli ſancti
nūtiauerīt: q nos ad eius ſotietatē inuita-
uerūt: ciueſq; ſuos in illa eſſe uoluerīt. qbꝰ
nō placet ut eos colamꝰ tanq̄ nr̄os electos
deos: ſed cum eis et illoꝝ & nr̄m deū. nec
eis ſacrificemus: ſed cū ipis ſacrifitiū deo
ſimus. Nullo itaq; dubitante: q hęc depo-
ſita maligna obſtinatōe conſiderat: omēs
immortales beati q nobis non inuident:
neq; enī ſi inuiderent eēnt beati: ſ; potius
nos diligūt: ut & nos cū ipis beati ſimꝰ.
plus nobis fauent: plus adiuuant q̄ndo
unū deū cum illis colimus: prēm & filiū
et ſpm̄ ſanctū: q̄ ſi eos ipſos per ſacrifitia
coleremus. ❡ Capitlm .xxvi.

NEſcio quomō q̄ntū mihi uidet̄: pro
amicis ſuis theurgis erubeſcebat
Porphirius. Nam iſta utcunq; ſapiebat:
ſed contra multoꝝ deoꝝ cultū deū uerū
non libere defendebat. Et angelos qppe
alios eſſe dixit: q deorſum deſcendentes
hōibus theurgicis diuia ꝓnūtient: alios
aūt q in terris ea quę prīs ſunt et altitu-
dinem eius ꝓfūditatēq; declarēt. Non g̊
hos anglos quoꝝ miniſteriū eſt declare
uoluntatē patris. credēdum eſt uelle nos
ſubdi: niſi ei cuiꝰ nob annūtiāt uoluntatē.
Vnde optime admonet etiā ipe plonicꝰ:
imitandos eos potius q̄ inuocādos. Non
itaq; debemus metuere ne immortales &
btōs uni deo ſubditos: nō eis ſacrificādo
offendamus. Quod enī non niſi uni uero
dō deberi ſciūt: cui & ipi adherēdo beati
ſunt: ꝓcul dubio neq; ꝑ ullam ſignificantē
figuram: neq; ꝑ ipam rem quę ſacramētis
ſigficat̄ ſibi exhiberi uolūt. Dęmonum ē
hęc arrogātia ſuperboꝝ atq; miſeroꝝ: a
qbus lōge diuerſa ē pietas ſubditoꝝ dō:
nec aliūde q̄ illi adherendo btōꝝ. Ad qđ
bonū ꝑcipiēdū: etiā nob ſincera benīgtate
oportet ut faueāt: neq; ſibi arrogēt quo
eis ſubitiamur: ſed eū annūtient ſub quo
eis in pace ſotiemur. Quid adhuc trepi-
das o phe: aduerſus poteſtates & ueris
uirtutibꝰ & ueri dei muneribus inuides:
hēre liberā uocem? Iam dixiſti anglos q
prīs ānuntiāt uoluntatē: ab eis anglis eē
diuerſos q ad theurgicos homīes neſcio q̄
deducti arte deſcendūt. Quid adhuc eos
honoras: ut dicas prenūtiar̄ diuia? Quę
tandē diuina prenūtiant: q nō uoluntatē
prīs nūtiant? Nempe illi ſūt quos ſacris
precibus īuidus alligauit: ne preſtarent
aīę purgatoēm: nec a bono ut dicis pur-
gare cupiētes ab ill' uinculis ſolui: et ſuę
poteſtati reddi potuerīt. Adhuc dubitas
hęc maligna eē dęmoīa. uel te fingis for-
taſſe neſcire dū nō uis theurgos offēder̄:
a qbus curioſitate deceptus iſta ꝑniтioſa
& inſana pro magno benefitio didiciſti?
Audes iſtam inuidiā non potentiam ſed
peſtilentiam: et non dicā dn̄am ſed qđ tu
fateris ancillam potius īuidoꝝ: iſto aere
tranſcenſo leuare ī cęlū: et inter dōs ur̄os
etiā ſidereos collocare: uel ipſa q̊q; ſidera
his opprobriis infamare? ❡ Ca. xxvii.

QVanto hūaniꝰ & tollerabilius cō-
ſectaneꝰ tuus plonicus Apuleius
errauit. q tm̄modo dęones a luna & īfra
ordīatos: agitari morbis paſſionū men-
tiſq; turbelis honorās eos qdem ſ; uolens
nolenſq; confeſſus eſt. deos tn̄ cęli ſupiorīs
ad etherea ſpatia ꝑtinentes: ſiue uiſibiles
quos cōſpicuos lucere cernebat: ſolem &
lunā et cętera ibidē lūīa: ſiue inuiſibiles
quos putabat ab om̄i labe iſtarū ꝑturba-
tionum alienos: q̄nta potuit diſputatione

discreuit. Tu autem didicisti hoc non a Platone sed a caldeis magr̃is tuis: ut in ethereas uł empireas mũdi sublimitates & firmamẽta celestia extolleres uicia humana: ut possent dii uestri theurgis prenũtiare diuina. Quib9 diuinis te tamen p intellectualem uitã facis altiorem: ut tibi uidelicet tãq̃ philosopho theurgice artis purgatioẽs neq̃q̃ necessarie uideanť: sed aliis eas tamen importas: ut hanc ueluti mercedem reddas magistris tuis: ꝙ eos q philosophari nõ possũt: ad ista seducis que tibi tanq̃ superioꝝ capaci eẽ inutilia confiteris: ut uidelicet qcũq; a phie ũtute remoti sunt: que ardua nimis atq; paucoꝝ est: te auctore theurgos hoies a qb9 non qdem in aia intellcũali: uerũ saltem in aia spũali purgenť ingrant. Et quoniã istorum quos phari piget incõpabiliter maior ẽ multitudo: plures ad secretos et illicitos magr̃os tuos q̃ ad scolas platonicas uenire coganť. Hoc eni tibi immũdissimi dẽones deos ethereos se eẽ fingẽtes: quoꝝ predicator & angelus factus es ꝑmiserũt: ꝙ in aima spũali theurgica arte purgati ad pr̃em qdem nõ redeunt: s; sup aereas plagas inter deos ethereos hitabũt. Nõ audit ista hoim multitudo: ꝓpter quos a demonũ dñatu liberandos xp̃s aduẽit. In illo.n.hñt misericordissiaꝫ purgatioẽm. et mentis: et spũs: et corpis sui. Propterea qppe totũ hoiem sine pcc̃o ille suscepit: ut totũ quo constat homo a pcc̃oꝝ peste sanaret. Quẽ tu quoq; utinã cognouisses: eiq; te potius q̃ uel tue ũtuti que hũana fragilis & ifirma est: uel pniciosissime curiositati sanãdũ tuti9 cõmisisses. Non eniꝫ te decepisset: quẽ ur̃a ut tu ipse scribis oracula scm̃ imortaleq; cõfessa sũt. De quo etiam poeta nobilissimus: poetice qdem quia in alterius adumbrata psona: ueraciter tñ si ad ipsum referas dixit. Te duce si qua manẽt sceleris uestigia nostri. Irrita ppetua soluent formidine terras. Ea qppe dixit: que etiã multũ ꝓficientiuꝫ in uirtute iustitie possũt ꝓpter huius uite infirmitatẽ: et si non scelera: scelerũ tamen manere uestigia. que non ñ ab illo saluatore sananť: de q̃ iste uersus expressus ẽ. Nam hoc utiq; nõ a seipõ dixisse Virgili9 in egloge ipsius q̃rto ferme uersu idicat: ubi ait. Vltia cũmei ueĩt iã carmis etas. Vnde hoc a cũmea Sibilia dictum eẽ incũctanter appet. Theurgi ũ illi: uel poti9 demones deoꝝ spẽs figurasq; fingentes: inqnãt potius q̃ purgant hũanum spm̃: falsitate fãtasmatũ & deceptoria uanaꝝ ludificatiõe formaꝝ. Quomõ.n. purgent hois spm̃: q imundũ hñt ꝓpriũ? Alioqn nullo mõ carmibus inuidi hois ligarenť. Ipsumq; inane benefitiũ quod prestaturi uidebanť: aut metu premerent: aut simili inuidentia denegarẽt. Sufficit ꝙ purgatione theurgica neq; intellectualem aiam hoc ẽ mentẽ nr̃am dicis posse purgari: et ipam spũalem id ẽ aie nostre ptem mente inferiorem: quã tali arte purgari posse asseris: imortalem tñ eternamq; non posse hac arte fieri confiteris. Xp̃us aũt uitam ꝓmictit eternã. unde ad eũ mũdus uob qdem stomachantibus: mirantibus tamẽ stupẽtibusq; concurrit. Quod qa negare nõ potuisti: i tm̃ a teipõ dissẽtire uideris: ut pmum doceas errare hoies theurgica disciplina: et q̃plurimos fallere p cecam insipientẽq; sententiã: atq; eẽ certissimum errorẽ agendo & supplicãdo ad pncipes anglosq; decurrere: et rursum q̃i ne opam perdidisse uidearis ista dicendo: mictis hoies ad theurgos: ut per eos aia spũał purgeť: illoꝝ q non scd̃m intellectualem aiam uiuũt. ❡ Caplm̃ .xxviii.

Dictis q̃ hoies in errorẽ certissimũ. Neq; hoc tantũ malũ te pudet: cum uirtutis & sapie te ꝓfitearis amatorem. Quã si uere ac fideliter amasses: xp̃m dei uirtutem & dei sapiam cognouisses: nec ab ei9 saluberrima hũilitate tumore iflat9

uanę scientię resilisses. Confiteris tñ etiaȝ
spūalem aīam sine theurgicis artibus &
sine teletis: q̄bus frustra discendis elabo-
rasti posse continentię uirtute purgari.
Aliq̄ndo etiā dicis: ꝙ teletę nō p9 mortē
eleuant aīmam: ut iam nec eidem ipi quā
spūalem uocas: aliq̄d post hui9 uitę fineȝ
ꝓdesse uideanť. Et tñ uersas hoc multis
modis & repetis. ad nihil aliud quantuȝ
existimo: nisi ut taliū quoq; rerū q̄i ꝑitus
appeas: et placeas illicitarū artiū curio-
sis: uel ad eas facias ipe curiosos. Sed bñ
ꝙ metuendā dicis hāc artem: uel legum
ꝑiculis: uel ipius actiōis. Atq; utinā hoc
saltē abs te miseri audiāt: & inde ne illic
absorbeanť abscedāt: aut eo penitus non
accedant. Ignorantiā certe & ꝓpter eam
multa uicia ꝑ nll'as teletas purgari dicis:
sed ꝑ solū pr̄em & eius filiū id est pr̄nam
mentē siue intellectū: q̄ pr̄nę ē uoluntatis
conscius. hunc autē xp̄m esse non credis.
Contēpnis enī eū ꝓpter corpus ex fęmīa
acceptum: et ꝓpter crucis opprobrium:
excelsam uidelicet sapientiā: spretis atq;
abiectis infimis: idoneus de superiorib9
carpe. At ille iplet q̄d de illo ꝓphę sancti
ueraciter prędixerūt. Perdam sapientiā
sapientiū: et prudentiā prudentiū repro-
babo. Non enī suā in eis ꝑdit et reprobat
quā ipe donauit: ſ; quā sibi arrogāt q̄ nō
habent ipius. Vnde cōmēorato isto pro-
phetico testiōio: seq̄ť & dicit apl's. Vbi
sapiēs: ubi scriba: ubi conq̄sitor hui9 sc̄li?
Nonne stultā fecit deus sapientiam hui9
mūdi? Nam q̄m in dī sapia nō cognouit
mūdus per sapiam deū: placuit deo per
stultitiam prędicatoīs saluos facere cre-
dentes. Quoniā q̄dem iudei signa petūt:
et gręci sapiam quęrť. Nos aūt prędica-
mus inq̄t xp̄m crucifixum. iudeis q̄dem
scandalū: gentib9 aūt stultitiā. Ipsis uero
uocatis iudeis et grecis: xp̄m dei ūtutem
& dī sapiam. q̄m q̄d stultū est dī sapiēti9
est hōibus: et q̄d infirmū est dei fortius ē
hōibus. Hoc quasi stultū & infirmū: tanq̄
sua uirtute sapientes fortesq; contēpnūt.
Sed hęc est gr̄a quę sanat infirmos: non
suꝑbe iactantes falsam beatitudīnē suā:
ſ; hūiliter potiꝰ uerā miseriā confitentes.

Prędicas pr̄em & ei9 ❡ Ca. xxix.
filiū quē uocas pr̄num intellectuȝ
siue mētem: et hoꝝ mediū quē putam9 te
diceř sp̄m sc̄m: et more ur̄o appellas tres
deos. Vbi et si uerbis indisciplinatis uti-
mini: uidetis tñ q̄litercūq; & q̄si ꝑ quędā
tenuis imaginatoīs umbracl'a: quo nitē-
dum sit: sed incarnatoēm incōmutabilis
filii dei qua saluamur: ut ad illa quę cre-
dimus uel ex q̄ntulacūq; ꝑte intelligim9
ꝑuenire ualeamus: non uultis agnoscere.
Itaq; uidetis utcūq; et si de longinquo: et
si acie caligante pr̄iam in qua manēdum
est: sed uiam qua eundem est nō tenetis.
Confiteris tamē gr̄am. q̄nq̄dem ad deū ꝑ
uirtutē intelligentię ꝑuēire: paucis dicis
eē concessū. Non. n. dicis paucis placuit:
uel pauci uoluerūt: ſ; cū dicis eē concessū:
ꝓcul dubio dei gr̄am non hoīs suffitiētiā
confiteris. Vteris etiā hoc uerbo aptius:
ubi Platonis sententiaȝ sequens: nec ipse
dubitas ī hac uita hoīem nullo modo ad
ꝑfectōnem sapię ꝑuenire: sc̄dm intellectū
tñ uiuētibus oīne q̄d deest ꝓuidentia dei
& gratia post hāc uitam posse compleri.
O si coguisses dei gr̄am ꝑ ihm xp̄m dn̄m
nr̄m: ipamq; eius incarnatoēm qua hoīs
aīam corpusq; suscepit: summū eē exēplū
gr̄ę uidere potuisses. Sed q̄d faciā? Scio
me frustra loqui mortuo: ſ; quantū ad te
ꝑtinet. Quātū aūt ad eos q̄ te magnipē-
dunt: et te uel q̄licūq; amore sapientię ul'
curiositate artiū: quas nō debuisti discere
diligūt. quos potius in tua compellatōne
alloquor: fortasse non frustra. Gratia dei
non potuit gratius commēdari: q̄ ut ipse
unicus dei filius in se incommutabiliter
manēs indueret hoīem: et spem dilcōnis
suę daret hōibus hoīe medio: qua ad illū

aꝺ hominib⁹ ueniretur: q tam longe erat i inmortalis a mortalibus: incõmutabilis a cõmutabilibus: iustus ab ĩpiis: beatus a miseris. Et qa naturaliter ĩdidit nobis ut beati ĩmortalesq; eẽ cupiamus: manẽs btũs suscipiensq; mortalẽ: ut nobis tribueret qđ amamus: ꝑpetiendo docuit contempnere qđ timemus. Sed huic ueritati ut possetis acqescere: hũilitate opus erat: quę ceruici nr̃ę difficillie persuaderi põt. Quid enĩ incredibile dr̃ pręsertim uobis q talia sapitis: qb⁹ad hoc credenduꝫ uos ĩpos admonere debeatis? Quid inquam uobis ĩcredibile dr̃: cũ deus dr̃ assũpsisse hũanam aĩam & corpus: q tm̃ tribuitis aĩę intellcũali quę aĩa utiq; hũana est: ut eã consubstantialẽ p̃rnę illi menti quẽ dei filiũ confitemini fieri posse dicatis? Quid g̊ incredibile est: si aliq̃ una intellectualis aĩa mõ quodã ineffabli & singulari: pro multoꝝ salute suscepta est? Corpus ũ aĩę coherere ut hõ totus et plenus sit: natura nr̃a ipsa teste cognoscimus. qđ nisi usitatissimũ esset: hoc ꝑfecto eẽt incredibilius. Facilius qppe in fidem recipiẽdum ẽ: et si hũanũ diuio: et si mutabilẽ incõmutabli: spm̃ spiritui: aut ut uerbis utar quę i usu hẽtis ĩcorpeũ incorpeo: q̃ corp⁹ incorpeo coherere. An forte uos offẽdit inusitat⁹ corpis ꝑtus ex uirgine? Neq; hoc debet offẽdere. imo poti⁹ ad pietatẽ suscipiẽdaꝫ debet adducere: ꝙ mirabilis mirabiliter natus est. An uero ꝙ ipm̃ corpus morte depositũ: et in meli⁹ resurrectõe mutatũ: iam incorruptibile atq; ĩmortale i supna subuexit? Hoc fortasse credeř recusatis: intuentes Porphiriũ in his ipis libris ex qbus multa posui: quos de regressu aĩmę scp̃sit: tã crebro pręcipe om̃e corpus esse fugiendũ: ut aĩa possit beata ꝑmanere cũ deo. Sed ipe poti⁹ ista sentiẽs corrigẽdus fuit. ꝑsertim cũ de aĩa mũdi hui⁹ uisiblis & tam ingentis corporeę molis: cum illo tam incredibilia sapiatis. Platone qppe auctore aĩal eẽ dicitis mũdum: et animal beatissim qđ uultis eẽ etiã sempiternum. Quõ g̊ nec unq̃ soluet̃ a corpe: nec unq̃m carebit beatitudie: si ut aĩa btã sit corpus est om̃e fugiẽdum? Solem quoq; istum et cętera sidera: nõ solũ in libris ur̃is corpa eẽ fatemini: qđ uobiscũ oẽs hoies & conspicere non cũctant̃ & dicere. Verũ etiaꝫ altiora ut putatis peritia hęc esse aĩmalia beatissĩa ꝑhibetis: et cũ his corpibus sempiterna. Quid g̊ ẽ quod cum uobis fides christiana suadet̃: tunc obliuiscimini aut ignorare uos fingitis: quid disputař aut docere soleatis? Quid causę ẽ: cur ꝑpter opiniones ur̃as quas uosipi oppugnatis xp̃iani eẽ nolitis: ñ qa xp̃s hũiliter uẽit et uos supbi estis? Qualia scõꝝ corpora i resurrectõe futura sint: põt aliq̃nto scrupulosius iter x̃anaꝝ scp̃turaꝝ doctissĩos disputari: futura tamẽ sempiterna minime dubitamus. et talia futura q̃le sua resurrectõe xp̃s demõstrauit exemplum. Sed q̃liacũq; sint: cũ incorruptiblia prorsus et immortalia i nulloq; aĩę contemplationeꝫ qua in deũ figit̃ impedientia prędicent̃: uosq; etiã dicatis eẽ in cęlestib⁹ ĩmortalia corpa ĩmortaliter beatoꝝ: quid est ꝙ ut beati simus omne corpus fugiendum esse opinamini: ut fidem x̃anã q̃i rõnabiliter fugere uideamini: nisi qa illud ẽ qđ iterũ dico: xp̃s est hũilis uos supbi? An forte corrigi pudet? Et hoc uiciũ nõ ñ supboꝝ est. Pudet uidelicet doctos homines ex discipulis Platoĩs fieri discip̃los xp̃i: qui piscatorem suo spũ docuit sape & dicere. In p̃ncipio erat uerbũ. et uerbũ erat apđ deũ: et đs erat uerbũ: hoc erat in p̃ncipio apđ deũ: oĩa ꝑ ipm̃ facta sunt: et sine ipo factũ est nihil. Quod factũ est in ipo uita erat: et uita erat lux hoim: et lux in tenebris lucet: et tenebrę eã nõ cõpręhẽdeřt. Quod initiũ sancti ęuãgelii cui nomen est scđm Iohẽm: qdam platonicus sicut a scõ sene Simplitiano qui postea mediolanẽsi

ecclesię pręsedit episcopus: solebam9 audire aureis lr̄is conscribēdum: et per oēs ecclias in locis emīnētissimis ꝓponendū esse dicebat. Sed ideo uiluit sup̄bis deus ille magister: quia uerbū caro factum est & habitauit in nobis: ut parū sit miseris ꝙ ęgrotant: nisi se in ipa ęgritudie etiā extollāt: et de medicina qua sanari poterāt erubescāt. Non enī hoc faciūt ut erigant̄: sed ut cadēdo grauius affligant̄. Si post

cxxx

Platonem aliquid emēdare existimatur indignū: cur ipse Porphirius nōnulla & non pua emendauit? Nam Platonē aīas hoīum post mortē reuolui usq; ad corpa bestiarū scp̄sisse: certissim ē. Hāc sententiā Plato doctor tenuit: et Platoīs discip̄lo Porphirio tn̄ iure displicuit. In hominuz sane non sua quę dimiserant: sȝ alia noua corpa redire hūanas aīas arbitratus est. Puduit scilȝ illud credere. ne mr̄ fortasse filiū in mulam reuoluta uectaret: et non puduit hoc credere: n̄ reuoluta mater in puellā filio forsitā nuberet. Quāto credit̄ honestius qd̄ sancti & ueraces angl̄i docuerūt: qd̄ ꝓphę dei spū acti locuti sunt: qd̄ ipe quē uenturum saluatorē pręmissi nuntii prędixerūt: qd̄ missi apl̄i q orbem terrarum ęuāgelio repleuerūt. Quanto inq̄ honesti9 credit̄ reuerti semel aīas ad corpora ꝓpria: q̄ reuerti totiēs ad diuersa? Uerūtam̄ ut dixi ex magna pte correct9 est in hac opione Porphirius. ut saltem ī solos homīes hūanas aīmas precipitari posse sentiret: beluīos aūt carceres euertere mīme dubitaret. Dicit etiā deum ad hoc aīam mūdo dedisse: ut materię corpalis cog̃scens mala: ad p̄rem r̄curreret: nec aliq̄ndo iam taliū polluta contagione teneret̄. Ubi et si aliquid inconuenienter sapit: magis enī data est corpori ut bona faceret: nō enī mala disceret si nō faceret: in eo tn̄ aliorum platonicorum opionem et nō in re pua emēdauit: ꝙ mūdatā ab oībus malis aīam & cū p̄re constitutā: nunq̄ iā mala mūdi huius passuram eē confessus est. Qua sententia ꝑfecto abstulit qd̄ esse platonicū maxīe p̄hibet̄. ut mortuos ex uiuis: ita uiuos ex mortuis semper fieri. falsumq; eē ostēdit qd̄ platonice uidetur dixisse Uirgilius. In campos elisios purgatas aīmas missas. Quo nomīe tāq̄ per fabulam uident̄ signari gaudia beatorū ad fluuiū letheū euocari. hoc est ad obliuionem pręteritorum. scilicet īmemores supant cōnexa reuisant: rursus et īcipiāt ī corpora uelle reuerti. Merito displicuit hoc Porphirio. qm̄ reuera credere stultū est: ex illa uita quę beatissīa eē nō poterit nisi de sua ęternitate fuerit certissīa: desiderare aīas corpm corruptibiliū labē: & inde ad ista remeare. tāq̄ hoc agat sūma purgatio: ut inquinatio reqrat̄. Si enim ꝙ perfecte mūdant̄ hoc efficit ut oīm obliuiscant̄ malorum: malorum autē obliuio facit corpm desiderium: ubi rursus implicent̄ malis: ꝑfecto erit infęlicitatis cā summa fęlicitas: et stultitię causa perfectio sapię: et immūditię causa summa mūditia. Nec ueritate ibi beata erit aīma: quādiucunq; erit: ubi oportet fallat̄ ut beata sit. Non eniȝ beata erit n̄ secura. Ut aūt secura sit: falso putabit semp se beatam fore: q̄niaȝ aliquādo erit & misera. Cui g̊ gaudendi cā falsitas erit: qn̄ de ueritate gaudebit? Uidit hoc Porphirius. purgatāq; aīam ob hoc reuerti dixit ad p̄rem: ne aliq̄ndo iam malorum polluta contagione teneatur.

FAlso igr̄ a qbusdā platonicus ē creditus q̄i necessari9 orbis ille: ab eisdem abeūdi: et ad eadem reuertēdi. qd̄ etiā si uerū eēt: qd hoc scire prodesset: n̄ forte inde se nobis auderēt pręferre platonici: qa id nos in hac uita iam nesciremus: quod ipi in alia meliore uita purgatissimi & sapientissimi fuerant nescituri: et falsuȝ credēdo beati futuri? Quod si absurdissim et stultissim ē dicer̄: Porphirii ꝑfecto ē pręferenda sentētia: ¶ Cap. xxxi.

his qui animaꝝ circulos alternāte semꝑ
beatitate & miseria suspicati sunt. Quod
si ita est: ecce platonicus ī meli9a Platone
dissentit. Ecce uidit hic qđ ille non uidit.
nec post talem ac tantū magistrū refugit
correctioēm: ſ; hōi ꝑposuit ueritatē. Cur
ergo nō potius diuinitati credim9 de his
rebus quas hūano ingenio ꝑuestigare nō
possumus: que aīam quoq; ipsam nō deo
coeternā sed creaturam dicit esse que nō
erat. Vt enī hoc platonici nollēt credeꝛ:
hanc utiq; causam idoneā sibi uidebanꝛ
afferre: qa nisi quod semꝑ antea fuisset:
sempiternū deinceps eē nō posset. Quāq̄
et de mūdo & de his quos ī mūdo deos
a deo factos scribit Plato: aptissie dicat
eos eē cepisse & hēre initiū: finem tñ non
habituros. ſ; per cōditoris potentissimā
uolūtatē in eternū ꝑmāsuros eē ꝓhibeat.
Verum id quō intelligant: īuenerūt non
eē hoc uidel; tp̄is: ſ; substitutōnis initiū.
Sicut enī inqūt si pes ex eternitate semꝑ
fuisset ī puluere: semꝑ ei subeēt uestigiū;.
qđ tamen uestigiū a calcante factū nemo
dubitaret: nec alterū altero prius esset:
q̄uis alterū ab altero fc̄tm eēt. Sic inqūt
& mundus atq; in illo dii creati: et semꝑ
fuerūt semꝑ existente qui fecit: et tñ facti
sūt. Nunqd ḡ si aīa semꝑ fuit: etiā miseria
eius semꝑ fuisse dicēda ē. Porro si aliqd
in illa qđ ex eterno non fuit esse cepit ex
temꝑe: cur nō fieri potuerit ut ipa eēt ex
temꝑe: que antea nō fuisset. Deinde bea-
titudo quoq; eius post expimentū maloꝝ
firmior: et sine fine mansura: sicut iste cō-
fitetur: ꝓculdubio cepit ex temꝑe: et tñ
semꝑ erit cū antea non fuerit. Illa ḡ omis
argumētatio dissoluta ē: qua putatꝛ nihil
eē posse sine fine tempis: nisi qđ initiū nō
habet tp̄is. Inuēta est enī aīe beatitudo.
que cū initiū tempis habuerit: finē tēpis
non hēbit. Quapropter diuine auctoritati
hūana cedat īfirmitas. eisq; beatis & im-
mortalib9 de uera religione credamus: q

sibi honorem nō expetunt: quem deo suo
q etiā noster est deberi sciūt. nec iubēt ut
sacrifitiū fatiamus: nisi ei tantūmō cuius
et nos cū illis ut dixi & sepe dicendū est
sacrifitium eē debemus. ꝑ eū sacerdotem
offerendi: q in hoīe quē suscepit scđm quē
& sacerdos eē uoluit: etiā usq; ad mortē
sacrifitiū ꝓ nobis dignatus est fieri.

Hec est religio que ¶ Cap. xxxii.
uniuersalem continet uiam anime
liberande. qm̄ nulla nisi hac liberari pōt.
Hec ē enī quodāmō regalis uia: que una
ducit ad regnum. non temporali fastigio
nutabūdū: ſ; eternitatis firmitate securū.
Cum aūt dicit Porphirius in ꝑmo iuxta
finem de regressu anime libro: mundum
receptum in unam quandam sectam que
uniuersalem uiā aīe contineat liberande:
uel a ph̄ia uerissima aliqua: uel ab indoꝝ
morib9 ac disciplina: aut inductiōe chal-
deorum: aut alia qualibet uia nōdumq;
in suam notitiam eādem uiam historiali
cognitōne perlatam: proculdubio confi-
tetur esse aliquā: sed nondū in suā uenisse
notitiam. Ita ei non suffitiebat quidqd de
anima liberanda studiosissime didicerat.
sibiq; uel poti9 aliis nosse ac tenere uide-
batur. Sentiebat enim adhuc sibi deesse
aliquā prestantissimā auctoritatem: quā
de re tanta sequi oporteret. Cum autem
dicit uel a ph̄ia uerissima aliqua: nōdum
in suā notitiam ꝑuenisse sectam: que uni-
uersalem cōtineat uiā aīe liberāde: satis
quātū arbitror ostendit: uel eā ph̄iam in
qua ipē philosophatus ē non eē uerissiā;:
uel ea nō contineri talem uiam. Et quō iā
potest eē uerissima: qua non continetꝛ hec
uia. Nam que alia uia ē uniuersalis aīe
liberande: nisi qua uniuerse aīe liberanꝛ:
ac ꝑ hoc sine illa nulla liberatꝛ. Cum autē
addit & dicit: uel ab indoꝝ moribus &
disciplina: uel ab inductōe chaldeoꝝ: ul'
alia qualibet uia: māifestissiā uoce testa-
tur: neq; illis que ab indis: neq; illis que

a caldeis didicerat hāc uniuersalem uiā
liberandę aię contineri: et utiq; se a chal-
deis oracula diuīa sūpsisse: quoꝝ assiduā
cōmemorationem facit: tacere nō potuit.
Quam uult ergo intelligi aīmę liberandę
uniuersalem uiam nōdum receptam: uel
ex aliq̄ uerissima philosophia: uel ex eaꝝ
gentiū doctrinis quę magnę uelut in di-
uinis rebus habebātur: quia plus apud
eas curiositas ualuit: quorunq; angeloꝝ
cognoscendoꝝ et colendoꝝ: nōdumq; in
suā notitiā historiali cognitōne platam ē?
Quę nam ista est uniuersalis uia: nisi quę
nō suę cuiq; genti propria: sed uniuersis
gentib9 quę cōmunis eēt diuinit9 impītita
est. quā certe iste hō nō mediocri ingenio
prędiuus esse nō dubitat. Prouidentiam
quippe diuinam sine ista uniuersali uia
liberandę aīmę: genus hūanū relinquere
potuisse non credit. Neq; enim ait nō esse:
sed hoc tantū bonū tantūq; adiutorium
nōdum receptū: nondum in suā notitiam
eē platum. Nec mirū. Tūc eni Porphiri9
erat i rebus hūanis: quādo ista liberādę
animę uniuersalis uia: quę non est alia q̄
religio christiana oppugnari pmittebat̄
ab idoloꝝ dęonūq; cultoribus: regib9q;
terrenis: propter asserendū & cōsecran-
dum martirum numerum hoc ē testium
ueritatis: p quos ostenderet̄ oīa corpalia
mala pro fide pietatis & cōmendatione
ueritatis eē tollerāda. Videbat ergo ista
Porphirius: et per huiusmōi psecutiones
cito istam uiam perituram. et ppterea non
esse ipam liberandę aię uniuersalem pu-
tabat: nō intelligens hoc qđ eū mouebat:
et qđ in eius electione perpeti metuebat:
tatis exercitatio ē aut elatoīs attritio: cū
oīo natura nulla sit malū: nomēq; hoc nō
sit nisi ꝑuatoīs boni. sꝫ a terrenis usq; ad
celestia: et a uisibilib⁹ usq; ad inuisibilia:
sunt aliis alia bona: aliis alia meliora: ad
hoc inequalia ut essent oia. Deus aūt ita est
artifex magn⁹ in magnis: ut minor non
sit in ꝑuis. Que parua nō sua granditate:
nam pene nulla est: sed artificis sapientia
metienda sunt: sicut ī spetie uisibili hois: si
unū radatur supcilium: quā ꝓpe modum
nihil corpori & q̄ multū detrahit̃ pulcri-
tudini. qm̄ non mole constat sed distat a
parilitate ac dimensione membroꝝ. Nec
sane multū mirandum est: q̄ hi qui non-
nullā malā putāt esse naturā: suo quodā
ꝓpo exortam ꝓpagatāq; ꝑncipio: nolūt
accipe istā cām creatoīs rerū: ut bon⁹ d̄s
cōderet bona: credētes eū potius ad hec
mū dana molimia rebellātis aduersum se
mali repellendi: extrema necessitate per-
ductū suāq; naturā bonā malo coercēdo
supādoq; miscuisse. quā turpissie pollutā
& crudelissie captiuatam: et oppressam
labore magno uix mūdet ac liberet: non
totā tn̄: sꝫ qđ eius nō potuerit ab illa inq-
natōe purgari: tegmen ac uincl'm futurū
hostis uicti & inclusi. Sic autē manichei
nō desiperent uel potius insanirent: si dei
naturam sicuti est incommutabilem atq;
oīo incorruptibilē crederent: cui nocere
nulla res possit: aīam ū que uolūtate mu-
tari ī deteri⁹ & pc̄to corrūpi potuit: atq;
ita incōmutabilis ueritatis luce ꝑuari: nō
dei ptem nec ei⁹ nature que dei ē: sꝫ ab illo
conditā longe imparem conditori: x̄ana
sanitate sentirent. Caplm. xxiii.

Sed multo est mirandū amplius: q̄
etiā qdā q unū nobiscū credūt oīm
rerū esse ꝑncipiū: nullāq; naturā que non
est qđ de⁹ est: nisi ab illo cōditore eē non
posse: noluerūt tamē istā cām fabricandi
mūdi tā bonā ac simplicē bene ac simpli-
citer credere: ut d̄s bonus cōderet bona:
& eēnt post deū que non eēnt qđ est de⁹:
bona tamē que nō faceret nisi bonus d̄s.
Sed aīas dicūt nō qdem ptes dei sꝫ fc̄tas
a deo: peccasse a deo cōditore recedēdo:
et diuersis progressibus pro diuersitate
pc̄toꝝ: a celis usq; ad terras diuersa cor-
pora q̄ꝗ uincl'a meruisse. et hūc eē mundū
eamq; cām mundi fuisse faciendi: non ut
conderent̃ bona: sed ut mala cohiberent̃.
Hic Origenes iure culpat̃. In libris eniꝫ
q̄s appellat periarchon id est de ꝑncipiis
hoc sensit: hoc scͤpsit. Vbi plus q̄ dici pōt
miror hoīem ī ecclesiasticis lr̄is tā doctū
& exercitatū: nō attēdisse ꝑmū q̄ hoc eēt
contrariū scͤpture hui⁹ tante auctoritatis
intentōi: que ꝑ omnia opera d̄i subiūgens:
et uidit deus qa bonū est: cōpletisq; oīb⁹
inferens & uidit deus omia que fecit: et
ecce bona ualde. nullā aliam cām faciēdi
mūdi intelligi uoluit: nisi ut bona fierent
a bono deo. Vbi si nemo peccasset: tm̄mō
naturis bonis eēt mūdus ornat⁹ et plen⁹.
Et qa peccatum est: non ideo cuncta sunt
impleta peccatis: cū bonoꝝ longe maior
numerus in celestibus sue nature ordinē
seruet. Nec mala uoluntas qa nature or-
dinem seruare noluit: ideo iusti dei leges
oīa bene ordinantis effugit. quomiā sicut
pictura cum colore nigro loco suo posita:

ita uniuersitas reruz si quis possit intueri
etiam cuz peccatoribus pulcra est: quis per
seipos cõsideratos sua deformitas turpet.
Deinde uidere debuit origenes & quicũq
ista sapiũt: si hec opinio uera esset: mũdũ
ideo fcm ut aie pro meritis pctoꝝ suoꝝ
tanq ergastula qbus penaliter icluderet
corpa acciperent: superiora et leuiora que
min9: iferiora uero & grauiora que am-
plius peccauerũt: demones qbus deteri9
nihil est: terrena corpa qbus inferius &
grauius nihil ẽ: poti9 q hoies etiã bonos:
potius etiã q malos haber debuisse. Nũc
uero ut itelligerem9 aiaꝝ merita nõ qua-
litatib9 corpm eẽ pẽsanda: aereũ possidet
pessimus demon: homo aũt & nunc licet
malus longe mioris minorisq malitie: et
certe ante pccm tamẽ luteũ corpus acce-
pit. Quid aũt stultius potest dici: q istum
solem ut i uno mũdo unus eẽt: nõ decori
pulcritudinis uel etiã saluti reꝝ corpaliuz
cõsuluisse artificem deũ: sz hoc potius eue-
nisse qa una anima sic peccauerat: ut tali
corpe meret includi. Ac p hoc si cõtigissz
ut non una sz due: imo nõ due sz decẽ uel
centũ: similiter equaliterq peccassent: cẽtum
soles hret hic mundus. Quod ut nõ fieret
non opificis puisione mirabili ad reꝝ cor-
palium salutem decoreq cõsultuz est: sed
cõtigit potius tanta unius aie pgressione
peccãtis: ut sola corpus tale meret. Non
plane aiaꝝ de qbus nesciũt quid loquãt:
sed eoꝝ ipoꝝ q talia sapiũt multuz longe
a ueritate & merito ẽ coercẽda pgressio.
Hec ergo tria que supius cõmẽdaui cũ in
unaquaq creatura requirunt: quis eam
fecerit: per qd fecerit: qre fecerit: ut re-
spondeat deus per uerbum suũ: qa bona
est: utrum altitudine mistica nob ipa tri-
nitas itimet: hoc ẽ pater & filius et spũs
sanctus: an aliqd occurrat quod hoc loco
scpturarũ id accipiendũ eẽ phibeat: mul-
ti smois ẽ questio: nec oia uno uolumine
ut explicem9 urgẽdũ est. Ca. xxiiii.

Credimus & tenemus & fideliter
predicam9: q pr genuerit uerbũ:
hoc est sapiam per quã facta sunt omia:
unigenitũ filium: unus unũ: eternus co-
eternũ: sũme bonus equaliter bonũ: & q
spũs sanctus siml et pris & filii sit spũs:
et ipe consubalis & coeternus ambobus:
atq hoc totũ et trinitas sit pter pprietatẽ
personaꝝ: & unus deus pter isepabilẽ
diuinitatem: sicut un9 omipotẽs propter
insepabilem omipotentiã: ita tamẽ ut etiã
cũ de singulis querit: unusquisq eorũ &
deus et omipotens eẽ rñdeatur: cũ uero
de omib9 sil: nõ tres dii ul tres oipotẽtes:
sed un9 deus omnipotens: tanta ibi est in
tribus isepabilis unitas: que sic se uoluit
predicari. Utrũ autem boni pris et boni
filii: spũs sanctus quia cõmunis ambob9
est: recte bonitas dici possit amborũ: non
audeo temerariam precipitare sententiã.
uerũtamen amboꝝ eũ dicere sanctitatem
facili9 ausus fuero: nõ ãboꝝ qsi qualitatẽ:
sed ipaz quoq substantiam & tertiam in
trinitate psonam. Ad hoc eniz me pbabi-
lius ducit: q cũ sit & pater spũs et filius
spũs: & pater sanctus & filius sanctus:
pprie tamẽ ipe uocat spũs sanctus: tanq
sanctitas substãtialis & cõsubstãtial am-
borũ. Sed si nihil ẽ aliud bonitas diuina
q sanctitas: pfecto et illa diligẽtia ratiois
est nõ presumptiois audatia: ut i opibus
dei secreto quodã loquẽdi modo quo nra
exerceat intentio: eadem nobis insinuata
itelligat trinitas: unamquãq creaturam
quis fecerit: p quid fecerit: propter quid
fecerit. Pater quippe intelligit uerbi qui
dixit ut fiat: qd aũt illo dicẽte factũ est:
pculdubio p uerbũ factũ est. In eo ũ qd
dicit uidit de9 qa bonuz est: satis sigficat
deuz nlla necessitate: nlla sue cui9 q utili-
tatis indigentia: sz sola bonitate fecisse qd
factũ est: id ẽ qa equaliter bonũ: et q spũs
sanct9 simul & pris et filii bonuz ẽ. Quod
ideo postea q factum est dicit: ut res que

facta est cōgruere bonitati ꝓpter quam
facta est indicetur. Que bonitas si spiritꝰ
sanctus recte ītelligitur: uniuersa nobis
trinitas in suis operibus intimatꝛ. Inde ē
ciuitatis sancte que ī sanctis āglis sursū
est: et origo: et informatio: et beatitudo.
Nam si queratꝛ unde sit: deus eā cōdidit.
Si unde sit sapiens: a deo illuminatur. Si
unde sit felix: deo fruitꝛ: subsistens modi-
ficatur: contemplans illustratꝛ: inherens
iocūdatur: est: uidet: amat: in eternitate
dei uiget: in ueritate dei lucet: in bōitate
dei gaudet. ¶ Caplm. xxv.

QVantum intelligi datur: hinc phi
sapientie disciplinam triptitam eē
uoluerūt: imo uero triptitam esse aīmad-
uertere potuerūt. Neqꝫ enī ipsi instituerēt
ut ita esset: sed ita esse potius inuenerunt.
cuius una pars appellaretꝛ phisica: altera
logica: tertia ethica. Quaꝝ nomīa latina
iam multorū literis frequentata sunt. ut
naturalis: rōnalis: moralisqꝫ uocarentur.
q̄s etiam ī octauo libro breuiter strinxi-
mus. Non quo sit consequens ut isti ī his
tribus aliquid secūduꝫ deum de trinitate
cogitauerint. Quāuis Plato ꝑmus istam
distributionem reperisse & commentasse
dicatur: cui neqꝫ naturarum oīm auctor
nisi d̄s uisus est: neqꝫ intelligentie dator:
neqꝫ amoris quo bn̄ beateqꝫ uiuatur īspi-
rator. Sed certe cum de natura rerum: et
de ratōne indagande ueritatis: et de fine
boni ad quem cūcta que agimus referre
debemus: diuersi diuersa sentiant: in his
tamē tribus magnis & generalibꝰ questi-
onibus omnis eoꝝ uersatur intentio. Ita
ut cum in unaquaqꝫ earum quid quisqꝫ
sectetur multiplex sit discrepantia opio-
num: esse tamē aliquam nature causam:
sciētie formam uite summā nemo cūctetꝛ.
Tria enim sunt que in unoquoqꝫ homine
artifice spectant ut aliqd efficiat. natura:
doctrina: usus. Natura igenio: doctrina
scientia: usus fructu diiudicādus est. Nec
ignoro ꝙ proprie fructus fruentis: usus
uero utentis sit. atqꝫ hoc īteresse uideatꝛ:
ꝙ ea re frui dicimur; que nos non ad ali-
ud referenda per seipsam delectat. Vti uͦ
ea re quam ꝓpter aliud querimus. unde
temporalibus magis utendum est q̄ fruē-
dum: ut frui mereamur eternis. Nō sicut
puersi q̄ frui uolunt nūmo: uti autē deo.
quoniā non nūmum propter deū impen-
dunt: sed deum propter nūmum colunt.
Verūtamen eo loquēdi modo quem plus
obtinuit consuetudo: et fructibꝰ utimur:
et usibus fruimur. Nam & fructus iam
proprie dicūtur agroꝝ: qbus utiqꝫ omēs
temporaliter utimur. Hoc itaqꝫ more usuꝫ
dixerim: in his tribꝰ que in hoīe spectāda
cōmonui. que sūt natura: doctrina: usus.
Ex his propter obtinendam beatā uitā:
tripertita ut dixi a philosophis inuēta ē
disciplina. naturalis propter naturā: ra-
tionalis ꝓpter doctrinā: moralis ꝓpter
usum. Si ergo natura nostra eēt a nobis:
profecto et nostram nos genuissemus sa-
piētiam: nec eam ex doctrina id ē aliūde
discendo percipere curaremus. et noster
amor a nobis profectus et ad nos relatꝰ
ad beate uiuendū sufficeret: nec bono alio
quo frueremur ullo indigeret. Nūc uero
quia natura nostra ut esset deum habet
auctorem: proculdubio ut uera sapiamꝰ
ipm debemꝰ haberꝛ doctorem: ipm etiā ut
beati simꝰ suauitatis intime largitorem.

AT nos quidem ¶ Caplm. xxvi.
in nobis tam & si non equalē: imo
ualde longeqꝫ distātem: neqꝫ coeternam:
et quo breuius totum dicitꝛ non eiusdem
substantie cuius est deus: tamen qua deo
nihil sit ī rebus ab eo factis natura pro-
pinquius: imaginē dei hoc ē summe illiꝰ
trinitatis agnoscimus: ad hoc īformatōe
perfitiendam: ut sit etiā similitudie ꝓxīa.
Nam & sumus: et nos eē nouimꝰ: et nr̄m
eē ac nosse diligimus. In his aūt tribꝰ que
dixi: nulla nos falsitas uerisimilis turbat.

Non enim ea sicut illa quę foris sunt ullo
sensu corporis tangimus. uelut colores
uidendo: sonos audiendo: odores olfaci-
endo: sapores gustando: dura & mollia
contrectādo sentimus. quoꝝ sensibilium
etiam imagines eis simillimas nec iā cor-
poreas cogitatione uersamus: memoria
tenemus: et per ipsas in istorū desideria
concitamur: sed sine ulla fantasiarum uel
fantasmatū imaginatione ludificatoria:
me esse me idq; nosse & amare certissim
est. Nulla in his ueris achademicoꝝ ar-
gumenta formido: dicētium. Quid si fal-
leris? Si eniꝫ fallor: sum. Nam qui nō est:
utiq; nec falli pōt. ac ꝑ hoc sum: si fallor.
Quia ergo sum qui fallor: quomodo esse
me fallor: qn̄ certum est me esse si fallor?
Quia igit̄ essem qui fallerer: etiā si fallar
proculdubio ī eo ꝙ me noui eē nō fallor.
Consequens est autē ut etiam in eo ꝙ me
noui nosse: nō fallar. Sicut. n. noui me eē:
ita noui etiaꝫ hoc ipm̄ nosse me. Eaq; duo
cum amo: eūdem quoq; amorem qddam
tertium nec imparis estimatiōis eis quas
noui reb⁹ adiūgo. Neq; enī fallor amare
me: cū in his quę amo non fallar. Quanq̄
& si illa falsa essent: falsa me amare uerū
eēt. Nam quo pacto recte reprehēderer:
& recte prohiberer ab amore falsorum:
si me illa amare falsum esset? Cum uero
et illa uera atq; certa sint: quis dubitet ꝙ
eorum quę amātur & ipe amor uerus et
certus est? Tam porro nemo est qui esse
se nolit: q̄ nemo est qui nō esse btūs uelit.
Quomō eniꝫ potest beatus eē si nihil sit?

IT a uero ui quadam ¶ Cap. xxvii.
naturali ipm̄ eē iocūdum est: ut nō ob
aliud & hi q miseri sunt nolint interire.
Et cū se miseros esse sentiant: non seipsos
de rebus: sed miseriam suam potius au-
ferri uelint. Illis etiaꝫ q & sibi miserrimi
apparent: et plane sunt: et non solū a sa-
pientibus quoniam stulti: uerum etiā ab
his qui beatos se putant miseri iudicant̄:
quia pauperes atq; mendici sunt: si quis
immortalitatē daret qua nec ipa miseria
moreretur: proposito sibi ꝙ si in eadem
miseria semper esse nollent: nulli & nusq̄
essent futuri: sed oīmodo perituri: ꝓfc̄to
exultarent letitia: et sic semper eligerent
esse q̄ omnio non esse. Huius rei testis est
notissimus sensus eoꝝ. Vnde enim mori
metuūt: et malunt in illa erumna uiuere
q̄ eam morte finire: nisi quia satis appet
q̄ refugiat natura non esse? Atq; ideo cū
se nouerint esse morituros: ꝓ magno be-
neficio sibi hanc impendi misericordiam
desiderant: ut aliquanto productius in
eadem miseria uiuāt: tardiusq; moriant̄.
Proculdubio ergo indicant: immortali-
tatem saltem talem quę nō habeat finem
mendicitatis: quanta gratulatiōe suscipe-
rent. Quid aīmalia omnia etiā irrationa-
bilia: quibus datum nō est ista cogitare:
ab immensis dracōibus usq; ad exiguos
uermiclos? Nonne se eē uelle atq; ob hoc
interitum fugere: omibus qbus possunt
motibus indicant? Quid arbusta omēsq;
frutices: quibus nullus ē sensus ad uitā-
dam manifesta motiōe perniciem? Nōne
ut ī auras tutum culmis germē emictāt:
altius terrę radices affigūt: quo alimētuꝫ
trahant: atq; ita suum quodammodo esse
conseruent? Ipsa postremo corpora qbus
nō solum sensus: sed nec ulla saltem semi-
nalis est uita: ita tam̄ uel exiliūt in supna:
ul' ī ima descendūt: uel librant̄ in mediis:
ut essentiā suā ubi sc̄dm naturam possunt
esse custodiāt. Iam uero nosse q̄ntū amet̄:
q̄mq; falli nolit natura humana: uel hinc
intelligi potest: ꝙ lamentari quisq; sana
mente mauult: q̄ letari ī amētia. Quę uis
magna atq; mirablis: mortalibus pręter
homini aīmantibus nulla est. licet eorum
quibusdam ad istam lucem contuēdam:
multo q̄ nobis sit acrior sensus oclorum:
sed lucem illam incorpoream contingere
nequęūt: qua mēs nr̄a quodāmō radiat̄:

ut de his oīibus recte iudicare possim9.
Nam in quātum eam capimus: in tantū
id possumus. Veruntamen inest sensibus
irrōnalium aīalium: et si scientia nullo
modo: at certe quędam sciētię similitudo.
Cętera autem rerū corporalium non quia
sentiunt: sed quia sentiūtur sensibilia nū-
cupata sunt. Quoꝝ in arbustis hoc simile
est sensibus: ꝙ alunt̄ & gignūt. Veruntā
et hęc oīa corporalia latentes in natura
causas habēt: sed formas suas qb9 mūdi
huius uisibilis structura formosa est: sen-
tiendas sensib9 prębent: ut pro eo ꝙ nosse
nō possunt: q̄si innotescere uelle uideant̄.
Sed nos ea sensu corporis ita capimus:
ut de his non sensu corporis iudicemus.
Habemus eniȝ alium interioris hominis
sensum isto longe prestantiorē: quo iusta
et iniusta sentimus. iusta ꝑ intelligibilem
speciem: iniusta sentimus ꝑ eius ꝑuatoēȝ.
Ad huius sensus offitiū nō acies pupillę:
non foramē auriculę: non spiramenta na-
rium: nō gustus faucīū: non ullus corpe9
tactus accedit. Ibi me & esse: et hoc nosse
certus sum: et hoc amo: atqȝ amar̄ me si-
militer certus sum. ¶ Caplm̄. xxviii.

SEd de duobus illis essentia scilicet
& notitia: quātū ament̄ in nobis:
& quemadmodum etiam ī cęteris rebus
quę infra sunt: eoꝝ reperiatur & si diffe-
rens quędam tamen similitudo: quātum
suscepti huius opis ratio uisa ē postular̄:
satis dixim9. De amore aūt quo amant̄:
utrū & ipse amor ametur: non dictū est.
Amatur autem. Et hinc probamus: ꝙ in
hōibus qui rectius amantur: ipse magis
ametur. Neqȝ eniȝ uir bonus merito dicit̄
qui scit quod bonum est: sed qui diligit.
Cur ergo & ī nobisipis non et ipm̄ amo-
rem nos amare sentimus: quo amamus
quidqd boni amamus? Est eniȝ & amor
quo amatur: et quod amandum non est.
Et istum amorem odit in se: qui illum di-
ligit quo id amatur quod amandum est.

Possunt enim ambo esse ī uno homine: et
hoc bonum est hōi ut illo proficiente quo
bn̄ uiuimus: iste deficiat q̊ male uiuimus:
donec ad perfectum sanetur: et ī bonum
cōmutetur oīe ꝙ uiuimus. Si enī pecora
eēmus: carnalem uitam & qd̄ ꝯm sensum
eiusdem est amaremus: idqȝ esset suffitiēs
bonum nostrū: et scd̄m hoc cū esset nobis
bene: nihil aliud quęreremus. Item si ar-
bores essemus: nihil qdem sentiente motu
amare possem9: uerūtamē id q̄i appetere
uideremur quo feratius eēmus: uberi9qȝ
fructuose. Si essemus lapides: aut fluct9:
aut uentus: aut flamma: uel qd eiusmōi:
sine ullo qdem sensu atqȝ uita: non tamen
nobis deesset quasi qdam nostroꝝ locoꝝ
atqȝ ordīs appetitus. Nam uelut amor̄s
corporum momenta sunt ponderum: siue
deorsum grauitate: siue sursuȝ leuitate ni-
tantur: ita eniȝ corpus pōdere: sicut aīm9
amore fertur: quocūqȝ fertur. Quoniam
igit̄ homines sumus ad nostri creatoris
imagiuem creati: cuius ē uera ęternitas:
ęterna ueritas: ęterna & uera caritas: ēqȝ
ipse ęterna & uera & cara trinitas: neqȝ
confusa neqȝ sepata: in his qdem reb9 quę
infra nos sūt: qm̄ et ipa nec aliq̊ mō eēnt:
nec aliqua spetie cōtinerentur: nec aliquē
ordinē uel appeterent uel tenerent: n̄ ab
illo fc̄ta eēnt q summe ē: q summe sapiēs
est: qui summe bonus est: tanq̄ per oīa
quę fecit mirabli stabilitate currentes: q̄i
quędā ei9 alibi magis alibi min9 impręssa
uestigia colligamus. in nobis autem ipis
eius imaginem contuentes: tanq̄ minor
ille ęuangelicus filius ad nosmetipsos re-
uersi surgamus: et ad illū redeam9 a quo
peccando recesseramus. Ibi esse nostrū nō
habebit mortem: ibi nosse nr̄m non hēbit
errorem: ibi amare nostrum nō habebit
offensionem. Nunc aūt ista tria nr̄a q̄uis
certa teneam9: nec aliis ea credam9 testi-
bus: sed nosipi pręsentia sentiamus: atqȝ
interiore ueracissimo cernamus aspectu:

tamen q̃mdiu futura: uel utrum nũquam defutura: et quo si male: quo autẽ si bene agãtur peruẽtura sint: quoniã ꝑ nosipsos nosse non possumus: alios hinc testes uel querimus uel habemus: de quorum fide cur nulla debeat esse dubitatio: non ẽ iste sed posterior erit diligentius differendi locus. In hoc autem libro: de ciuitate dei que nõ peregrinatur in huius uite mortalitate: sed immortalis semper in celis ẽ id est de angelis sanctis deo coherentibꝰ: qui nec fuerunt unq̃m nec futuri sunt desertores: inter quos & illos qui eternam lucem deserentes tenebre facti sunt: deũ primitus diuisisse iam diximus: illo adiuuante quo & cepimus ut pussumꝰ explicemus. ¶ Capitlm .xxix.

ILli quippe angeli sancti nõ per uerba sonantia deum discunt: sed per ipsam presentiam immutablis ueritatis: hoc est uerbum eius unigenitum. Et ipm uerbuꝫ et patrem & eoꝝ spiritum sanctum: eãq; esse inseparabilem trinitatem: singulasq; in ea personas unam esse substantiam: et tamen omnes non tres deos esse sed unuꝫ deum ita nouerunt: ut eis magis ista sit nota q̃ nosipsi nobis cogniti sumus. Ipam quoq; creaturam melius ibi hoc est in sapientia dei tanq̃m in arte qua facta est: q̃ in ea ipsa sciunt. ac per hoc & seipsos ibi melius q̃ in seipis: uerũtamẽ & in seipis: facti sunt eniꝫ & aliud sunt q̃ ille q fecit. Ibi ergo tanq̃m in cognitione diurna: in seipsis autem tanquã in uespertina: sicut supra iam diximus. Multum aũt differt utrum in ea ratione cognoscatur aliquid scd̃m quam factum est: an in seipso. sicut aliter scitur rectitudo linearũ seu ueritas figurarum cum intellcc̃ta conspicit̃: aliter cum in puluere scribitur: et aliter iustitia describitur ĩ ueritate incõmutabili: aliter in anima iusti. sic deinde cetera: sicut firmamẽtum inter aquas superiores & inferiores quod celum uocatum ẽ: sicut deorsum aquarũ congeries terreq; nudatio & herbarum institutio atq; lignorum: sicut solis ac lune stellarumq; cõditio: sicut ex aquis animalium uolucrũ scilicet atq; piscium beluarumq; natãtium: sicut quorumcũq; in terra gradiẽtium atq; repentium: et ipius hominis qui cũctis in terra rebus excelleret. Oĩa hec aliter ĩ uerbo dei cognoscuntur ab angelis: ubi habent causas rationesq; suas: id est scd̃m quas facta sunt incõmutabiliter permanẽtes: aliter ĩ seipsis. illic clariore hic obscuriore cognitione: uelut artis atq; operum. Que tamen opera cum ad ipius creatoris laudem uenerationemq; referuntur: tanquã mane lucescit in mentibꝰ cõtẽplantium.

HEc autem propter ¶ Cap. xxx. senarii numeri perfectionẽ: eodem die sexies repetito sex diebꝰ perfc̃ta narrantur. nõ qa deo necessaria fuerit mora temporum: quasi qui non potuerit creare omnia simul: que deinceps congruis motibus peragerent tempora: sed quia per senarium numerum est operum signata perfectõ. Numerus quippe senarius ꝑmꝰ completur suis partibus: id est sexta sui parte et tertia & dimidia: que sunt unuꝫ et duo & tria. que in summam ducta sex fiunt. Partes autem in hac consideratõe numeroꝝ ille intelligẽde sunt: que quote sint dici põt. sicut dimidia: tertia: q̃rta: et deinceps ab aliquo numero denoĩate. Neq; enim exempli gratia: quia in nouenario numero quatuor pars aliqua eius est: ideo dici potest quota eius sit: unum autem potest: nam nona eius est: & tria potest: nã tertia est eius. Coniuncte uero iste due ptes eius: nona scilicꝫ atq; tertia: id ẽ unũ & tria: longe sunt a tota summa eius: quod est nouem. Itemq; in denario quaternarius ẽ aliqua ꝑs eius sed quota sit dici nõ potest. unum autẽ potest: nam decima pars eius est. Habet & quintam que sunt duo. habet & dimidiã que sunt

quinq̃. Sed hę tres partes eius: decima et quinta & dimidia: id est unum et duo & quinq̃ simul ductę: non complent decem: sunt enī octo. Duo denarii ů partes numeri in summam ductę: transeunt eū. Habet enim duodecimam quod ē unum: habet sextam quę duo sunt: habet q̃rtam quę sunt tria: habet tertiam quę sūt quatuor: habet & dimidiā quę sunt sex: unū aūt & duo et tria & quatuor et sex non duodecim ſ; amplius: id ē sexdecim fiūt. Hoc breuiter commemorandum putaui: ad commēdādam senarii numeri perfectionem: qui primus ut dixi partibus suis in summā redactis ipe perficitur: in quo perfecit deus opa sua. Vnde ratō numeri contempnenda non est: quę ī multis scāꝝ scripturarum locis q̃magni estimāda sit: elucet diligenter intuētibus. Nec frustra in laudibus dei dictum est: omnia ī mensura et numero & pondere disposuisti.

IN septimo autem ¶ Caplm .xxxi. die: id est eodem die septies repetito: qui numerus etiam ipse alia ratiōe perfectus est: dei requies cōmēdatur. in qua primū sanctificatō sonat. Ita deus uoluit istum diem in illis suis operibus sanctificare: sed in requie sua: quę nō habet uesperam. Neq̃ enim ulla creatura est: ut etiam ipa aliter ī dei uerbo: aliter in se cognita faciat aliam uelut diurnam: aliam uelut uespertinā notitiā. De septenarii porro numeri pfectiōe: dici qdem plura possūt: sed liber iste iam prolixus est: et uereor ne occasione comperta: scientiolā nostram leuiter magis q̃ utiliter iactare uelle uideamur. habenda est itaq̃ ratio moderationis atq̃ grauitatis: ne forte cū de numero multum loquimur: mensuram & pondus negligere iudicemur. Hoc itaq̃ satis sit admonere: ꝙ totus impar primus numerus ternarius est: totus par quaternarius: ex quibus duobus septenarius constat. Ideo pro uniuerso sępe ponitur. sicuti est septies cadet iustus & resurget. id est quotienscunq̃ ceciderit nō peribit. Quod non de iniquitatibus ſ; de tribulationibus ad humilitatem perducentibus intelligi uoluit. Et septies in die laudabo te. quod alibi alio modo dictū est. semper laus eius ī ore meo. Et multa huiusmodi in diuinis auctoritatibus reperiūtur: in quibus septenarius numer9 ut dixi pro cuiusq̃ rei uniuersitate poni solet. Propter hoc eodem sępenumero signatur spiritus sanctus: de quo domin9 ait. Docebit uos omnē ueritatem. Ibi requies dei qua requiescitur in deo. In toto quippe id est plena perfectione requies: in parte autem labor. Ideo laboramus q̃mdiu ex parte scimus: sed cum uenerit quod perfectum est: qđ ex parte est euacuabitur. Hinc ē ꝙ etiam scripturas istas cum labore rimamur: sancti uero angeli quorum societati et congregationi in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus: sicut habent permanendi ęternitatem: ita cognoscendi facilitatem: & requiescendi fęlicitatem. Sine difficultate quippe nos adiuuant: quoniam spiritualibus motibus puris & liberis non laborant.

NE quis autem ¶ Caplm.xxxii. contēdat & dicat: nō sanctos angelos esse signatos in eo ꝙ scriptum est: fiat lux & facta est lux: sed quālibet lucem tūc primum factam esse corpoream aut opinetur aut doceat: anglos autem prius esse factos: nō tantum ante firmamamentum quod inter aquas & aquas factum appellatum ē cęlum: ſ; ante illud quod dictum est in principio fecit deus cęlum & terram: atq̃ illud quod dictum est in principio: non ita dictum tanq̃ primum hoc factum sit: cum āte fecerit angelos. sed quia omnia in sapientia fecit: quod est uerbum eius: et ipsum scriptura principium noīauit: sicut ipe in euāgelio iudeis quęrentibus quis esset: respondit

se esse principium: non econtrario referā
contentionem. maxie qa hoc me delectat
plurimum: ꝙ etiam in summo exordio
sancti libri geneseos trinitas commēdat̃.
Cum enī ita dicit̃ in principio fecit deus
celum & terram: atq; pater intelligatur
fecisse in filio: sicut actestat̃ psalmus ubi
legitur. ꝗ magnificata sunt opera tua do-
mine: omnia in sapientia fecisti: cōueni-
entissime paulopost commemoratur etiā
spiritus sanctus. Cum enim dictum esset
qualem terram deus ꝑmitus fecerit: uel
quā molem materiā ue future cōstructi-
onis mūdi celi & terre nomine nūcupa-
uerit: subiiendo & addēdo terra autem
erat inuisibilis & incomposita: et tenebre
erāt super abissum: mox ut trinitatis cō-
memoratio compleretur: et spiritus inqt
dei superferbatur super aquas. Proinde
ut uolet unusquisq; accipiat: quod ita ꝓ-
fundum est: ut ad exercitationē legentiū
a fidei regula nō aberrātes plures possit
generare sententias: dum tamen angelos
sanctos in sublimibus celi sedibus nō q-
dem deo coeternos: sed tñ de sua sempi-
terna & uera felicitate securos et certos
esse nemo ambigat. Ad quorū societatem
ꝑtinere paruulos suos dominus docēs:
non solum illud ait erunt equales anglis
dei: uerum ipi quoq; angeli qua contem-
platione fruētur ostendit ubi ait. uidete
ne cōtempnatis unū ex his pusillis. Dico
enī uobis: quia angeli eoꝝ in celis semꝑ
uident faciem patris mei qui in celis est.

PEccasse aūt ¶ Caplm. xxxiii.
quosdam angelos: et in huiꝰ mūdi
ima detrusos: qui eis uelut carcer est usq;
ad futuram in die iuditii ultimam dam-
nationem: apostolus Petrus apertissime
ostendit dicens: ꝙ deus angelis peccan-
tibus nō pepercit: sed carceribꝰ caliginis
inferi detrudens: in iuditio puniendos
tradiderit reseruari. Inter hos ḡ & illos
deum uel prescientia uel opere diuisisse qs
dubitet? Illosq; lucem merito appellari
quis contradicat? Quando quidem nos
adhuc in fide uiuentes: et eorum equali-
tatem adhuc sperantes utiq; nondum te-
nentes: iā lux dicti ab apostolo sumus?
Fuistis enim inquit aliquando tenebre:
nunc autem lux in domino. Istos uero
desertores tenebras apertissiē nūcupari:
profecto aduertunt qui peiores esse eos
hominibꝰ infidelibus siue intelligūt siue
credunt. Quapropter et si alia lux ī isto
huius libri loco intelligēda est: ubi legi-
mus dixit deus fiat lux: & alie tenebre
signate sunt in eo ꝙ scriptum est: diuisit
deus inter lucem & tenebras: nos tamen
istas duas angelicas societates: unā fru-
entem deo: alteram tumentē supbie tipo:
unam cui dicit̃: adorate eum oēs angeli
eius: aliam cuius princeps dicit: hec oīa
tibi dabo si ꝓstratꝰ adoraueris me: unā
dei sancto amore flagrātem: alterā ꝓꝑe
celsitudinis immundo amore fumātem:
et quoniam sicut scriptum ē: deus supbis
resistit: humilibus autē dat gratiam. Illā
in celis celorum habitantem: istam inde
deiectam ī hoc infimo aereo celo tumul-
tuantem. illā illuminosa pietate tranqllā:
istā tenebrosis cupiditatibꝰ turbulentā.
illam dei nutu clementer subuenientem:
iuste ulciscentem: istam suo fastu dñandi
& nocendi libidine exestuātem. illam ut
quantum uult consulat dei bonitatis mi-
nistram: istā ne quātum uult noceat dei
potestate frenatam. Illam huic illudentē
ut nolens prosit persecutiōibus suis: hāc
illi inuidentem cum peregrinos colligit
suos. Nos ḡ has duas societates angeli-
cas inter se dispares atq; cōtrarias: unā
& natura bonam & uoluntate rectam:
aliam uero natura bonam sed uolūtate
peruersam: aliis manifestioribus diuīa-
rum scpturarum testimoniis declaratas:
qd etiā in hoc libro cui nomē est genesis
lucis tenebrarumq; uocabulis signatas

existimauimus: etiam si aliud sensit hoc loco forte qui scripsit: non est inutiliter obscuritas huius pertractata sentētię. qa & si uoluntatem auctoris libri huius indagare nequiuimus: a regula tamē fidei quę per alias eiusdem auctoritatis sacras literas satis fidelibus nota est: non aberrauimus. Et si enim corporalia hęc commēorata sunt opa dei: habēt pcul dubio nonnullam similitudinem spiritualium: scd̄m quod dicit apostolus. Omnes enim uos filii lucis estis & filii diei. non sumus noctis neq; tenebrarum. Si aūt hoc sensit etiā ille q scripsit: ad perfectiorem disputationis finem nostra peruēit intentio. ut homo dei tam eximię diuinęq; sapientię: imo per eum spūs dei in cōmemorandis operibus dei quę omnia sexto die dicit esse perfecta: nullo modo anglos pretermisisse credat̄. siue in principio quia pmo fecit: siue quod conuenientius intelligit̄: in principio: quia ī uerbo unigēito fecit. scriptum sit ī principio fecit deus cęlum & terram. qbus nominibus uniuersalis ē signata creatura. uel spiritualis & corporalis quod est credibilius: uel magnę duę mūdi partes: qbus oīa quę creata sunt continētur. ut primitus eam totam proponeret: ac deinde partes eius scd̄m misticum dierum numerū exequeretur.

Q Vanq̄m nōnulli ¶ Cap. xxxiiii.

putauerunt aquarū nomīe signatos quodammodo populos angelorum: et hoc esse qđ dictum est. Fiat firmamentū inter aquam & aquam. ut supra firmamentum angeli intelligantur: infra uero uel aquę istę uisibiles: uel malorum angelorum multitudo: uel omniū hominū gentes. Quod si ita est: nō illic appet ubi facti sunt angli: sed ubi discreti. Quāuis & aquas quod peruersissimę atq; impię uanitatis est negent qdem factas a deo: quoniam nusquā scriptum est: dixit deus fiant aquę. Quod possunt simili uanitate etiam de terra dicere. Nusquam enim legitur. Dixit deus fiat terra. Sed inquunt. scriptum est. In principio fecit deus cęlū et terram. illic ergo & aqua intelligenda est. Vno eni nomīe utrunq; cōprehensum est. Nam ipsius est mare sicut in psalmo legitur: et ipe fecit illud: et aridam man9 eius finxerunt. Sed hi qui in noīe aquarum quę super cęlos sūt angelos intelligi uolunt: ponderibus elementorū mouentur: et ideo non putant aquarū fluidam grauemq; naturam: in superiorib9 mūdi locis potuisse constitui. Qui scd̄m ratioēs suas si ipsi hominē facere potuissent: non ei pituitam quod grece fleuma dicitur: et tanq̄m in elemētis corporis nostri aquarum uicem obtinet: in capite ponerent. Ibi enī sedes ē fleumatis: scd̄m dei opus utiq; aptissime: scd̄m istorum autem cōiecturam tā absurde: ut si hoc nescirem9: & in hoc libro similiter scriptum esset: qđ deus humorem fluidum & frigidum ac per hoc grauem: in superiore omnibus cęteris humani corporis parte posuerit: isti trutinatores elementorum nequaq̄m crederent. Et si auctoritati eiusdem scripturę subditi essent: aliquid aliud ex hoc intelligendum esse censerent. Sed quoniā si diligenter singula scrutemur atq; tractemus: quę in illo diuino libro de constitutōe mūdi scripta sunt: et multa dicēda: & a proposito instituti operis longe digrediendum est. Iamq; de duabus istis diuersis inter se atq; contrariis societatibus angelorum: in quibus sunt quędam exordia duarum etiam in rebus hūanis ciuitatum: de quibus deinceps dicer̄ institui: quātum satis esse uisum est disputauimus. hunc quoq; librum aliquando claudamus.

ANtequam de insti-
tutione hoīs dicam:
ubi duaꝝ ciuitatum
quātū ad rationaliū
mortaliumqꝫ genus
actinet appebit ex-
ortus: sicut superiore libro apparuisse in
anglis iam uidetur: prius mihi quędam
de ipis angelis uideo esse dicenda: qbus
demonstretur quantum a nobis potest:
q̄m non inconueniens neqꝫ incongrua di-
catur esse hominibus angelisqꝫ sotietas:
ut non quatuor: duę scilicet angelorum
totidemqꝫ hoīm: sed duę potius ciuitates
hoc est sotietates merito esse dicant̄: una
in bonis: altera in malis: non solū anglis
uerum etiam hominibus constitutę. An-
gelorum bonorum & malorum inter se
contrarios appetitus: non naturis prin-
cipiisqꝫ diuersis: cū deus oīm substātiaꝝ
bonus auctor & conditor utrosqꝫ crea-
uerit: sed uoluntatibus & cupiditatibus
extitisse dubitare fas nō est. dum alii cō-
stantes in communi oīnibus bono quod
ipse illis deus est: atqꝫ in eius ęternitate:
ueritate: caritate persistunt. Alii sua po-
testate potius delectati: uelut suū bonuꝫ
sibi ipsi essent: a superiore cōmuni omniū
beatifico bono ad propria defluxerunt.
& habentes elationis fastū pro excellen-
tissima ęternitate: uātatis astutiam pro
certissima ueritate: studia partium pro
indiuidua caritate: supbi fallaces inuidi
effecti sunt. Beatitudinis igitur illorum
causa est adherere deo. quocirca istorum
miserię causa ex contrario ē intelligēda:
quod est non adherere deo. Quāobrem
si cum quęritur quare illi beati sint: recte
respondetur: quia adherent deo. Et cum
quęritur cur isti sunt miseri: recte respō-
detur: quia nō adherent deo. Non ē cre-
aturę rationalis uel intellectualis bonum
quo beata sit: nisi deus. Ita quamuis non
omnis beata possit esse creatura: neqꝫ eniꝫ
hoc munus adipiscūtur aut capiūt ferę:
ligna: saxa: et siquid huiusmodi est: ea
tamen quę potest non ex seipsa potest: qa
ex nihilo creata est: sꝫ ex illo a quo creata
est. Hoc eniꝫ adepto beata est: quo amisso
misera est. Ille uero qui non alio sed seipō
beatus est: ideo miser non potest esse: qa
nō se potest amictere. Dicimus itaqꝫ im-
mutabile bonum non esse nisi unum uerū
deum beatū. ea uero quę fecit bona qdeꝫ
esse ꝙ ab illo: uerūtamen mutabilia: ꝙ nō
de illo sed de nihilo facta sunt. Quanq̄m
ergo sūma non sint qbus est deus maius
bonum: magna sunt tamen ea mutabilia
bona: quę adherere possunt ut beata sint
immutabili bono. ꝙ usqꝫadeo bonum est
eorum: ut sine illo misera necesse esse sit.
Nec ideo cętera ī hac creaturę uniuersi-
tate meliora sunt: qa misera eē non possūt:
neqꝫ enim membra cętera corporis nostri
ideo dicendum est oculis esse meliora: qa
cęca esse nō possunt. Sicut autem melior
est natura sentiens & cum dolet: q̄ lapis
qui dolere nullo modo potest: ita ratio-
nalis natura pręstantior est etiaꝫ misera:
q̄ illa quę rationis uel sensus est expers:
& ideo in eam non cadit miseria. Quod
cum ita sit: huic naturę quę in tanta ex-
cellentia creata ē ut licet sit ipa mutabilis:
inherendo tamen incōmutabili bono id
est summo deo beatitudinem consequat̄:
nec expleat indigentiam suam nisi utiqꝫ
beata sit: eiqꝫ explendę non sufficiat nisi
deus. profecto non illi adherere uicium
est. omne autem uicium naturę nocet: ac
per hoc cōtra naturam est. Ab illa igitur
quę adheret deo: non natura differt ista
sed uicio: quo tn̄ uicio etiā ualde magna
multūqꝫ laudabilis ostendit̄ ipa natura.
Cuius eniꝫ recte uituperatur uicium: ꝓ-
culdubio natura laudatur. Nam recta
uicii uituperatio est: ꝙ illo dehonestatur
natura laudabilis. Sicut ergo cū uicium
oculorum dicitur cęcitas: id ostenditur

ꝙ ad naturam oculorum pertinet uisus.
& cum uicium aurium dicitur surditas:
ad earum naturam pertinere demõstrat̃
auditus. Ita cum uiciũ creaturę angelicę
dicitur ꝙ nõ adheret deo: hinc aptissime
declaratur eius naturę ut deo adhereat
conuenire. Quam porro magna sit laus
adherere deo: ut ei uiuat: inde sapiat:
illo gaudeat: tãtoq; bono sine morte: sine
errore: sine molestia perfruatur: quis co-
gitar̃ digne possit aut eloqui? Quaprop-
ter etiam uicio malorum anglorum quo
non adherent deo: quoniam omne uiciũ
naturę nocet: satis mãifestatur deum tã
bonam eoꝝ creasse naturam: cui noxiũ
sit non esse cum deo. ¶ Caplm .ii.

Hec dicta sint ne quisq̃ cũ de anglis
apostaticis loqmur: existimet eos
aliã uel ex alio principio habere potuisse
naturam: nec eoꝝ naturę auctorem deũ.
Cuius erroris impietate tanto quisq; ca-
rebit expeditius & facilius: quanto per-
spicatius intelligere potuerit quod per
anglm dixit deus qñ Moysen mictebat
ad filios israel: ego sum qui sum. Cum enĩ
deus summa essentia sit: hoc est summe
sit: et ideo immutablis sit: rebus quas ex
nihilo creauit esse dedit: sed non summe
esse sicut ipe est: et aliis dedit eẽ amplius
aliis minus: atq; ita naturas essentiarum
gradibus ordinauit. Sicut enim ab eo ꝙ
est sapere uocatur sapientia: sic ab eo ꝙ
est eẽ uocatur essentia: nouo quidem no-
mine quo usi ueteres non sunt latini ser-
monis auctores: sed iam nostris tẽpibus
usitato: ne deesset etiam linguę nostrę qđ
greci appellant usyam. Hoc enĩ uerbum
e uerbo expressum est: ut diceret̃ eẽntia.
Ac per hoc ei naturę quę summe est qua
faciente sunt quęcũq; sunt: contraria na-
tura non est nisi quę non est. Ei quippe qđ
est: non eẽ contrarium est. Et ꝓpterea đo
id ẽ sũmę eẽntię & auctori oim q̃liũcunq;
essentiarũ: essentia nulla contraria est.

Dicuntur autem ¶ Caplm. iii.
in scripturis inimici dei: qui non
natura sed uiciis aduersant̃ eius imperio:
nihil ei ualentes nocere sed sibi. Inimici
enim sunt resistendi uolũtate: non ptãte
ledendi. Deus nanq; imutablis est et oĩni
modo incorruptiblis. Idcirco uiciũ quo
resistunt deo qui eius appellant̃ inimici:
non est deo sed ipsis malum. neq; hoc ob
aliud nisi quia corrumpit in eis naturę
bonum. Natura igitur contraria non est
deo: sed uicium. q̃a quod malum est con-
trarium est bono. Quis autem neget deũ
summe bonum? Vicium ergo contrariũ
est deo: tanq̃m malum bono. Porro autẽ
bonum est: et natura quã uiciat: unde &
huic bono utiq; contrarium est. Sed deo
tantummodo taq̃m bono malum: naturę
uero quã uiciat nõ tantũ malum: sed etiã
noxium. Nulla quippe mala deo noxia:
sed mutabilib9 corruptibilib9q; naturis:
bonis tamen ipsorum quoq; testimonio
uiciorum. Si enĩ bone nõ essent: eis uicia
nocere non possent. Nam qđ eis nocendo
faciũt: nisi adimũt integritatem pulcri-
tudinẽ: salutem: uirtutẽ: et quid qđ boni
naturę p uicium detrahi siue minui con-
sueuit? Quod si omnino desit: nihil boni
adimendo nõ nocet: ac per hoc nec uiciũ
est. Nam esse uicium: et non nocere non
potest. unde colligitur quãuis non possit
uicium nocere incommutabili bono: non
tamẽ posse nocere nisi bono: q̃a non inest
nisi ubi nocet. Hoc etiam isto modo dici
potest: uiciũ esse nec in sũmo posse bono:
nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona
alicubi eẽ possunt: sola mala nusquã: qñ
etiam ille quę ex malę uoluntatis uicio
uiciatę sunt: in quãtum uiciatę sunt malę
sunt: in quãtum autem naturę sunt bonę
sunt. Et cum in pęnis est natura uiciosa:
excepto eo ꝙ natura ẽ: etiã hoc ibi bonũ
est ꝙ impunita non est. Hoc enĩ est iustũ.
& omne iustum proculdubio bonũ. Non

enim quisq̄m de uiciis naturalibus: sȝ de
uolūtariis pęnas luit. Nam etiā ꝙ uiciū
consuetudine nimio ue progressu robo-
ratum uelut naturaliter inoleuit: a uolū-
tate sumpsit exordium. De uiciis quippe
nunc loquimur eius naturę cui mens inest
capax itelligibilis lucis: qua discernitur
iustum ab iniusto. Caplm .iiii.

Ceterum uicia pecorum & arborū:
aliarumq; rerum mutabilium atq;
mortaliū: uel intellectu uel sensu uel uita
omnino carentium: quibus eorum disso-
lubilis natura corrumpitur: damnabilia
putare ridiculum est. cum istę creaturę
eum modum nutu creatoris acceperint:
ut cedendo ac succedendo peragant in-
fimam pulcritudinem tempoꝝ in genere
suo: istius mundi partibus congruētem.
Neq; enim cęlestibus fuerant terrena co-
ęquāda. aut ideo uniuersitati deesse ista
debuerūt: quoniā sunt illa meliora. Cum
ergo in his locis ubi eē talia competebat:
aliis alia deficientibus oriūtur: et succū-
bunt minora maioribus: atq; in q̄litates
superantium superata uertūtur: rerum est
ordo transeūtium. Cuius ordinis decus
nos ꝑpterea non delectat: quoniā parti
eius pro conditione nostrę mortalita-
tis intexti: uniuersum cui particulę quę
nos offendunt satis apte decenterq; con-
ueniunt: sentire non possumus. Unde
nobis in quibus eam cōtemplari minus
idonei sumus: rectissime credenda prę-
cipitur prouidentia conditoris: ne tanti
artificis opus i aliquo reprehendere ua-
nitate humanę temeritatis audeamus.
Quanq̄m & uicia rerum terrenarū non
uolūtaria neq; pęnalia: naturas ipsas q̄rū
nulla omnino est cuius non sit auctor &
conditor deus: si prudēter actendamus
eadem ratione cōmendant. quia & in eis
hoc nobis per uiciū tolli displicet: quod
in natura placet. nisi quia hominibꝰ etiaȝ
ipsę naturę plerunq; displicent: cum eis
fiunt noxię: nō eas considerantibus sed
utilitatem suam. sicut illa aīalia quorum
abundantia egiptiorum superbia uapu-
lauit. Sed isto modo possunt ipi et solem
uituperare. quoniam quidam peccantes
uel debita non reddentes: poni a iudici-
bus iubentur ad solem. Non itaq; ex cō-
modo uł incōmodo nostro: sed per seipa
considerata natura: dat artifici suo gl'am.
Sic ē & natura ignis ęterni sine ulla du-
bitatione laudabilis: quamuis damnatis
impiis futura pęnalis. Quid eniȝ est igne
flāmante uigente atq; lucente pulcrius?
Quid calefaciente: curante: coquente uti-
lius: quāuis eo nihil sit urēte molestius?
Idem igit̄ ipse pęnaliter appositus per-
niciosus est: qui conuenienter adhibitus
commodissimus inuenitur. Nam eius in
uniuerso mundo utilitates uerbis expli-
care quis possit? Nec audiendi sunt qui
laudant in igne lucem: ardorem autem
uituperant. uidelicet non ex sui natura: sȝ
ex suo commodo uel incōmodo. Videre
enim uolunt: ardere nolunt. Sed parum
actendunt: eam ipam lucem quę certe &
illis placet: oculis infirmis ꝑ incōuenien-
tiam nocere: et in illo ardore q̄ eis displi-
cet: nonnulla aīmalia per conuenientiam
salubriter uiuere. Capitlm .v.

Naturę igitur omnes quoniā sunt:
et ideo habent modum suū: spēm
suam: et quādam secum pacem suam: ꝑ-
fecto bonę sunt. Et cum ibi sunt ubi esse ꝑ
naturę ordinem debent: quantū acceperīt
suū esse custodiunt: et quę semper esse nō
acceperunt: pro casu motuq; rerum q̄bus
creatoris legi subdunt' in melius deteriꝰ
ue mutātur: in eum diuina prouidentia
tendentes exitum: quē ratio gubernandę
uniuersitatis includit. ita ut hęc tāta cor-
ruptio quāta usq; ad interitum naturas
mutabiles mortalesq; ꝑducit: sic faciat nō
esse quod erat: ut nō inde fiat consequēter
quod eē debebat. Quę cum ita sint: deus

qui summe est: atq; ob hoc ab illo facta
est omnis essentia: que non summe est: qa
neq; illi equalis ee deberet que de nihilo
facta esset: neq; ullo modo ee posset si ab
illo facta nõ esset: nec ullorum uiciorum
offensione uituperandus: sed omniũ na-
turarum consideratione laudandus est.

Proinde causa ¶ Caplm .vi.
beatitudinis anglorum bonorum
ea uerissima reperitur: q̄ ei adherent qui
summe est. Cũ uero causa miserie maloꝝ
angelorum queritur: ea merito occurrit:
q̄ ab illo qui summe est auersi: ad seipsos
cõuersi sunt: qui non summe sunt. et hoc
uicium qd aliud q̃ superbia nũcupatur?
Initium quippe omnis peccati superbia.
Noluerunt ergo ad illum custodire for-
titudinem suam. et qui magis essent si ei q
summe est adhererent: se illi preferendo
id quod minus est pretulerũt. Hic p̃mus
defectus & p̃ma inopia: p̃mumq; uiciũ
eius nature que ita creata ẽ: ut nec sũme
esset: et tamẽ ad beatitudinem habẽdam
eo qui summe ẽ frui posset. a quo auersa:
non quidem nulla sed tamẽ minus esset:
atq; ob hoc misera fieret. Huius porro
male uolũtatis causa efficiens si queratur
nihil inuenitur. Quid est enim quod facit
uolũtatem malam: cum ipsa faciat opus
malum? Ac per hoc mala uoluntas effi-
ciens est operis mali: male autẽ uolũtatis
efficiens nihil est. Quoniam si res aliqua
est: aut habet aut nõ habet aliquam uo-
lũtatem. Si habet: aut bonam profecto
habet aut malam. Si bonam: qs ita desi-
piat ut dicat: q̄ bona uolũtas faciat uo-
luntatem malam? Erit enim si ita ẽ bona
uoluntas causa peccati: quo absurdius
putari nihil potest. Si autem res ista que
putatur facere uoluntatem malam: ipsa
quoq; habet uolũtatem malam: etiã eam
que fecerit res: consequenter interrogo.
Atq; ut sit aliquis inquirendi modus:
causam p̃me uolũtatis male inqro. Non
est enim prima uolũtas mala: quam nulla
facit uoluntas etiam mala: sed illa prima
est quã nulla facit. Nam si precessit a qua
fieret: illa prior est que alteram fecit. Si
respõdeat q̄ eã nulla res fecerit: et ideo
semp fuerit: quero utrũ in aliqua natura
fuerit. Si enim in nulla fuit: oĩno non fuit.
Si aũt in aliqua: uiciabat eã & corrum-
pebat: eratq; illi noxia: ac per hoc bono
priuabat. Et ideo ĩ mala natura uolũtas
mala ee non poterat: s; in bona. mutabili
tamẽ cui uicium hoc posset nocere. Si eni
non nocuit: nõ utiq; uiciũ fuit. ac per hoc
nec uolũtas mala fuisse dicẽda est. Porro
si nocuit: bonũ auferendo uel minuendo:
utiq; nocuit. Non igr̃ esse potuit sempi-
terna uolũtas mala in ea re: in qua bonũ
naturale precesserat: quod mala uolũtas
nocendo posset adimere. Si ergo nõ erat
sempiterna: qs eam fecerit quero. Restat
ut dicat̃: q̄ ea res fecerit malã uolũtatẽ:
in qua nulla uolũtas fuit. Hec utrum su-
perior sit requiro: an inferior: an equal'.
Sed si supior: utiq; melior. Quomõ ergo
nullius: ac non potius bone uoluntatis?
Hoc idem pfecto & equalis si fuerit: dici
potest. Duo qppe q̃mdiu sũt pariter uo-
luntatis bone: non facit alter in altero
uolũtatem malam. Relinqtur ut inferior
res cui nulla uolũtas est: fecerit angelice
nature que p̃ma peccauit uolũtatẽ malã.
Sed etiã res ipsa quecũq; est inferior usq;
ad infimam terram: qm̃ natura & eẽntia
est: proculdubio bona est: habens modũ
& speciem suã in genere atq; ordine suo.
Quomõ ergo res bona efficiens est uolũ-
tatis male? Quomõ inq̃m bonũ est causa
mali? Cum eni se uolũtas relicto supiore
ad iferiora cõuertit: efficitur mala. Non
qa malũ est quo se conuertit: s; qa puersa
est ipsa cõuersio. Idcirco non res inferior
uolũtatem malã fecit: s; qa rem inferiorẽ
praue atq; inordinate ipsa que facta est
appetiuit. Si.n. aliqui duo eq̃liter affecti

in animo & corpe: uideant unius corpis pulcritudinem: qua uisa unus eorum ad illicite fruẽdum moueat̃: alter ĩ uolũtate pudica stabilis pseueret: qd putamus eẽ causę ut ĩ illo fiat: in illo non fiat uolũtas mala: quã illa res fecit in qua facta est? Neq; eni; pulcritudo illa corporis. eã nõ fecit in ambobus. q̃ndo qdem amborum non dispariliter occurrit aspectibus. An caro intuẽtis in cã est? Cur nõ & illius? An uero aĩus? Cur nõ utriusq;? Ambos enim et aĩo & corpore ęq̃liter affectos fuisse prędiximus. An dicẽdum ẽ alterũ eo℞ occulta maligni spiritus suggestione temptatũ: quasi non eidem suggestioni et qualicũq; suasioni propria uoluntate cõsenserit? Hanc igitur cõsensionem: hanc malam quã male suadenti adhibuit uoluntatem: quę in eo res fecerit quęrimus. Nam ut hoc quoq; impedimẽtum ab ista quęstione tollat̃: si eadem tẽptatõe ambo tẽptent̃: et unus ei cedat atq; consentiat: alter uero idem q fuerit perseueret: quid aliud apparet nisi unum uoluisse alteru; noluisse a castitate deficer̃? Vnde nisi ppria uolũtate: ubi eadem fuerat ĩ utroq; corporis & animi affectio? Amborum oculis pariter uisa est eadem pulcritudo: ambob9 pariter institit occulta tẽptatio. Prop̃am igitur in uno eorum uolũtatem malam: quę res fecerit scire uolentibus si bene intueantur: nihil occurrit. Si enim dixerimus q ip̃e eam fecerit: qd erat ip̃e ante uolũtatem malam nisi natura bona: cuius auctor bonus deus q est incõmutabile bonũ? Qui ergo dicit eũ q cõsensit temptanti atq; suadenti: cui nõ consensit alius: ad illicite utẽdum pulcro corpore quod uidendũ ambobus pariter affuit: cum ante illam uisionem ac temptatione; similes ambo animo & corpore fuerint: ip̃m sibi fecisse uolũtatem malam: q utiq; bonus ante uolũtatẽ malã fuerit: quęrat cur eam fecerit: utrũ qa natura est: an qa ex nihilo facta est: et inueniet uolũtatem malam non ex eo esse incipere qa natura est: sed ex eo q de nihilo fc̃ta natura est. Nam si natura causa est uolũtatis malę: qd aliud cogimur dicere: nisi a bono fieri malum: et bonũ esse causam mali: siqdem a natura bona fit uoluntas mala? Quod unde fieri potest: ut natura bona quãuis mutabilis anteq̃ habeat uolũtatem malã faciat aliqd mali: hoc est ip̃am uoluntatẽ malam? ¶ Capitulum .vii.

NEmo igit̃ quęrat efficiẽtem causam malę uolũtatis. Non enĩ est efficiẽs s; deficiens: qa nec illa effectio s; defectio. Deficere nanq; ab eo quod summe est: ad id quod minus ẽ: hoc est incipere habere uoluntatẽ malam. Causas porro defectionum istarum cum efficientes non sint ut dixi sed deficientes: uelle inuenire: tale ẽ ac si qs̃q̃ uellet uidere tenebras uel audire silentium. Quod tamẽ utrũq; nobis notũ est. neq; illud nisi per oculos: neq; hoc nisi per aures: nõ sane in specie: sed in speciei priuatõe. Nemo ergo ex me scire quęrat: quod me nescire scio: nisi forte ut nescire discat: quod sciri non posse sciendum est. Ea quippe quę non in specie sed in eius priuatiõe sciũtur: si dici aut intelligi põt: quodãmõ nesciendo sciuntur: ut sciendo nesciant̃. Cum eni; acies etiã oculi corpal' currit p spẽs corporales: nusq̃m tenebras uidet: nisi ubi cęperit non uidere. Ita etiã non ad aliũ aliquem sensum: sed ad solas aures ptinet sentire silentium: qd tñ nullo modo nisi nõ audiendo sentit̃. Sic species intelligibiles mens qdem nr̃a intelligẽdo conspicit: s; ubi deficiũt nesciẽdo cõdiscit. Delicta enĩ qs itelligit? Hoc scio: naturã dei nunquã nusquã nulla ex parte posse deficere: et ea posse deficere quę ex nihilo facta sunt. Quę tamẽ quãto magis sunt: et bona faciunt. tunc enĩ aliqd faciũt: cũ causas habent efficientes. in quãtum aũt deficiunt: et ex hoc mala faciunt: qd eni;

tunc fatiunt nisi uana? Causas habent desitientes. ¶ Capitulum .viii.

credant̄: uł his que meliora credunt̄ amplius diligant̄: necesse ē miseria conseq̄t̄:
et que inerat augeat̄. ¶ Capl̄m .v.

Primus itaq; fuit terrene ciuitatis cōditor fratricida. nam suū fratrē
ciuem ciuitatis eterne in hac terra pegrinantem: inuidentia uictus occidit. Vnde
mirandū non est: ꝙ tanto p9 in ea ciuitate
cōdenda que fuerat hui9 terrene ciuitatis
de qua loqmur caput futura: et tā multis
gētibus regnatura: huic ꝑmo exemplo et
ut greci appellant archiotypo: quedam
sui generis imago respondit. Nam et illic
sicut ipm facinus qdaȝ poeta cōmēorauit
illoꝝ. Fraterno primi maduere sanguine
muri. Sic eniȝ condita est roma: quando

occisu; Remū a frē Romlō romana testat̄ historia. n̄ ꝙ isti terrenę ciuitatis ambo ciues erāt: et ambo gl'iam de romānę reipublicę institutōe quęrebant: sꝫ ambo eā tantā q̄tam si unus eēt hēre nō poterant. Qui enī uolebat dn̄ando gloriari: minus utiqꝫ dn̄aret̄: si ei9 potestas uiuo consorte minueretur. Vt g̊ totā dn̄ationem hēret unus: ablat9 est sotius. et scelere creuit in peius: qđ innocentia minus eēt in meli9. Hi aūt frēs Cayn et Abel: nō hēbant ābo inter se similē rerū terrenarū cupiditatē. nec ī hoc alter alteri inuidit: ꝙ ei9 dn̄atus fieret angustior q alterū occidit: si ambo dn̄arent̄. Abel qppe nō quęrebat dn̄ationem in ea ciuitate quę condebat̄ a fratre: sed inuidēcia illa diabolica qua inuident bonis mali: nulla alia causa est nisi qa illi boni sunt: illi mali. Nullo enī mō fit minor accedente seu ꝑmanēte consorte possessio bonitatis. imo possessio bonitatis tāto fit latior: quanto concordior eaꝫ indiuidua sotioꝝ possidet caritas. Non hēbit deniqꝫ istā possessionem: q eam noluerit habere coēm. Et tanto eā reperiet ampliorē: q̄to amplius ibi potuerit amare consortem. Illud igitur quod inter Remum & Romulum exortum ē: quemadmodum aduersus seipam terrena ciuitas diuidatur ostendit. quod aūt inter Cayn & Abel: inter duas ipas ciuitates dei & hominuꝫ inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali et mali. item pugnant inter se boni & mali. boni uero et boni: si perfecti sunt inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondum perfecti: ita possūt: ut bonus quisqꝫ ex ea pte pugnet contra alterum: qua etiam contra semetipsum. Et in uno quippe homine caro cōcupiscit aduersus spiritum: et spirit9 aduersus carnem. Concupiscentia g̊ sp̄ualis cōtra alterius potest pugnare carnalem: uel concupiscentia carnalis contra alteri9 spiritualē: sicut inter se pugnant boni & mali. uel certe ipę cōcupiscentię carnales inter se duoꝝ bonoꝝ nondū utiqꝫ pfcōrum: sicut inter se pugnant mali & mali: donec eoꝝ q curant̄ ad ultimā uictoriaꝫ sanitas perducat̄.

Capitlm .VI.

Languor est quippe iste: id est illa inobedientia de qua in libro decimoquarto disseruimus: ꝑmę inobediētię supplitium. et ideo non natura sed uiciū. Propter quod dicit̄ proficiētibus bonis: et ex fide in hac peregrinatōe uiuentib9: inuicem onera uestra portate: et sic adimplebitis legem christi. Item alibi dicitur. Corripite inquietos: cōsolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad omnes: uidete ne quis malum ꝓ malo alicui reddat. Item alio loco. Si pręoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: uos qui spirituales estis instruite huiusmodi in sp̄ū mansuetudinis: intēdens teipsum ne & tu tempteris. Et alibi. Sol non occidat sup iracūdiam uestrā. Et in ęuāgelio. Si peccauerit ī te frater tuus: corripe eū inter te & ipm. Item de peccatis in qbus multorum cauetur offensio sic apostolus dicit. Peccantes coram om̄ibus argue: ut & cęteri timorem habeant. Propter hoc et de uenia inuicem danda multa pręcipiuntur. et magna cura ꝓpter tenendam pacem sine qua nemo poterit uidere deū. ubi ille terror quādo iubetur seruus .x. milium talentorū reddere debita quę illi fuerant relaxata: qm̄ debitum denarioꝝ centum conseruo suo non relaxauit. Quasilitudine proposita: dn̄s adiecit atqꝫ ait. Sic & uobis faciet pater uester celestis: si non dimiseritis unusquisqꝫ fratri suo de cordib9 uestris. Hoc modo curant̄ ciues ciuitatis dei in hac terra pegrinantes: et paci supnę p̄rię suspirātes. Sp̄ūs aūt scūs opat̄ intrinsec9: ut ualeat aliq̄d medicina quę adhibet̄ extrinsec9. Alioqn etiā si d̄s ipse utens creatura sibi subdita: in aliqua spetie hūana sensus alloquat̄ humanos:

siue istos corporis: siue illos quos istis si-
millimos hēmus in somnis: nec interiore
grā mentem regat atq; agat: nihil ꝓdest
homini omnis predicatio ueritatis. Facit
aūt hoc dᷓs: a uasis misericordię irę uasa
discernens: dispensatione qua ipse nouit
multū occulta: sed tamen iusta. Ipo qppe
adiuuante mirabilib⁹ & latent. b⁹ modis:
cū peccatū qđ habitat in mēbris nostris:
quod sic peccatū est ut sit etiā pena pctī:
sicut apostolus precipit nō regnat in nr̄o
mortali corpore ad obediendū desideriis
eius: nec ei membra nostra uelut iniqtatis
arma exhibemus: conuertit̄ ad mentem
nō sibi ad mala deo regente consentientē:
et eam regēs tranqllius nūc: hēbit postea
sanitatem perfectam: atq; immortalitate
percepta homo sine ullo peccato i eterna
pace regnabit. ¶ Caplm .vii.

SEd hoc ipsum quod sicut potuim⁹
exposuimus: cū deus locutus esset
ad Cayn: eo modo quo p̄mis hoībus per
creaturam subiectam uelut eorum socius
forma cōgrua loquebat̄: quid ei ꝓfuit?
Nonne conceptū scelus in necādo fratre:
etiam post uerbum diuinę admonitionis
impleuit? Nam cū sacrifitia discreuisset
amboꝝ: in illius respitiēs. hui⁹ despitiēs:
quod nō dubitandū est potuisse cognosci
signo aliquo actestāte uisibili: et hoc ideo
fecisset deus qa mala erant opa eius: frīs
uero ei⁹ bona: contristat⁹ est Cayn ual de:
et concidit faties eius. Sic enī scptum est.
Et dixit dominꝰ ad Cayn. Quare tristis
factus es: et q̄re cōcidit faties tua? Nōne
si recte offeras recte autem non diuidas:
statim in forib⁹ peccatū aderit? Peccasti.
quiesce. ad te enī conuersio eius: et tu do-
minaberis illius. In hac admonitiōe quā
deus ꝓtulit ad Cayn: illud quod dictum
est nōne si recte offeras recte autem non
diuidas peccasti: quia non elucet cur uel
unde sit dictū: multos sensus pepit eius
obscuritas: cum diuinaꝝ scpturaꝝ quisq;
tractator scđm fidei regulam id conatur
exponere. Recte qppe offert̄ sacrifitium:
cū offertur deo uero: cui uni tantūmodo
sacrificandū est. Non aūt recte diuidit̄:
dum nō discernunt̄ recte uel loca ul' tpa:
uel res ipę quę offerunt̄: ul' qui offert uel
cui offert̄: ul' hi qbus ad uescendū distri-
buitur quod oblatum est: ut diuisionem
intelligamus hic discretionem: siue cum
offertur ubi non oportet: aut qđ non ibi
sed alibi oportet: siue cū offert̄ quādo nō
oportet: aut qđ non tūc ſʒ alias oportet.
Siue cū id offert̄ qđ nusq̄ et nunq̄ penit⁹
debuit: siue cū electōra sibi eiusdē generis
rerū tenet hō: q̄ sūt ea quę offert dᷓo: siue
cū eius rei quę oblata est fit particeps ꝓ-
phanus: aut qlibet quē fas nō est fieri. In
q̄rū aūt hoꝝ dᷓo displicuerit Cayn: facile
non potest inueniri. Sed qm̄ Iohēs apls̄
cū de his frībus loqueret̄: nō sicut Cayn
inqt: q ex maligno erat & occidit fratreꝫ
suū. et cuius rei gratia occidit eū: qa opa
illius maligna fuerūt: fratris autē illius
iusta. dat̄ intelligi ꝓpterea nō respexisse
deum in munera eius: quia hoc ipo male
diuidebat: dans deo aliqd suum: sibi aūt
seipm. Quod omēs fatiūt qui non dei sed
suam sectantes uolūtatem: id ē non recto
sed peruerso corde uiuētes: offerūt deo
tantū munus quo putant eum redimi: ut
eoꝝ non opituleẗ sanandis prauis cupi-
ditatibus ſʒ explēdis. Et hoc est ꝓprium
terrenę ciuitatis: deū uel deos colere: qb⁹
adiuuātibus regnet in uictoriis & pace
terrena: nō caritate consulendi ſʒ dn̄andi
cupiditate. Boni qppe ad hoc utunt̄ mū-
do: ut fruant̄ deo. mali autem contra ut
fruant̄ mūdo: uti uolūt deo. qui tamē eū
uel esse uel res hūanas curare iā credūt.
sunt enī multo deteriores q nec hoc qdeꝫ
credūt. Cognito itaq; Cayn: qp super eius
germani sacrifitiū nec sup suū respexerat
deus: utiq; frēm bonū mutat⁹ imitari: nō
elatus debuit emulari. Sed qa cōtristat⁹

est & concidit uultus eius: hoc peccatum
maxie arguit deus. tristitiam de alterius
bonitate: et hoc fris. Hoc qppe arguẽdo
interrogauit dicẽs. Quare cõtristat⁹ es:
& quare concidit facies tua? Quia enim
fratri inuidebat: deus uidebat: et hoc ar-
guebat. Nam hoibus qbus absconditum
est cor alterius: esse posset ambiguum &
prorsus incertum: utrũ illa tristitia ma-
lignitatem suam in qua se d̃o displicuisse
didicerat: an fratris doluerit bonitatem
quę deo placuit: cum in sacrifitium eius
aspexit. Sed rõnem reddens deus cur ei⁹
oblationem accipere noluerit: ut sibi ipse
potius merito q̃ ei imerito frater displi-
ceret: cũ esset iniustus nõ recte diuidẽdo:
hoc est nõ recte uiuendo: et indign⁹ cui⁹
approbaretur oblatio: q̃ eẽt iniustior ꝙ
frẽm iustum gratis odisset ostendit. Non
tamen eũ dimictens sine mandato sancto
iusto & bono. Quiesce inquit. ad te enim
conuersio ei⁹: et tu dñaberis illius. Nũqd
fratris? Absit. Cuius igitur nisi peccati?
Dixit enĩ peccasti. tamẽ deinde addidit:
quiesce. ad te enĩ conuersio eius: et tu do-
minaberis illius. Potest qdem ita ĩtelligi:
ad ipsum hoiem cõuersionem esse debere
peccati: ut nulli alii q̃ sibi sciat tribuere
deber̃ ꝙ pc̃tat. Hęc ẽ.n. salubris pęnitẽtię
medicina: et uenię petitio non incõgrua.
ut ubi ait ad te enim conuersio eius: non
subaudiat̃ erit: sed sit pręcipientis uidel;
non prędicentis modo. Tunc enĩ dñabit̃
quisq; peccato: si id sibi non defendendo
proposuerit: s; pęnitẽdo subiecerit. Alio-
quin & illi seruiet dñanti: si patrociniu;
adhibuerit accidẽti. Sed ut pc̃tm intelli-
gatur cõcupiscentia ipsa carnalis de qua
dicit apostolus: caro cõcupiscit aduersus
spm̃: in cuius carnis fructib⁹ et inuidiam
commemorat: qua utiq; Cayn stimulabat̃
& accendebatur in fratris exitium: bene
subaudit̃ erit. id est ad te eni; cõuersio ei⁹
erit: et tu dominaberis illius. Cum enim

commota fuerit pars ipsa carnalis: qua;
peccatũ appellat apl̄s ubi dicit: non ego
operor illud s; quod habitat in me pc̃tm:
quã ꝑtem aĩmi etiã ph̄i dicũt eẽ uiciosa;:
nõ quę mẽtem debeat trahere: s; cui mens
debeat impare: eamq; ab illicitis opibus
rõne cohibere: cũ ergo cõmota fuerit ad
aliqd ꝑperam commictẽdum: si acqescat̃
& obtempet̃ dicẽti aplõ: ne exhibueritis
membra uestra arma ĩiquitatis pc̃to: ad
mẽtem domita & uicta conuertit̃: ut sub-
ditę ratio dñetur. hoc pręcepit deus huic
qui facibus inuidię inflãmabat̃ in frẽm.
et quẽ debuerat imitari cupiebat auferr̃.
Quiesce inquit: manus ab scelere cõtine.
Non regnet pc̃tm in tuo corpore mortali
ad obediẽdũ desideriis ei⁹. nec exhibeas
membra tua iniqtatis arma peccato. Ad
te enĩ cõuersio eius: dum non adiuuatur
relaxando sed quiescendo frenat̃. Et tu
dominaberis illius. ut cũ forinsecus non
permictitur operari: sub potestate mẽtis
regentis & bene uolentis assuescat etiam
intrinsecus non moueri. Dictum est tale
aliqd in eodẽ diuino libro et de muliere.
quãdo post pc̃tm deo interrogante atq;
iudicãte: damnatoĩs sententias accepũt.
in serpente diabolus: et in seipsis illa &
maritus. Cum enĩ dixisset ei: multiplicãs
multiplicabo tristitias tuas & gemitum
tuum: et in tristitiis paries filios: deinde
addidit: et ad uirũ tuũ conuersio tua: et
ipse dñabit̃ tui. Quod dictũ est ad Cayn
de pc̃to uł de uiciosa carnis cõcupiscẽtia:
hoc isto in loco de peccatrice fęmina. ubi
intelligẽdũ est uirũ ad regenda; uxorẽ:
aĩo carnem regenti similem eẽ oportere.
Propter qđ dicit apl̄s. Qui diligit uxorẽ
suam: seipm̃ diligit. Nemo enĩ unq̃ carnẽ
suam odio habuit. Sananda sunt enĩ hęc
sicut nostra: non sicut aliena damnanda.
Sed illud dei pręceptum Cayn sicut prę-
uaricator accepit. Inualescẽte quippe in-
uidentię uicio: fratrem insidiatus occidit.

Talis erat terrenę cōditor ciuitatis. Quod
aūt significauerit etiā Cayn iudeos a quib9
christus occisus est: xp̄m uero magnum
pastorem ouiū: pecoꝝ custos p̄figurabat
Abel: quia in allegoria ꝓphetica res est:
parco nūc dicere. Et quedā hīc aduersus
Faustum manicheum dixisse me recolo.

H Vnc aūt defendenda ¶ Cap. viii.
uidet̄ mihi historia. ne sit scriptura
incredibilis que dicit edificatam ab uno
hoīe ciuitatem: eo tempe quo non plus q̄
uiri q̄tuor uł potius tres postea q̄ frater
fratrem occidit fuisse uident̄ in terra: id ē
p̄mus homo pater oīum: et ip̄e Cayn &
eius filius Enoch: ex cui9 noīe ip̄a ciuitas
nūcupata est. Sed hoc quos mouet: parū
considerant non omēs hoīes qui tunc esse
potuerunt: scriptorem sacrę huius historię
necesse habuisse noīare: ſʒ eos solos quos
op̄is suscepti ratio postulabat. Propositū
q̄ppe scriptoris illius fuit p quē sp̄us sanct9
id agebat: per successioēs certaꝝ genera-
tionum ex uno hoīe ꝓpagataꝝ peruēire
ad Abraam: ac deinde ex eius semīe ad
populum dei: in quo distincto a cęteris
gentibus prefigurarent̄ & prenūtiarent̄
oīa que de ciuitate cuius ęternum erit
regnū: et de rege eius eodemq; cōditore
christo in sp̄ū preuidebantur esse futura.
ita ut nec de altera societate hoīm taceret̄
q̄ terrenam dicimus ciuitatem: q̄ntum ei
cōmemorandę satis eēt: ut ciuitas dei etiā
suę aduersarię compatiōe clarescat. Cum
igit̄ scriptura diuina ubi & numerū annorū
quos illi hoīes uixerunt commemorat ita
includat: ut dicat de illo de q̄ loquebatur
et genuit filios & filias: et fuerunt omēs
dies illius uel illi9 quos uixit anni tot &
mortuus est: nunq̄d quia eosdem filios et
filias non noīat: iō intelligere nō debem9
per tā multos annos q̄bus tunc in seculi
huius p̄ma ętate uiuebant: nasci potuisse
plurimos homines: quoꝝ cetibus condi
possent etiā pluriē ciuitates? Sed ptinuit
ad deū quo ista inspirante cōscripta sunt:
has duas societates suis diuersis genera-
tiōibus p̄mit9 digerere atq; distinguere:
ut seorsum hoīum hoc est scd̄m hominem
uiuētium: seorsum autem filioꝝ dei id est
hoīm scd̄m deum uiuētium generationes
contexerent̄ usq; ad diluuiū: ubi ambaꝝ
societatum discretio concretioq; narrant̄:
discretio q̄dem q̄ ambarū sepatim gene-
ratoēs cōmemorant̄: unius fr̄icide Cayn:
alterius autē qui uocabat̄ Seth. Natus
q̄ppe fuerat et ip̄e de Adam: pro illo quē
frater occidit. Cōcretio aūt: q̄a boīs i de-
teri9 declinātib9 tales uniuersi f̄cti fuerāt
ut diluuio delerent̄: excepto uno iusto
cui nomē erat Noe: et eius cōiuge et trib9
filiis: totidemq; nuribus. Qui hoīes octo
ex illa oīm uastatoē mortaliū per arcam
euadere meruerūt. Quod igit̄ scriptum est
et cognouit Cayn uxorē suā & cōcipiēs
peperit Enoch: et erat ędificās ciuitatem
in noīe filii sui Enoch: non ē q̄dem cōseq̄ns
ut istū p̄mū filiū genuisse credat̄. Neq; .n.
hoc ex eo putandū ē: q̄a dict9 est cog̊uisse
uxorem suā: quasi tūc se illi p̄mitus con-
cumbendo miscuisset. Nam & de ip̄o p̄re
oīm Adam: non tūc solū hoc dictū est q̄n
conceptus est cayn: quem primogenitum
uidet̄ habuisse: uerū etiā posterius eadeʒ
scriptura cognouit inq̄t Adam uxorē suā:
et concepit & peperit filiū: et nominauit
nomē illi9 Seth. Vnde intelligit̄ ita solere
illam scripturam loqui: quāuis nō semper:
cū in ea legit̄ factos hoīm fuisse cōcept9:
non tamē solū cū p̄mum sibi sexus uterq;
misceret̄. Nec illud necessario ē argumēto:
ut p̄mogenitū patri existimemus Enoch:
q̄ eius noīe illa ciuitas nūcupata est. Nō
enī ab re est: ut ꝓpter aliquā causam cum
et alios hēret: diligeret eum pater cęteris
amplius. Neq; enī & Iudas p̄mogenitus
fuit: a quo & iudea cognoīata ē et iudei.
Sed etiam si conditori ciuitatis illius iste
filius p̄mus est natus: non ideo putandū

est tunc a patre conditę ciuitati nomē ei9
impositũ qñ natus est: qa nec cõstitui tũc
ab uno poterat ciuitas: quę nihil ē aliud
q̃ hoĩum multitudo aliq̃ societatis uinclo
colligata: sed cũ illius hoĩs familia tanta
numerositate cresceret: ut hrẽt iã populi
quantitatem: tunc potuit utiq; fieri ut &
constitueret: et nomē p̃mogēiti sui cõsti-
tutę imponeret ciuitati. Tam lõga qppe
uita illoꝝ hoĩm fuit: ut illic memoratorũ
quoꝝ & anni taciti non sunt: q minimuꝫ
uixit añ diluuiũ: ad septingētos qnq̃gita
perueniret. Nam plures nongētos ãnos
etiã transierunt: quis nemo ad mille pue-
nerit. Quis itaq; dubitauerit p uni9 hoĩs
ętatē tantũ multiplicari potuisse genus
hũanũ: ut esset unde cõstitueret̃ nõ una ꝫ
plurimę ciuitates? Quod ex hoc conici
facillime põt: qa ex uno Abraã nõ multo
amplius q̃drīgentis annis numerositas
hebraicę gētis tãta, pcreata ē: ut in exitu
eiusdē ppli ex egipto: sexcēta milia hoĩm
fuisse referant̃ bellicę iuuētutis: ut omit-
tim9 gentē ydumeoꝝ nõ ptinentē ad pplm
israel: quē genuit frater eius Esau nepos
Abraę: et alias gētes natas ex semĩe ipi9
Abraę: non p Saram cõiugem, pcreatas.

Quamobrem nullus ¶ Cap. ix.

prudēs rerũ existimator dubita-
uerit: Cayn nõ solũ aliquam uerũ etiam
magnã potuisse condere ciuitatem: q̃ndo
in tam longũ tempus protendebat̃ uita
mortaliũ. nisi forte infidelium qspiam ex
ipsa numerositate annorũ nobis ingerat
quęstionem: qua uixisse tũc hoĩes scptum
est ĩ auctoritatibus nostris: et hoc neget
esse credēdum. Ita qppe non credũt: etiã
magnitudines corpoꝝ longe ampliores
tũc fuisse q̃ nũc sunt. Vnde et nobilissim9
eorum poeta Virgilius: de ĩgenti lapide
quē in agrorum limite infixũ uir fortis
illoꝝ tēpoꝝ pugnãs & rapuit: et cucur-
rit & intorsit et immisit. Vix illum ĩquit
lecti bis sex ceruice subirent. Qualia nũc
hoĩm producit corpa tellus. Significans
maiora tũc corpa, pducere solere tellurē.
Quãto magis igit̃ tēporibus recētiorib9
mundi: ante illud nobile diffamatumq;
diluuium? Sed de corpoꝝ magnitudie:
plęrũq; ĩcredulos nudata p uetustatē siue
per uim fluminũ uariosq; casus sepulcra
cõuincũt: ubi apparuerũt uel unde ceci-
derunt: incredibilis magnitudinis ossa
mortuoꝝ. Vidi ipe nõ solus ꝫ aliq mecũ
in uticensi litore: molarem hoĩs dentem
tã ingentē: ut si in nr̃oꝝ dentiũ modulos
minutatim cõcideret̃: centũ nob uideret̃
facere potuisse. Sed illũ gigantis alicui9
fuisse crediderimus. Nã pręter qđ erant
oĩm multo maiora q̃ nostra tũc corpa: gi-
gãtes longe cęteris anteibãt. Sicut aliis
deinde nostrisq; tempibus rari qdem: sed
nunq̃ ferme defuerũt q modũ alioꝝ plu-
rimũ excederēt. Plinius scđus doctissim9
homo: q̃to magis magisq; pręterit sęculi
excursus: minora corpora naturam ferre
testat̃. Quod etiã Homerũ commemorat
sępe carmĩe fuisse conquęstũ. nõ hęc uelut
poetica figmenta deridens: ꝫ ita historicã
fidem tanq̃ miraculoꝝ naturalium scptor
assumens. Verũ ut dixi antiquoꝝ mag̃-
tudines corpoꝝ: inuenta plęrũq; ossa q̃m
diuturna sunt etiã multo posterioribus
sęculis prodũt: annoꝝ aũt numerositas
cuiusq; hoĩs q tempibus illis fuit: nullis
nũc talib9 documētis uenire in expimētũ
potest. Nec tñ ideo fides sacrę huic histo-
rię deroganda est. cuius tanto ĩpudētius
narrata nõ credimus: q̃nto ĩpleri certius
pręnũtiata conspicimus. Dicit tamen etiã
idem Plinius: esse adhuc gentem ubi du-
centos ãnos uiuitur. Si ergo hũanarum
uitarum diuturnitates quas experti non
sumus: hodie habere credunt̃ incognita
nobis loca: cur non habuisse credant̃ &
tempa? An uero est credibile alicubi esse
qđ hic nõ est: et incredibile aliq̃do fuisse
quod nunc non est? ¶ Caplm .x.

QVocirca et si īter hebreos & nr̄os
codices de ipso numero annorum
nōnulla uideť esse distātia: quod ignoro
qua rōne sit factū: nō tn̄ tanta est: ut illos
hoīes tam lōgeuos fuisse dissentiāt. Nam
ipse homo p̄mus Adam: anteq̄ gigneret
filium qui est appellatus Seth: ducentos
triginta uixisse annos repiť in codicibus
nostris: in hebreis aūt centū triginta p̄hi-
beť. Sed posteaq̄ eū genuit septingentos
uixisse legiť in nr̄is: octingētos ū in illis.
Atq; ita ī utrisq; uniuersitatis summa cō-
cordat: ac deinde p̄ cōseq̄ntes generatōes
anteq̄ gignať q gigni cōmemorať: minus
uixisse apud hebreos pater eius inueniť
centū annos. sed posteaq̄ est genitus: ide;
ipse centū minus q̄ in hebreis inueniunť
in nostris. Atq; ita hinc & inde utriusq;
uniuersitas consonat. In sexta autē gene-
ratōne nusq̄ utriq; codices discrepant. In
septima uero ubi ille q natus ē Enoch: nō
mortuus s; q2 deo placuerit translatus eē
narrať: eadem dissonātia est que in sup̄i-
orib9 qnq; de centū annis anteq̄ gigneret
eū qui ibi cōmēoratus est filiū. atq; ita in
summa simil' consonantia. Vixit. n. annos
anteq̄ transferretur scd̄m utrosq; codices
trecētos sexagintaqnq;. Octaua genera-
tio habet qdem nōnullam diuersitatem: s;
minorē ac dissimilem ceteris. Matusale;
qppe quē genuit Enoch: anteq̄ gigneret
eū q in ipso ordine sequiť: scd̄m hebreos
nō centū minus sed uiginti ampli9 uixit
annos. qui rursus in nostris posteaq̄ eum
genuit reperiunť additi: et in utrisq; sibi
summa uniuersi numeri occurrit. In sola
nona generatōne id est in annis Lamech
filii Matusalē patris autem Noe: summa
uniuersitatis discrepat: sed non plurimū.
Viginti eni; & q̄tuor annos plus uixisse
in hebreis q̄ in nostris codicib9 inuēitur.
Nā anteq̄ gigneret filiū q uocat9 est Noe:
sex minus habet in hebreis q̄ in nostris:
postea ū q̄ eū genuerit: triginta amplius
in eisdem q̄ in nostris. Vnde sex illis de-
tractis: restant uigintiq̄tuor ut dictū est.

PEr hanc autem ¶ Caplm̄. xi.
discrepantiam hebreorū codicum
atq; nr̄oꝝ exoriť illa famosissia questio:
ubi Matusalē quatuordecim ānos uixisse
post diluuiū cōputať: cū sc̄ptura ex oib9
q in terra tūc fuerant solos octo hoīes in
arca exitiu; cōmēoret euasisse diluuii: in
qbus Matusalem nō fuit. Scd̄m codices
eni nostros Matusalem priusq̄ gigneret
illum quē uocauit Lamech: uixit annos
centū sexagintaseptē: deinde ip̄e Lamech
anteq̄ ex illo natus eēt Noe uixit annos
centū octogintaocto: q simul fiūt trecenti
qnquagintaqnq;. His addūtur sexcenti
Noe quoto eius anno diluuiū factū est:
q fiūt nongenti qnquagintaqnq;: ex quo
Matusalē natus est usq; ad annū diluuii.
Omēs aūt anni uite Matusalē nongenti
sexagintanouem computanť. Quia cum
uixisset annos centū sexagintaseptem: et
genuisset filiū q est appellatus Lamech:
p9 eū genitū uixit ānos octingētosduos.
Qui omēs ut diximus nōgenti sexagin-
tanouem fiūt. Vnde detractis nongentis
qnquagintaqnq; ab ortu Matusale; usq;
ad diluuiū: remanent q̄tuordecim qbus
uixisse crediť post diluuiū. Propter qd̄
nōnulli eum & si non in terra ubi omnem
carnē quā uiuere in aquis natura nō sinit
constat fuisse deletam: cum patre suo qui
translat9 fuerat aliquātum fuisse: atq; ibi
donec diluuium preteriret uixisse arbi-
tranť: uolentes derogare fidem codicib9
quos in auctoritatem celebriorē suscepit
ecclesia: et credentes iudeoꝝ poti9 q̄ istos
non habere quod uerum est. Non eni ad-
mictunt q2 magis hic esse potuerit error
interpretū: q̄ in ea lingua eē falsum unde
in nostram p̄ grecam sc̄ptura ip̄a trāslata
est. Sed inquint non eē credibile: septua-
ginta interpretes q uno simul tēpe unoq;
sensu īterpretati sunt errare potuisse: aut

ubi nihil eoꝝ intererat uoluisse mentiri:
iudeos uero dum nobis inuidēt ꝙ lex &
prophe̕ ad nos interpretā do transierūt:
mutasse quedā in codicibꝰ suis ut in nr̄is
minueret̄ auctoritas. Hanc opinionē uel
suspitionem accipiat quisq͛ ut putauerit.
certū est tamē non uixisse Matusalē post
diluuiū: ſ3 eodem anno fuisse defūctum:
si uerū est q̄d de numero ānoꝝ i hebreis
codicibꝰ inuenit̄. De illis autē. lxx. inter-
pretibus q̄d m̄ uideat̄ suo loco diligentiꝰ
inserēdū est: cū ad ip̄a tp̄a q̄tū necessitas
huiꝰ op̄is postulat cōmeōranda adiuuāte
dn̄o uenerimus. Presenti. n. sufficit q̄oni:
s̄m utrosq͛ codices tam longas habuisse
uitas illius eui hoīes: ut posset etate uniꝰ
ꝗ de duobꝰ q̄s solos terra tūc hūit pentibꝰ
p̄mus ē natus: ad cōstituēdā etiā ciuitatē
multiplicari genꝰ hūanum. ¶ Cap. xii.

Neq͛ enī ullo modo sunt audiendi:
ꝗ putant aliter annos illis tp̄ibus
computatos: id est tāte breuitatis ut uniꝰ
annus noster decem illos hūisse credat̄.
Quapropter inquiunt cum audierit quisq͛
uel legerit nōgentos annos quemq͛ uixisse:
debet intelligere nonaginta. Decem quippe
illi anni unus annus est noster: et decem
nr̄i: centū illi fuerūt. Ac ꝑ hoc ut putant:
uigintitriū annoꝝ fuit Adam q̄n genuit
Seth. Et ip̄e Seth uiginti habebat & sex
menses q̄ndo ex illo natus est Enos: quos
appellat sc̄ptura ducētos & q̄nq͛ annos.
Quoniā sicut isti suspicant̄ quorū expo-
nimus opīonem: unū annū qualem nunc
habemus in decem p̄tes illi diuidebant:
& easdem p̄tes annos uocabāt. Quarum
partiū habet una quadratū senariū: eo ꝙ
deus sex diebus ꝑfecerit opera sua ut in
septimo requiesceret. De qua re i libro un-
decio sicut potui disputaui. Sexies autē
seni q̄ numerus quadratū senariū3 facit:
trigintasex dies fiūt. q̄ multiplicati de-
cies: ad trecentos sexaginta p̄ueniūt: id
ē duodecim mēses lunares. Propter q̄nq͛
dies enim reliquos quibus solaris annus
implet̄: et diei q̄drantē ꝓpter quē quater
ductū eo anno quo bisextū uocant unus
dies adicit̄: addebant̄ a ueteribꝰ postea
dies ut occurreret numerus ānoꝝ. quos
dies romāi interscalares uocabāt. Pro-
inde etiā Enos quē genuit Seth: decem et
nouem agebat annos q̄ndo ex illo natus
est filius eiꝰ Caynan. quos ānos dicit sc̄p-
tura centū nonaginta. Et deinceps ꝑ oēs
generatiōnes in q̄bꝰ hoīm anni cōmeōrant̄
ante diluuiū: nullus fere in nr̄is codicibꝰ
inuenit̄: q̄ cū esset centū annorū uel infra:
uel etiā centū uiginti aut nō multo ampliꝰ
genuerit filiū. ſ3 q̄ minima etate genuerit:
annoꝝ centum sexaginta & q̄d excurrit
fuisse referunt̄. quia nemo inquiunt decem
annoꝝ homo pōt gignere filios. q̄ numerꝰ
centū appellabant̄ anni ab illis hoībus. ſ3
in annis sedecim est matura pubertas &
proli iam idonea ꝓcreāde. quos centum
et sexaginta ānos illa tempa nūcupabāt.
Ut aūt aliter annū tūc fuisse computatū
nō sit incredibile: adiiciūt ꝙ apud plerosq͛
sc̄ptores historie repit̄: egiptios habuisse
annum quatuor mēsium: acarnanas sex
mensiū: lauinios tredecim mensiū. Pliniꝰ
secūdus cū cōmemorasset relatū fuisse i lr̄is
quēdam uixisse centum quinq̄ginta duos
annos: aliū decē amplius: alios ducētoꝝ
annoꝝ hūisse uitā: alios trecentoꝝ: q̄sdā
ad q̄ngentos: alios ad sexcētos: nōnullos
ad octingētos etiā p̄uenisse: hec oīa ꝓpter
inscitia tēpoꝝ accidisse arbitratus est. Alii
quippe inquit estate determinabant annū: et
alteri hieme: alii q̄driptitis tēpibus sicut
Archades inquit: quoꝝ anni trimenses
fuerūt. Adiecit etiā aliq̄n egiptios quoꝝ
p̄uos annos q̄ternoꝝ mensiū fuisse supra-
diximus: lune q͛ fine eoꝝ limitasse annū.
Itaq͛ apud eos inquit & singula milia ānoꝝ
uixisse ꝓdunt̄. His uelut ꝓbabilibꝰ argu-
mentis q̄dam non destruētes fidem sacre
huius historie: sed astruere nitētes ne sit

incredibile q̄ tam multos annos uixisse referunt̄ antiqui: persuaserunt sibi nec se suadere ĩprudẽter existimant: tã exiguũ spatium tempis tunc annũ uocatũ: ut illi decẽ sint unus noster: et decem nr̄i centuȝ illoꝝ. Hoc aũt falsissimũ esse documento euidẽtissio ostendit̄. Quod anteq̄ faciam non mihi tacendũ uidet̄: que credibilior possit esse suspitio. Poteramus certe hanc asseueratõnem ex hebreis codicib⁹ redarguere atq; cõuincere: ubi Adam non ducentoꝝ triginta: sed centũ triginta ãnoꝝ fuisse reperit̄: q̄ndo tertiũ genuit filium. q anni si tredecim nr̄i sunt: proculdubio p̄mũ genuit q̄ndo duodecim ul' nõ multo amplius annoꝝ fuit. Quis põt hac etate generare usitata ista nobisq; notissia lege nature? Sed hunc omictamus: q fortasse etiã q̄ndo creatus est potuit. Non eniȝ eũ tam puum q̄ infantes nostri sunt: factum fuisse credibile ẽ. Seth filius ei⁹ non ducẽtoꝝ q̄nq; sicut nos legimus: ȝ centũ q̄nq; fuit q̄ndo genuit Enos. ac p hoc ꝑm istos nondũ hẽbat undecim ãnos etatis. Quid dicã de Caynan eius filio. q cũ apud nos centum septuaginta repiat̄ annoꝝ: apud hebreos septuaginta leḡr fuisse q̄n genuit Malalehel? Quis generat hõ septennis: si tunc anni septuaginta nũcupabant̄ qui septem fuerunt?

¶ Caplm̄ .xiii.

Sed cũ hoc dixero: cõtinuo referet̄ illud iudeoꝝ eẽ mendatiũ: de quo supius satis actum est. Nam septuaginta interp̄tes laudabiliter celebratos uiros potuisse mentiri difficile est. Vbi si querã quid sit credibilius: iudeoꝝ gentem tam longe lateq; diffusam: in hoc cõscribendũ mendatiũ uno consilio cõspirare potuisse: & dum aliis inuideãt auctoritatem: sibi abstulisse ueritatem. an. lxx. hoĩes q etiaȝ ipi iudei erant ĩ uno loco positos: q̄niam rex egipti Ptolomeus eos ad hoc opus asciuerat: ipaȝ ueritatẽ gentib⁹ alienigẽis inuidisse: et cõmunicato istud tunc fecisse consilio: quis non uideat quid procliuius faciliusq; credat̄? Sed absit ut prudens quispiam ul' iudeos cuiuslibet puersitatis atq; malitie tãtum potuisse credat: in codicib⁹ tã multis & tã lõge lateq; dispsis: uel. lxx. illos memorabiles uiros hoc de inuidẽda gentib⁹ ueritate unum cõicasse consiliũ. Credibilius ergo q̄s dixerit: cũ p̄mum de bibliotheca Ptolomei describi ista ceperũt: tunc aliq̄d tale fieri potuisse in codice uno: scilȝ p̄mit⁹ inde descripto: unde iã latius emanaret. ubi potuit q̄deȝ accidere etiaȝ sc̄ptoris error? Sed hoc in illa q̄one de uita Matusalẽ non absurduȝ suspicari est. et in illo alio ubi supantibus uiginti q̄tuor annis summa non cõuenit. In his aũt in q̄bus cõtinuat̄ ipius mẽdositatis similitudo: ita ut ante genitũ filiuȝ q ordini insterit̄: alibi supsint centum ãni alibi desint: post genitũ aũt ubi deerant supersint: ubi superant desint: ut summa cõueniat: et hoc in p̄ma: secunda: tertia: quarta: q̄nta: septimaq; generatõe inueĩt̄: uidetur habere quãdam si dici põt error ipse constantiam. nec casum redolet ȝ industriam. Itaq; illa diuersitas numerorũ aliter se habentiũ in codicibus grecis & latinis: aliter in hebreis: ubi non est ista de centum annis prius additis & postea detractis per tot generatioẽs continuata parilitas. nec malitie iudeoꝝ: nec diligẽtie uel prudentie septuaginta interpretũ: sed sc̄ptoris tribuat̄ errori: qui de bibliotheca supradc̄ti regis codicẽ describendũ p̄m⁹ accepit. Nã etiã nũc: ubi numeri non faciunt intentũ ad aliq̄d q̄d facile possit intelligi uel q̄d appareat utiliter disci: et negligenter describuntur & negligẽtius emendant̄. Quis enim existimet sibi esse discendum quot milia hoĩm tribus israel singillatim hẽre potuer̄t: q̄n ꝓdesse aliq̄d non putat̄. et quotus quisq; hoĩm est cui profunditas utilitatis huius appareat? Hic uero ubi p tot contextas generatoẽs

centum anni alibi assunt: alibi desunt: et p9natū q cōmēorādus fuerat filiū: desūt ubi affuerūt: assūt ubi defuerūt: ut summa concordet. nimirū cū uellet ꝑsuadere qui hoc fecit ideo numerosissimos annos uixisse antiquos: ꝙ eos breuissios nūcupabant: et hoc de maturitate pubertatis q̃ idonea filii gignerent̃ conaret̃ oñdere: atq; ideo in illis centū annis decē nostros insinuādos putaret incredulis: ne hoīes tam diu uixisse recipere ĩ fidem nollent: addidit centū ubi gignendis filiis habilē nō inuēit ętatem: eosdemq; post genitos filios ut congrueret summa detraxit: sic qppe uoluit credibiles facere idonearu; generandę ꝓlis cōuenientias ętatū: ut tñ numero non fraudaret uniuersas ętates uiuentium singuloꝝ. Quod autē in sexta generatiōe id non fecit: hoc ip̄m est quod magis mouet illū ideo fecisse cū res qua; dicimus postulauit: qa non fecit ubi non postulauit. Inuenit nāq; in eadē generatione: apud hebreos uixisse Iared anteq̃ genuisset Enoch centum sexagintaduos annos: q scd̃m illā rōnem breuiū annoꝝ fiūt anni sedecim: et aliqd min9 q̃ menses duo: quę iam ętas apta est ad gignendū: et ideo addere centū annos breues ut nr̃i uigintisex fierent necesse non fuit: nec p9 natū Enoch eos detrahere quos nō addiderat ante natum. Sic factum est ut hinc nulla eēt inter codices utrosq; uarietas. Sed rursus mouet: cur ĩ octaua generatiōe āteq̃ de Matusalē nasceret̃ Lamech: cū apd̃ hebreos legant̃ centū octogintaduo āni: uigintiduo anni min9 inuēiunt̃ in codicibus nr̄is: ubi potius addi centū solent: et post genitū Lamech cōplendam restituunt̃ ad summam quę in codicibus utrisq; nō discrepat. Si eni; centū septuaginta ānos ꝓpter pupertatis maturitatē decem & septem uolebat intelligi: sicut nihil addere ita nihil detraher̃ iam debebat qa inuenerat ętatē idoneā generatōi filioꝝ: propter quam in aliis centū ānos ubi eā non inuēiebat addebat. Hoc autē de uiginti annis merito putarem9 causa mēdositatis accider̃ potuisse: nisi eos sicut ꝑus detraxerat restituere postea curaret: ut summę cōueniret integritas. An forte astutius factū extimandū est: ut illa qua centum anni prius solent adici & postea detrahi occultaret̃ industria: cum & illic ubi necesse non fuerat nō qdem de cētum annis: uerūtamē de quantocūq; numero ꝑus detracto post reddito tale qd fieret? Sed q̃mōlibet istud accipiat̃: siue credat̃ ita eē factū: siue nō credat̃: siue postremo ita siue non ita sit: recte fieri nullo modo dubitauerim: ut cum diuersum aliquid ĩ utrisq; codicib9 inuenit̃: quādo qdem ad fidem rerū gestarū utrūq; esse nō potest: uerū ei linguę potius credat̃: unde est in aliā p interpretes facta translatio. Nam in qbusdam etiā codicibus gręcis tribus et uno latino: et uno etiā syro inter se cōsentiētibus: inuentus est Matusalem sex annis ante diluuiū fuisse defunctus.

H Vnc iam uideamus ¶ Ca. xiiii. quo nam mō euidēter possit oñdi: nō tā breues ut illi decē unus eēt noster: sed tantę ꝓlixitatis annos quantę nunc hēmus: quos utiq; circuitus cōficit solis: in illoꝝ hoīm uita ꝓlixissīa computatos. Sexcentesimo nempe āno uitę Noe: scptū est factū eē diluuiū. Cur ergo ibi legr̃: et aqua diluuii facta est sup terram sexcentesimo āno uitę Noe: secūdi mensis septīa & uicesima die mensis: si annus ille min9 quales decē faciunt unū nr̄m trigintasex dies habebat? Tantillus qppe annus si antiquo more hoc nomē accepit: aut non habet menses: aut mensis eius est triduu; ut habeat duodecim menses. Quomō igr̃ hic dictū est: sexcentesimo anno secundi mensis septima & uicesima die mensis: ñ quia tales quales nunc sunt etiā tūc erant menses? Nā quo pacto aliter uicesimo et

septimo die secundi mensis diceret̃ cęptũ
eẽ diluuiũ? Deinde postea in fine diluuii
ita legit̃. Et sedit arca in mense septimo:
septima & uicesima die mensis sup mõtes
ararath. Aqua autem minuebat̃ usq; ad
undecimum mẽsem. In undecimo autem
mense ꝓma die mensis apparuer̃t capita
montium. Si igr̃ tales menses erant: tales
profecto & anni erant q̃les nũc hẽmus.
Mẽses qppe illi triduani uiginti & septẽ
dies habere nõ poterant. Aut si pars tri-
cesima tridui tunc appellabãtur dies: ut
oium ꝓportõnes minuant̃: ergo nec toto
quatriduo nr̃o factũ est illd̃ tam grande
diluuiũ: quod memorat̃ factũ q̃dragĩta
diebus & q̃dragĩta noctibus. Quis hãc
absurditatẽ et uanitatem ferat? Proinde
remoueat̃ hic error: q cõiectura falsa ita
uult astruere scpturarum fidem: ut alibi
destruat. Prorsus tãtus etiã tũc dies fuit
quãtus et nũc est. quẽ uiginti & quatuor
horę diurno curriculo nocturnoq; deter-
minant. tantus mensis q̃ntus & nunc est:
quẽ luna cępta et finita concludit. Tantꝰ
annus quãtus & nunc est: quẽ duodecim
menses lunares additis propter cursum
solarem qnq; diebus et q̃drante cõsumãt.
Tantus ãni sexcentesimi uitę Noe scd̃us
erat mensis: eiusq; mensis uicesimꝰ & sep-
timus dies: quãdo cępit eẽ diluuium: in
quo dies q̃dragĩta continuatę ingentes
pluuię memorant̃. qui dies non binas ac
paulo amplꝰ horas hẽbant: sʒ uicenas &
quaternas die noctuq; transactas. Ac ꝑ
hoc tam magnos ãnos uixerũt illi antiq
usq; amplius q̃ nongentos: q̃ntos postea
uixit Abraam centũ septuagĩtaqnq;: et
post eũ filius eius Ysaac centũ octogĩta:
& filius eius Iacob ꝓpe centũ qnq̃gĩta:
et q̃tos interposita aliq̃nta ętate Moyses
centũ uiginti: et quantos etiã nunc uiuũt
hoĩes septuaginta uel octogĩta: uel non
multo amplius. de qbus etiã dictum est.
Et amplius eoꝝ labor & dolor. Illa uero

numerorum uarietas quę inter codices
hebreos inuenit̃ & nostros: neq; de hac
antiquorũ longeuitate dissentit. et siquid
habet ita diuersum ut uerũ esse utrũq; nõ
possit: rerũ gestarum fides ab ea lingua
repetenda est: ex qua interpretatum est
quod hẽmus. Quę facultas cũ uolẽtibus
ubiq; gentiũ pręsto sit: non tamẽ uacat q̃
septuaginta interpretes in plurimis quę
diuersa dicere uident̃: ex hebreis codici-
bus emẽdare ausus est nemo. Non enĩ est
illa diuersitas putata mẽdositas: nec ego
ullo mõ putãdam existimo. Sed ubi non
est scptoris error: aliquid eos diuino spũ
ubi sensus eẽ consentaneꝰ ueritati & prę-
dicans ueritatẽ: nõ interpretantiũ more
sed prophetãtiũ in libertate aliter dicere
uoluisse credendum est. Vnde merito nõ
solũ hebreis: uerũ etiaʒ ipsis cum adhibet
testimonia de scpturis uti aplica inuenit̃
auctoritas. Sed hinc me oportuniore loco
si adiuuerit dñs ꝓmisi diligentiꝰ locutuꝝ.
nũc quod instat expediam. Non enĩ am-
bigendũ est ab hoie q ex ꝓmo hoie ꝓmus
est natus: q̃ndo tamdiu uiuebãt potuisse
constitui ciuitatem sane terrenã nõ illam
quę dr̃ ciuitas dei: de qua ut scriberemus
tanti laborẽ huiꝰ opis in manꝰ sumpsimꝰ.

Dicet ergo aliquis. ¶ Caplm. xv.

Ita ne credendum est hoĩem filios
incessanter generaturũ: nec habentem ꝓ-
positũ continentię centũ & amplꝰ uel ꝫm
hebreos nõ multo minus id ẽ octogĩta
sexaginta annos a concumbendi opere
uacauisse: aut si non uacaret nihil prolis
gignere potuisse? Hęc questio duobꝰ moĩs
soluit̃. Aut enĩ tanto serior fuit ꝓportõe
pubertas: q̃nto uitę totiꝰ maior ãnositas:
aut qd̃ magis uideo esse credibile: nõ hic
ꝓmogeniti filii cõmemorati sunt: sed quos
successiois ordo poscebat ut ꝑueniret̃ ad
Noe: a quo rursus ad Abraam uidemus
eẽ ꝑuentũ: ac deinde usq; ad certũ articu-
lum tempis: quantum oportebat signari

etiam generationib9 cōmemorantis cursum
gloriosi illię ciuitatis in hoc mundo pegri-
nantis: et supnam patriam requirentis.
Quod eni negari non potest: prior oium
Cayn ex cōiunctiōe maris & femię nat9
est. Neq3 eni illo nato dixisset Adam qđ
dixisse legr: acqsiui hoiem p deū: nisi illis
duob9 ipse fuisset homo nascēdo additus
pmus. Hunc secutus Abel quem maior
frater occidit: prefiguratōe qdā pegnātis
ciuitatis dei: q eēt ab impiis & quodāmō
terrigēis id ē terrenā origīnē diligēnb9:
et terrenę ciuitatis terrēa felicitate gau-
dentibus: psecutoēs iniquas passura pm9
ostendit. Sed quot annoꝝ erat Adam cū
eos genuit nō apparet. Exinde digerunt
generatioēs alię de Cayn. alię de illo quē
genuit Adam i eius successiōe quē frater
occidit: et appellauit nomen illius Seth:
dicens ut sc̄ptum est. Suscitauit eni mihi
de9 semē aliud p Abel quē occidit Cayn.
Cum itaq3 istę duę series generationum
una de Seth altera de Cayn: has duas de
qbus agim9 distinctis ordinib9 insinuent
ciuitates: unā cęlestē in terris pegnātem:
alteram terrenam terrenis tanq̄ sola sint
gaudiis inhiantem uel inherētem: nullus
de pgenie Cayn cū dinumerata sit cōnu-
merato Adā usq3 ad octauā generatioē3:
quot annoꝝ fuisset expressus est: quādo
genuit eū qui cōmemorat post eū. Noluit
eni spūs dei in terrenę ciuitatis generati-
onibus tempa notare ante diluuiū: s3 in
cęlestis maluit tanq̄ eēnt memoria digni-
ores. Porro aūt Seth q̄ndo natus est: nō
qdem taciti sunt anni patris eius: sed iam
genuerat alios: et utrum solos Cayn &
Abel affirmare qs audeat? Non eni3 qa
soli noiati sunt, pper ordies generationū
quas cōmēorari oportebat: ideo conseq̄ns
uideri debet solos fuisse tunc generatos
ex Adam. Cum eni silentio coopertis oium
nōibus cęterorū: legat eū genuisse filios
& filias: quota fuerit ista proles eius qs
presumat asserere: si culpam temeritatis
euitat? Potuit quippe Adam diuinitus
admonitus dicere posteaq̄ Seth natus ē.
Suscitauit eni3 mihi deus semē aliud pro
Abel: q̄ndo talis erat futurus q impleret
illius sanctitatem: nō q ipe por post eum
tempis ordine nasceret. Deinde qđ sc̄ptū
est: uixit aūt Seth qnq3 & ducētos ānos:
uel scđm hebreos qnq3 & centū annos &
genuit Enos: qs possit nisi incōsideratus
asseuerare hūc eius pmogenitū fuisse: ut
admirantes merito requiramus: quomō per
tot annos immunis fuerit a cōnubio sine
ullo proposito continentię: uel non fuerit
cōiugatus? Quādo qdem etiā de ipo legr
et genuit filios & filias: et fuerunt omēs
dies Seth duodecim & nongenti anni et
mortuus est: atq3 ita deinceps quoꝝ āni
commemorant: nec filios filiasq3 genuisse
reticent. Ac p hoc non apparet oio: utrū
qui noiat genitus ipse fuerit pmogenit9:
imo uero qm̄ credibile nō est patres illos
ętate tam longa aut impubes fuisse: aut
coniugibus caruisse uel fętibus: nec illos
eoꝝ filios pmos eis natos fuisse credibile
est. Sed cū sacrę sc̄ptor historię ad ortum
uitamq3 Noe: cui9 tempe diluuiū factū est
per successioēs generationū notatis tpib9
intenderet puenire: eas utiq3 cōmēorauit
non quę pmę suis parentibus fuerint: sed
quę in propagationis ordine uenerint.
Exempli grā quo id fiat apertius aliqd
interponam: unde nullus ambigat fieri
potuisse quod dico. Euangelista Mathe9
generatoēm dñicę carnis p seriem pentum
uolens cōmendare mēorię: ordines a pre
Abraam atq3 ad Dauid pmit9 ut pueiret
intēdens: Abraam inquit genuit Ysaac.
Cur non dixit Ismael quē pmit9 genuit?
Ysaac aūt inquit genuit Iacob. Cur non
dixit Esau q eius pmogeitus fuit? Quia
scilicet p illos ad Dauid pueire nō posset.
Deinde seqtur. Iacob aūt genuit Iudā et
frēs eius. Nunqd Iudas pmogenit9 fuit?

Iudas inquit genuit Phares & Zaram.
Nec istoꝝ geminoꝝ aliqs fuit ꝑmogenit⁹
Iudę: ſ; ante illos iam tres genuerat. Eos
itaq; tenuit in ordie generationū: ꝑ quos
ad Dauid atq; inde q̄ intēderat ꝑueīret.
Ex quo intelligi pōt: ueteres quoq; hoīes
ante diluuiū non ꝑmogēitos ſ; eos fuiſſe
cōmēoratos: per quos ordo ſuccedētium
generationū ad Noe pr̄iarchā duceret̄:
ne ſerię pubertatis illorū obſcura & non
neceſſaria quęſtio nos fatiget.

Cum igr̄ genus ❡ Caplm̄. xvi.
hūanum p⁹ ꝑmā copulā uiri facti
ex puluere et cōiugis eius ex uiri latere:
mariū fęmiarūq; cōiunctōne opus hēret
ut gignendo multiplicarent̄: nec eēnt ulli
hoīes niſi q ex illis duobus nati fuiſſent:
uiri ſorores ſuas cōiuges acceꝑūt. Quod
profecto quāto eſt antiqus compellente
neceſſitate: tanto poſtea factum eſt dam-
nabilius religiōe ꝓhibente. Habita ē emī
ratio rectiſſiā caritatis: ut hoīes qbus eēt
utilis atq; honeſta concordia: diuerſarū
neceſſitudinū uinculis necterent̄: nec un⁹
in una multas hr̄et: ſ; ſingulę ſpergerent̄
in ſinglos: ac ſic ad ſoiale uitam diligēti⁹
colligādam plurimę plimos obtinerent.
Pater qppe & ſocer duaꝝ ſunt neceſſitu-
dinū noīa. Vt g̊ aliū qſq; hēat pr̄em aliū
ſocerum: numeroſius ſe caritas porrigit.
Vtrūq; aūt unus Adam eſſe cogebat̄: et
filiis & filiabus ſuis: qn̄do fr̄es ſororeſq;
cōnubio iūgebant̄. Sic et Eua uxor eius
utriq; ſexui filioru; fuit & ſocrus et mr̄.
Quę ſi duę fęminę fuiſſent: mater altera
& ſocrus altera: copioſius ſe ſoialis di-
lectio colligaret. Ipa deniq; iam ſoror q̄
etiam uxor fiebat: duas tenebat una ne-
ceſſitudines: qbus ꝑ ſingulas diſtributis
ut altera eēt ſoror altera uxor: hoīm nu-
mero ſoialis ꝓpinqtas augeret̄. Sed hoc
unde fieret tūc non erat: qn̄do niſi fr̄es &
ſororēs ex ill' duob⁹ ꝑmis nlli hoīes erant.
Fieri g̊ debuit qn̄do potuit: ut exiſtente
copia unde ducerentur uxores quę non
erant iam ſorores: et nō ſolū illd̄ ut fieret
nlla neceſſitas eēt: uerū etiā ſi fieret nefas
eſſet. Nam ſi nepotes ꝑmoꝝ hoīum q iam
conſobrinas poterant accipere coniuges:
ſororibus mr̄imonio iungerent̄: nō iam
duę ſed tres in homie uno neceſſitudines
fierēt: quę ꝓpter caritatem numeroſiore
propinqtate nectendam: diſſeminari per
ſinglos ſingulę debuerunt. Eſſet enī unus
hō filiis ſuis fr̄i ſcilicet ſororiq; cōiugib⁹:
et pater & ſocer et auūculus: ita & uxor
eius eiſdem coniugibus filiis: et mater &
amita et ſocrus. Ideniq; inter ſe filii eorū
non ſolū eſſent fr̄es atq; cōiuges: uerum
etiā conſobrini: qa & fratrū filii. Omnes
autē iſtę neceſſitudines quę uni hōi tres
hoīes cōnectebant: nouem cōnecterent ſi
eēnt in ſingulis ſingulę: ut unus hō hēret
alteram ſororem: alterā uxorem: alterā
conſobrinam: alterum pr̄em & alterum
auūculum: alterū ſocerū: alteram matrē:
alteram amitā: alterā ſocrū. atq; ita ſe nō
in paucitate coartatum: ſ; latius atq; nu-
meroſius ꝓpinqtatibus crebris uinculū
ſoiale diffunderet. Quod hūano genere
creſcente & multiplicato: etiā inter ipſos
deorū multoꝝ falſorūq; cultores ſic ob-
ſeruari cernimus: ut etiā ſi ꝑuerſis legib⁹
ꝑmittant̄ fraterna coniugia: melior tam̄
cōſuetudo ipā; malit exhorrere licentiā:
et cū ſorores accipe in mr̄imonium ꝑmis
hūani generis tempibus oīo licuerit: ſic
aduerſet̄ quaſi nunq̄ licere potuerit. Ad
hūanum enī; ſenſum uel alliciendum uel
offendēdum: mos ualet plimū. Qui cū in
hac cauſa moderationem concupiſcentię
coerceat: eū deſignari atq; corrumpi me-
rito eē nefariū iudicat̄. Si enī eſt iniquū
auiditate poſſidendi tranſgredi limitem
agroꝝ: qn̄to ē iniqus libidine concūbēdi
ſubuertere limitem moꝝ. Experti autē
ſumus in cōnubiis conſobrinaꝝ etiā nr̄is
tempibus: propter gradum ꝓpinqtatis

fraterno gradui ꝓximum: q̄ raro ꝑ mor̄s
fiebat: quod fieri per leges licebat. q̄a id
nec diuina ꝓhibuit: et nōdum ꝓhibuerat
lex hūana. Verūtamen factū etiā licitum
propter uicinitatem horr̄batur illiciti: et
quod fiebat cū cōsobrina: pene cū sorore
fieri uidebat̄. q̄a et ipi inter se ꝓpter tam
propinquā cōsanguinitatē frēs uocant̄:
& pene germani sunt. Fuit aūt antiquis
pr̄ibus religiose curę: ne ipa ꝓpinq̄tas se
paulatim ꝓpaginū ordinibus dirimens
longius abiret: et ꝓpinq̄tas eē desisteret:
eam nōdum longe positam rursus matri-
monii uinculo colligare: et quodāmodo
reuocare fugiētem. Vnde iā pleno hōib⁹
orbe terraꝝ: non q̄dem sorores ex patre
uel matre: uel ex ambobus suis parentibus
natas: ſ₃ tn̄ amabāt de suo genere ducere
uxores. Verūtamē q̄s dubitet honestius
hoc tempe etiā consobrinarū ꝓhibita esse
coniugia: non solū scđm ea quę disputa-
uimus ꝓpter multiplicādas affinitates:
ne hēat duas necessitudies una ꝑsona: cū
duę possint eas hēre & numerus ꝓpinq̄-
tatis augeri. ſ₃ etiā q̄a nescio quomō inest
humanę uerecūdię q̄ddam naturale atq₃
laudabile: ut cui debet causa ꝓpinq̄tatis
uerecūdum honorē: ab ea cōtineat q̄uis
generatricē tn̄ libidinē: de qua erubescer̄
uidemus & ipam pudicitiam cōiugalem.
Copulatio igit̄ maris & fęminę quātum
attinet ad genus mortaliū: q̄ddam semi-
narium est ciuitatis: sed terrena ciuitas
generatōe tantūmodo: cęlestis aūt etiam
regeneratōne opus habet: ut noxam ge-
neratōnis euadat. Vtrū aūt aliq̄đ fuerit:
uł si fuit quale fuerit corpale atq₃ uisibile
regeneratōnis signū ante diluuium: sicut
Abrahę circūcisio postea est impata: sacra
historia tacet. Sacrificasse tamen deo etiā
illos antiq̄ssiōs hoies non tacet. q̄đ & in
duobus p̄mis fr̄ibus claruit. et Noe post
diluuium cum de arca fuisset egressus:
hostias deo leḡr immolasse. De qua re in
precedentibus libris iam diximus: non
ob aliud demōes arrogantes sibi diuini-
tatē deosq₃ se credi cupiētes: sibi expetere
sacrifitiū & gaudere huiuscemōi hōrib⁹:
n̄ q̄a uerū sacrifitiū đo uero deberi sciūt.

Cum g̊ eēt Adam ¶ Caplm̄. xvii.
utriusq₃ generis pater: id ē & cui⁹
series ad terrenā et cuius series ad cęlestē
ptinet ciuitatem: occiso Abel atq₃ in eius
interfectōe cōmēdato mirabili sacramēto:
facti sunt duo pr̄es singloꝝ generū Cayn
et Seth: in quorum filiis quos cōmēorari
oportebat: duarū istaꝝ ciuitatū i genere
mortaliū euidenti⁹ indicia clarere cępūt.
Cayn q̄ppe genuit Enoch: i cuius nomie
condidit ciuitatē: scilicet non pegrinātem
in hoc mundo. sed in eius tempali parte
ac fęlicitate q̄escentē. Cayn aūt interpre-
tatur possessio. unde dictū est q̄n natus ē
siue a pr̄e siue a mr̄e eius: acq̄siui hoiem ꝑ
deum. Enoch ů dedicatio. hic eni dedicat̄
terrena ciuitas ubi condit̄: q̄m hic habet
eū quē intēdit & appetit finē. Porro ille
Seth interpretat̄ resurrectō: et Enos fili⁹
eius interpretat̄ homo. non sicut Adam.
Et ipm eni nomē interpretat̄ homo: ſ₃ cōe
perhibetur esse in illa lingua id ē hebrea
masculo & fęminę. Nam sic de illo scptuz
est. Masculū & fęminā fecit eos: et bene-
dixit illos et cognoiauit eoꝝ nomē Adā.
Vnde non ambigit̄ sic appellatam fuisse
fęminam Euam ꝓprio noie: ut tn̄ Adam
q̄đ interpretat̄ homo nomē esset amboꝝ.
Enos aūt sic interpretat̄ homo: ut hoc nō
posse fęminā nūcupari periti lingue illi⁹
asseuerent: tanq̄ filius resurrectōnis: ubi
non nubent neq₃ uxores ducent. Non eni
erit ibi generatio: cū illuc pduxerit rege-
neratio. Quare et hoc nō incassū notāduz
arbitror: q᷑ in his generatiōib⁹ quę ꝓpa-
gantur ex illo q̄ ē appellatus Seth: cum
genuisse filios filiasq₃ dicat̄: nl'la ibi gēita
noiatim fęmina expressa est. in his autē
quę ꝓpagant̄ ex Cayn: in ipo fine q̊usq₃

protenduntur: nouissima fęmina genita nomiat̃. Sic eniȝ legr̃. Matusabel genuit Lamech. Et sūpsit sibi Lamech duas uxores. Nomen uni Ada: et nomen secundę Sella. et pepit Ada Iabel. hic erat pater habitātium in tabernaculis pecorarioꝝ. Et nomē frīs eius Iubal. hic fuit q ōndit psalteriū & cytharam. Sella autē pepit et ipa Tubalcaym & erat ęrari9 et malleator ęramenti et ferri. Soror aūt Tubalcaym Noema. Hucusq; porrectę sunt oēs generatoēs Cayn: quę sunt oēs ab Adam octo ānumerato ipo Adam. septē scilicet usq; ad Lamech: q duarū maritus uxoꝝ fuit: et octaua est generatio in filiis: i qb9 & fęmina cōmēorat̃. Ubi elegāter significatū est: terrenā ciuitatem usq; i sui finē carnales hiturā generationes: quę marium fęmiarūq; cōiunctōne, pueniūt. Unde & ipe quod pręter eas nusq̃ reperitur ante diluuiū: nōibus, ppiis exp̃munt̃ uxores illius hois: q noiat̃ hic nouissimus pater. Sicut autē Cayn q interpręta̅t possessio terrenę conditor ciuitatis: et filius eius i cuius noie condita ē Enoch qui interpretatur dedicatio: indicat istā ciuitatem & initiū et finem habere terrenū: ubi nihil sperat̃ amplius q̃ qđ in hoc sclo cerni pōt: ita Seth q interpręta̅t resurrectō: cum sit generationū seorsum cōmēorataꝝ pater: quid de filio eius sacra historia dicat intuendum est. ❡ Capitlm .xviii.

AT Seth igt nat9 est filī9: et noiauit nomen eius Enos. Hic sperauit inuocare nomē domini dei. Nempe clamat actestatō ueritatis. In spe igr̃ uiuit homo filius resurrectiois: in spe uiuit q̃diu peregrinat̃ hic ciuitas dei: quę gignit̃ ex fide resurrectionis xp̄i. Ex duobus nāq; illis hoibus: Abel q iterpręta̅t luctus: et eius fratre Seth q iterpręta̅t resurrectō mors xp̄i & uita eius ex mortuis figurat̃. Ex qua fide gignit̃ hic ciuitas dei id ē homo q sperauit inuocare nomē dn̄i dei. Spe.n. salui facti sumus ait apl̄s. Spes aūt quę uidet̃ non est spes. Quod eni uidet qs: qd sperat? Si aūt qđ non uidemus speram9: p patientiā expectamus. Nam qs uacare hoc existimet ab altitudine sacramenti? Nunqd eniȝ Abel non sperauit inuocare nomē dn̄i dei: cuius sacrifitiū scp̄tura tam acceptū đo fuisse cōmēorat? Nunqd ipse Seth non sperauit inuocare nomē dn̄i đi de quo dictū est. Suscitauit.n. mihi deus semē aliud, p Abel? Cur ergo huic, pp̄e tribuit̃ qđ pioꝝ oīm itelligr̃ esse cōe: nisi qa oportebat i eo q de patre generationū in meliorem ptem hoc est supnę ciuitatis separatarū: p̄mus cōmemoratus exortus pręfigurari hoiem id ē hoim societatem: quę nō scđm uires terrenę fęlicitatis: sed scđm deum uiuit i spe fęlicitatis ęternę? Nec dictū est hic sperauit i dn̄m deū: aut hic inuocauit nomē dn̄i dei: sȝ hic spauit inqt inuocare. ubiq; pp̄hia est exorturū poplm qui scđm electionē grę inuocauit nomē dn̄i đi: hoc ē qđ p aliū, pp̄haȝ dictū est apl̄s de hoc pplo itelligit ad dei grām ptinere. Et erit omis quicūq; inuocauerit nomē dn̄i saluus erit. hoc eni ipȝ qđ dr̃ & noiauit nomē eius Enos qđ iterpręta̅tur homo: ac deinde addit̃ hic sperauit iuocare nomē dn̄i dei: satis ostendit̃ q nō in seipso spem ponere debeat hō. Maledict9 eni oīs sicut alibi legr̃ q spem suā ponit i hoie. Ac per hoc in se ut sit ciuis alterius ciuitatis: quę non solū scđm filium Cayn dedicat̃ hoc tempe: hoc est mortalis hui9 sęculi labente transcursu: sȝ i illa immortalitate beatitudinis sempiternę.

NAm et ista, ppago ❡ Cap. xix. cuius est pater Seth i ea generatōe habet dedicatōnis nomē: quę septima est ex Adam: annumerato Adam. Septim9 eniȝ ab illo natus est Enoch q interpręta̅t dedicatio. sȝ ipe est ille translat9 q placuit đo: et insigni numero i ordīe generatōnū quo sabbatū cōsecratū est: septim9 scilicet

ab Adam: ab ipso autem patre istaꝝ ge-
nerationum quę discernunt̃ a generatõne
Cayn: id est a Seth sextus est: quoto die
factus est homo: et consumauit deus oĩa
opa sua. Sed huius Enoch translatio nr̃ę
dedicatõnis est pręfigurata dilatio. Quę
q̃dem iam facta est in xp̃o capite nostro:
qui sic resurrexit ut non moriat̃ ulteri⁹:
sed etiã ipse translatus est. Restat autem
altera dedicatio uniuersę domus cui⁹ ip̃e
xp̃us est fũdamentũ: quę differt̃ in finẽ:
q̃ndo erit oĩm resurrectio nõ morituroꝝ
amplius. Siue aũt domus dei dicat̃: siue
templũ dei: siue ciuitas dei: id ip̃m est: nec
abhorret a latini eloquii consuetudĩe. Nã
et Virgilius impiosissimã ciuitatẽ domuȝ
appellat Assarici: romãos uolẽs intelligi
q de Assarico p troianos origĩneȝ ducũt:
et domũ Aenee eosdem ipsos: q̃a eo duce
troiani cũ italiã uenissent: ab eis condita
est roma. Imitatus nãq; est poeta ille lr̃as
sacras: in q̃bus dr̃ domus Iacob iã ingẽs
popl̃s hebreoꝝ. ¶ Capl̃m .xx.

Dicet aliq̃s. si hoc intendebat sc̃ptor
hui⁹ historię in cõmẽorandis gene-
ratiõibus ex Adam p filiũ eius Seth: ut p
illas perueniret ad Noe sub quo factum est
diluuiũ: a quo rursus cõtexeretur ordo
nascentiũ: quo p̃ueniret ad Abraam: a quo
Matheus euangelista incipit generatõẽs
q̃bus ad xp̃m p̃uenit ęternũ regẽ ciuitatis
dei: q̃d intẽdebat i generatõib⁹ ex Cayn:
& quo eas pducere uolebat? Respõdet̃.
usq; ad diluuium: quo totum illd̃ genus
terrenę ciuitatis absumptũ est: sȝ reparatuȝ
est ex filiis Noe. Neq; eniȝ deesse poterit
hęc terrena ciuitas societasq; hoĩum sc̃d̃m
hoĩem uiuentiũ: usq; ad huius sęculi finẽ
de quo dñs ait: filii huius sęculi generant
& generant̃. Ciuitatẽ uero dei peg̃nantẽ
in hoc sęculo regeneratõ pducit ad alterũ
sęculũ: cui⁹ filii nec generãt nec generant̃.
Hic g̊ generari & generare ciuitati utriq;
cõe est: q̃uis dei ciuitas habeat & iam hic

multa ciuium milia: quę ab ope generãdi
se abstineant. Sed habet etiam illa ciues
nõnullos isti similes: ex imitatõne quadaȝ
licet errantes. Ad eã nanq; ptinent: etiaȝ
q deuiantes ab hui⁹ fide diuersas hereses
condiderũt. sc̃d̃m hoĩem q̃ppe uiuũt: non
ŝm deũ. Et indorũ gignosophistę q nudi
perhibent̃ philosophari i solitudinibus
indię: ciues ei⁹ sunt & a generando se co-
hibent. Non eni est hoc bonũ: nisi cum fit
sc̃d̃m fidẽ summi boni q deus est. Hoc tñ
nemo fecisse ante diluuiũ repit̃: qñ q̃dem
etiã ip̃e Enoch septim⁹ ab Adã: q translat⁹
refert̃ esse non mortuus: genuit filios &
filias anteq̃ transferret̃. in q̃bus fuit Ma-
tusalem p quẽ generationũ mẽorandaruȝ
ordo transcurrit. Cur ergo tãta paucitas
successionũ cõmẽorat̃ in generatõibus ex
Cayn: si eas usq; ad diluuiũ pduci opor-
tebat: nec erat diuturna ętas pręueniens
pubertatem: quę centũ uel amplius ãnos
uacaret a fętibus? Nam si nõ intendebat
auctor libri hui⁹ aliquẽ ad quẽ necessario
pduceret seriem generationũ: sicut in illis
qui ueniunt de semine Seth: intendebat
p̃uenire ad Noe a q̊ rursus ordo necessari⁹
sequeret̃: q̃d op⁹ erat pretermictere p̃mo-
genitos filios ut perueniret̃ ad Lamech: in
cuius filiis finit̃ illa contexio octaua ge-
neratõe scilȝ ex Adam: septima ex Cayn:
q̃si eẽt inde aliq̃d deinceps cõnectendum:
unde p̃ueniret̃ uel ad israeliticũ popl̃m: in
quo cęlesti ciuitati etiã terrena hierusaleȝ
figurã ppheticã prębuit: uel ad xp̃m ŝm
carnem q ẽ sup oĩa deus bñdictus i sęcl̃a:
supnę hierl̃m fabricator atq; r̃generator:
cũ tota pgẽies Cayn diluuio sit deleta?
Vnde uideri põt in eodẽ ordine genera-
tionũ: p̃mogenitos fuisse cõmemoratos.
Cur g̊ tam pauci sunt? Non eniȝ usq; ad
diluuiũ tot eẽ potuerũt: nõ uacãtib⁹ usq;
ad centenariã pubertatẽ pr̃ibus ab offitõ
generandi: si non erat tũc pportõe longe-
uitatis illius etiam sera pubertas. Vt eniȝ

per ęque triginta annoꝝ fuerint cū filios
generare cęperunt octies triceni: qm̄ octo
sunt generatōēs cū Adam & cū eis quos
genuit Lamech: ducēti et q̄dragínta sunt
anni. Num itaq; toto deinde tēpe usq; ad
diluuium nō generauerūt? Qua tandem
causa q hęc scṗsit generatōnes cōmēorare
noluit quę sequūtur? Nam ex Adā usq;
ad diluuiū cōputant̄ anni scd̄m codices
nostros duo milia ducēti sexagintaduo:
scd̄m hebreos aūt mille sexcenti qnq̄gin-
tasex. Vt g° istū numerū mioré credam9
eē uerioré: de mille sexcētis qnq̄gintasex
annis: ducenti quadraginta detrahūtur.
Nunqd credibile est p mille q̄dringentos
et quot excurrit annos q restant usq; ad
diluuiū: progenié Cayn a generatōibus
uacare potuisse? Sed q ex hoc mouetur:
meminerit cū quęrerē quō credēdum sit:
antiquos illos hoīes p tam multos annos
a gignēdis filiis cessare potuisse: duobus
modis istā solutā esse q̄ōnem. aut de sera
pubertate ꝓportione tam longę uitę: aut
de filiis q cōmemorant̄ in generatōibus
q̄ non fuerint ṗmogeniti: sʒ hi p quos ad
eū quem intendebat auctor libri poterat
puēire: sicut ad Noe in generatōib9 Seth.
Proinde ī generatōib9 Cayn si nō occur-
rit q deberet ītendi: ad quē pretermissis
ṗmogenitis p eos q cōmēorati sunt puēiri
oportebat: sera pubertas intelligēda re-
stabat: ut aliq̄nto p9 centū ānos puberes
habilesq; ad gignendum facti fuerint: ut
ordo generatōnū p ṗmogeītos curreret:
& usq; ad diluuiū ad numerū annorum
tantę quātitatis occurreret. Quāuis fieri
possit ut ꝓpter aliquā secretiorē cām quę
me latet: usq; ad Lamech & ei9 filios ge-
nerationū puēiēte contextu: cōmēdaret̄
hęc ciuitas quā dicim9 terrenā: ac deinde
cessaret scṗtor libri cōmemorare cęteras:
quę usq; ad diluuiū esse potuerūt. Potest
et illa esse cā cur non ordo generationū p
ṗmogenitos duceret̄: ut necesse non sit in

illis hoībus tā seram credere pubertatē:
q̄ scilʒ eadem ciuitas quā Cayn in nomīe
Enoch filii sui cōdidit: lōge lateq; r̄gnare
potuerit: et reges hēre non sil' plures: sed
suis ętatibus singl'os: quos genuissent sibi
successuros quicunq; regnassent. Horum
regū ṗmus eē potuit ip̄e Cayn: scd̄s eius
filius Enoch ī cuius nomīe ubi regnaret̄
condita ē ciuitas: tertius Irad quē genuit
Enoch: q̄rtus Manihel quē genuit Irad:
qntus Matusahel quem genuit Manihel:
sextus Lamech quē genuit Matusahel: q
est septim9 ab Adam per Cayn. Non aūt
erat consequēs ut ṗmogeniti in regnum
regnātibus succederent pr̄ibus: sed quos
regnandi meritū ꝓpter uirtutem terrenę
utilem ciuitati: uel sors aliq̄ reperiret: uel
ille potissimuʒ succederet pr̄i hereditario
quodā iure regnādi: quē prę cęteris filiis
dilexisset. Potuit aūt uiuente adhuc La-
mech atq; regnante fieri diluuiū: ut ip̄m
cū aliis oībus hoībus exceptis qui ī arca
fuerūt quem perderet inuēiret. Neq; eniʒ
mirandū ē: si uaria q̄titate numerositatis
annoꝝ īterposita: p tam longā ętatem ab
Adam usq; ad diluuiū non ęq̄lis numeri
generatōēs habuit utraq; ꝓgenies: sed p
Cayn septem: p Seth aūt decem: septim9
est enī ut iā dixi ab Adam usq; Lamech:
decim9 Noe. Et ideo nō unus fili9 Lamech
sicut in cęteris supius: sʒ plures cōmēorati
sunt: qa incertū fuerat qs ei fuissʒ mortuo
successurus: si regnādi tempus inter ip̄m
& diluuiū remāsisset. Sed quoq̄modo se
hēat: siue per ṗmogenitos siue p reges ex
Cayn generationū ordo decurrens: illud
mihi nullo pacto pretereundum silentio
uidet̄: q̄ cū Lamech septimus ab Adam
fuisset inuentus: tot eius ānumerati sunt
filii donec undenarius numerus ipleret̄:
quo significat̄ pc̄tm. Addunt̄ enim tres
filii et una filia. Vxores aūt aliud possūt
significare: nō hoc qd̄ nūc cōmendādum
uidet̄. Nūc enī de generatōibus loqmur:

ille ů unde sint genitę tacitū est. Quoniā
ğ lex denario numero predicatᷣ: unde est
mēorablis ille decalogus: ꝓfcto numer9
undenarius qm̄ transgreditur denariuꝫ:
trāsgressionē legis ac ꝑ hoc pc̄tm sigͣficat.
Hinc est ꝙ ī tabernaculo testimonii quod
erat ī itinere ppli dei uelut templū ambu-
latoꝝ: undeciꝫ uela cilicina fieri precepta
sunt. In cilicio qppe recordatō est pc̄toꝝ:
propter hedos ad sinistrū futuros: quia
confitentes in cilicio ꝓsternimur: tanq̄m
dicētes qd̄ in psalmo sc̄ptū est: pc̄tm meū
ante me ē semp. Progenies ğ ex Adam ꝑ
Cayn sceleratū undenario numero finitᷣ:
quo pc̄tm sigͣficatᷣ: et ipe numer9 a femia
clauditᷣ: a quo sexu initiū factū est pc̄ti ꝑ
qd̄ oēs morimur. Cōmissum est aūt ut &
uoluptas carnis quę spiritui resisteret se-
quęretᷣ. Nam et ipsa filia Lamech Noema
uoluptas interpretatᷣ. Per Seth autē ab
Adam usq; ad Noe denarius insinuatur
legitim9 numerus. cui Noe tres adiciuntᷣ
filii: unde uno lapso duo bn̄dicuntᷣ a p̄re:
ut remoto reprobo & probatis filiis ad
numerū additis: etiā duodenari9 nume-
rus intimetᷣ: q et ī p̄triarcharū & ī aploꝝ
numero insignis est: propter septenarii
ptes alterā ꝑ alteraꝫ multiplicatas. Nam
ter q̄terni uel q̄ter terni ipm faciunt. His
ita se hn̄tibus: uideo cōsiderandū et com-
memorandum: ista utraq; progenies quę
distinctis generationibus duas insinuat
ciuitates: unā terrigenaꝝ alterā regene-
ratoꝝ: quō postea sic cōmixta fuerit atq;
confusa: ut uniuersum genus humanum
exceptis octo hoīb9 ꝑire mer̄etᷣ diluuio.

P Rimo aūt intuendū ē: ¶ Ca. xxi.
q̄madmodū cū ex Cayn generatoēs
enumerarentᷣ: cōmemorato ante ceteros
posteros eius illo in cui9 noīe condita est
ciuitas id ē Enoch: cōtexti sunt ceteri usq;
ad illū finē de quo locut9 sum: donec illd̄
genus atq; illa uniuersa ꝓpago diluuio
deleretᷣ: cū ů filius Seth unus cōmēorat9
fuisset Enos: nondum usq; ad diluuium
additis ceteris: articulus qdā interponitᷣ
& dicitᷣ: hic liber natiuitatis hoium: qua
die fecit de9 Adam: ad imaginē dei fecit
illū: masclm & feminā fecit eos: et bene-
dixit illos: et cognoiauit nom̄ eoꝝ Adā:
qua die fecit illos. Quod m̄ uidetᷣ ad hoc
interpositū: ut hinc rursus inciꝑet ab ipo
Adam dinumeratio tempoꝝ: quā uoluit
facere q hec sc̄psit ī ciuitate terrena: tanq̄
eā deus sic cōmēoraret ut non cōputaret.
Sed q̄re hinc reditᷣ ad istā recapitlatoēꝫ:
posteaq̄ cōmēoratus est filius Seth homo
q sperauit inuocare nomē dn̄i dei: nisi qa
sic oportebat istas duas ꝓponere ciuita-
tes: unā ꝑ homicidam usq; ad hōicidam:
nam et Lamech duabus uxorib9 suis sese
ꝑpetrasse hōicidiū confitetᷣ: alterā per eū
q sperauit inuocare nomē dn̄i dei. Hoc ē
qppe in hoc mūdo peregnantis ciuitatis d̄i
totum atq; summū in hac mortalitate ne-
gotiū: quod ꝑ unū hoiem quē sane occisi
resurrectō genuit: cōmendandū fuit. Hō
quippe ille unus totius supnę ciuitatis est
unitas: nondū qdem cōpleta: ſꝫ premissa
ista ꝓphica prefiguratiōe cōplenda. Fili9
ğ Cayn hoc ē filius possessiōis: cuius nisi
terrenę ciuitatis hēat nomen: in ciuitate
terrena quę in ei9 noīe condita est. De his
est. n. de qb9 cantatᷣ in psalmo: inuocabūt
noīa eoꝝ ī terris ipoꝝ: ꝓpter qd̄ seqtᷣ eos
qd̄ in alio psalmo sc̄ptū est: dn̄e ī ciuitate
tua imaginē eoꝝ ad nihilū rediges. Fili9
aūt Seth hoc ē filius resurrectoīs: speret
inuocare nom̄ dn̄i d̄i. Eam qppe societatē
hoium prefigurat quę dicit: ego aūt sicut
oliua fructifera ī domo dei: speraui ī mi-
sericordia dei. Vanas autē gl̄ias famosi
in terra noīs non requirat. Beatus eniꝫ uir
cui9 est nomē dn̄i spes eius: et nō respexit
in uāitates et insanias falsas. Propositis
itaq; duabus ciuitatibus: una in re huius
seculi: altera ī spe dei: tāq̄ ex cōi quę apta
est in Adam ianua mortalitatis egressis;

ut percurrant & discurrant ad discretos
ꝓpos & debitos fines: incipit dinume-
ratio tempoꝝ in qua & alię generationes
adiūguntꝰ: facta recapitulatōe ex Adam:
ex cuiꝰ origine dānata ueluti massa una:
meritę damnatiōi tradita fecit deus alia
in cōtumeliā uasa irę: alia in hōrem uasa
misericordię: illis reddēs qđ debetur in
pęna: istis donans qđ nō debetꝰ in grā: ut
ex ipa etiā compatiōe uasoꝝ irę: superna
ciuitas discat que pegrinatꝰ in terris: non
fidere libertate arbitrii sui: sꝫ speret iuo-
care nomē dñi dei: qm̄ uolūtas in natura
quę facta ē bona a bono deo: sꝫ mutabilis
ab imutabili: ex nihilo ab eo qui est: et a
bono pōt declinare ut faciat malū: qđ fit
libero arbitrio: et a malo ut faciat bonū;
quod non fit sine diuino adiutorio.

Hoc itaqꝫ libero ❧ Caplm̄. xxii.
uolūtatis arbitrio: generatiōe hu-
mana ꝓgrediente atqꝫ crescente facta est
pmixtio: et iniqtate participata quędam
utriusqꝫ cōfusio ciuitatis. qđ malū a sexu
fęmineo cām rursus inuēit: nō qdem illo
mō quo ab initio. Non enī cuiusq̄ etiā tūc
fallacia seductę illę fęmię psuaserꝰt pcc̄m
uiris: sꝫ ab initio quę prauis moribꝰ fue-
rant i terrena ciuitate id ē in terrigenarū
societate: amatę sunt a filiis dei ciuibꝰ scilꝫ
pegrinātis in hoc sęculo alteriꝰ ciuitatis:
ꝓpter pulcritudinē corpm. qđ bonū dei
qdem donū est: sꝫ ꝓpterea id largitꝰ etiā
malis: ne magnū bonum uideatur bōis.
Deserto itaqꝫ magno bono & bonorū ꝓ-
prio: lapsus ē factꝰ ad bonū minimū: non
bonis propriū sꝫ bonis malisqꝫ cōe: ac sic
filii dī filiaꝝ hoīm amore sunt capti: atqꝫ
ut eis cōiugibus fruerentꝰ in amorē socie-
tatis terrigenę defluxerꝰt: deserta pietate
quā i scā societate seruabāt. Sic. n. corpis
pulcritudo: a deo qdem factū sꝫ tempale
carnale infimū bonū: male amatꝰ postpo-
sito dō ęterno: iterno: sempiterno bono:
queādmodum iustitia deserta & aurum
amatur ab auaris: nllō peccato auri sed
hominis. Ita se habet oīs creatura. Cum enī
bona sit: et bene pōt amari & male. bene
scilicet ordine custodito: male aūt ordīe
pturbato. Quod i laude qdam creatoris
breuiter uersibꝰ dixit. Hęc tua sunt bona
sunt: qa tu bonꝰ ista creasti. Nihil nostrū
est in eis nisi qđ peccamꝰ amātes. Ordine
neglecto ꝓ te qđ condit abs te. Creator
aūt si ueraciter ametꝰ: hoc ē si ipe nō aliud
ꝓ illo qđ nō est ipe ametꝰ: male amari nō
pōt. Nam et amor ipse ordīate amādus
est: quo bene amatꝰ quod amandū est: ut
bene sit i nobis uirtus qua uiuitur bene.
Unde m̄ uidetꝰ ꝙ diffinitō breuis et uera
uirtutis: ordo est amoris. Propter qđ in
scō cantico canticoꝝ cātat sponsa christi:
ciuitas dei. Ordinate i me caritatē. Huiꝰ
igr̄ caritatis hoc est dilectōnis & amoris
ordine pturbato: deū filii dei neglexerꝰt:
et filias hoīum dilexerūt: qbus duobus
nominibus satis ciuitas utraqꝫ discernitꝰ.
Neqꝫ. n. et illi nō erāt filii hoīm p naturā:
sꝫ aliud nomen habere cępant p gratiam.

Nam et in eadem ❧ Caplm̄. xxiii.
scptura ubi dicti sūt dilexisse filias
hoīm filii dei: iidem dicti sunt etiā angeli
dei. unde illos multi putant nō homines
fuisse sed anglōs. Quam questionem nos
transeunter cōmemoratam: in tertio huiꝰ
operis libro reliqmus insolutam. utrum
possint anglī cum spiritus sint corpaliter
coire cum fęminis. Scriptum ē enīꝫ. Qui
facit angelos suos spiritus: id est eos qui
natura spūs sunt facit esse angelos suos:
iniungendo eis offitium nuntiandi. Qui
enīꝫ gręce dicitꝰ angelos: qđ nomē latina
declinatiōe angelus phibetꝰ: latina lígua
nuntius interpretatur. Sed utrum eoruꝫ
corpora consequēter adiunxerit dicēdo:
et ministros suos ignem ardentem: an ꝙ
caritate tanq̄ igne spūali feruere debeant
ministri eius: ambiguūꝫ est. Apparuisse
tamen hoībus angelos i talibꝰ corpibus:

ut non solum uideri uerum etiam tangi
possent: eadem uerissia scptura testatr. Et
qm creberrima fama ẽ: multiq; se exptos
uel ab eis qui experti eẽnt: de quoꝝ fide
dubitandum non est audisse confirmant:
siluanos & faunos quos uulgo incubos
uocant: iprobos sepe extitisse mulierib9:
& earum appetisse ac pegisse cõcubitũ: et
quosda; demoẽs quos dusios galli nũcu-
pant: hanc assidue imunditã & tẽptare
et efficere plures talesq; asseuerant: ut hoc
negare ipudẽtie uideatr. Non hinc aliqd
audeo temere definire: utrum aliq spũs
elemento aereo corporati sũt: nã hoc ele-
mentũ etiã cũ agitatr flabello: sensu corpis
tactuq; sentitr: possint etiã hanc pati libi-
dinem: ut quõ possũt sentientib9 feminis
misceantr. Dei tam angelos scõs nullo mõ
illo tempore sic labi potuisse crediderim:
nec de his dixisse aplm Petrũ. Si eni; de9
angelis peccantib9 non pepcit: s; carcerib9
caliginis inferi retrudẽs tradidit i iuditõ
puniẽdos reseruari: sed potius de illis q
pmũ apostatãtes a deo cũ diablo pncipe
suo ceciderunt: q pmũ hoiem p inuidiam
serpentina fraude decepit. Angelos aũt
fuisse etiã dei hoiẽs nuncupatos: eadem
scptura scã locupletissima testis est. Nam
& de Iohãne scptũ est. Ecce micto anglm
meũ ante fatiẽ tuã: q prepabit uiam tuã.
Et Malachias pphã ppria quadã id est
ppe sibi ipertita grã dictus ẽ angls. Veru;
hoc mouet quosdã: qꝫ ex illis q dicti sunt
angli dei: et ex mulierib9 quas amauert:
nõ qsi hoiẽs generis nri s; gigãtes legim9
eẽ natos: qsi ũ corpa hoim modũ nostrũ
longe excedentia: qd etiã supra cõmemo-
raui: nõ etiã nris tpibus nata sint. Nonne
ante paucos annos cũ romane urbis qd
a gothis factũ est ppiquaret excidium:
rome fuit femina cũ suo pre & sua mre:
que corpe qdãmõ gigãteo longe ceteris
pmineret: ad quã uisendã mirablis fiebat
usq;qq; cõcursus. Et hoc erat maxie ad-
mirationi: qꝫ ambo pntes eius nec saltem
tam longi hoiẽs erãt: q longissios uidere
cõsueuimus. Potuerũt igitr gigãtes nasci:
et pusq filii dei q & angeli dei dicti sunt:
filiab9 hoim hoc est sm hoiem uiuentium
miscerentr: filii scil; Seth filiab9 Cayn. Nã
& canonica scptura sic loqtr: in quo libro
hec legimus: cui9 uerba ista sunt. Et fctm
est postq ceperunt hoiẽs multi fieri super
terrã: et filie nate sũt illis: uidẽtes angeli
dei filias hoium qa bone sunt: sumpserũt
sibi uxores ex oĩbus quas elegerãt. Et
dixit dñs deus. Non pmanebit spũs me9
in hoib9 his in eternũ: ppter qꝫ caro sũt.
Erunt autẽ dies eoꝝ centũ uiginti anni.
Gigãtes autẽ erant sup terrã in dieb9 illis.
Et post illud cũ intrarẽt filii dei ad filias
hoim & generarẽt sibi: illi erant gigãtes
a seculo hoiẽs nominati. Hec libri uerba
diuini satis indicãt: iam illis dieb9 fuisse
gigãtes sup terram: qn filii dei acceperũt
uxores filias hoim: cũ eas amarẽt bonas
id est pulcras. Cõsuetudo qppe scripture
hui9 est: etiã speciosos corpe bonos uocar.
Sed et postq hoc fctm ẽ nati sũt gigãtes.
Sic eni ait. gigãtes aũt erant sup terram
in diebus illis. Et post illud: cũ intrarẽt
filii dei ad filias hoim. Ergo & an in illis
diebus & post illud. Quod aũt ait et ge-
nerabant sibi: satis ostendit qꝫ pus anteq
sic caderent filii dei: deo generabant non
sibi: id ẽ nõ dñante sibi libidie coeundi: s;
seruiente offitio ppagandi: nõ familiam
fastus sui: s; ciues ciuitatis dei: qbus an-
nũtiauerant tanq angeli dei: ut ponerent
in deo spem suã: similes illi9 q natus ẽ de
Seth filius resurrectõis: et sperauit in-
uocare nomẽ dñi dei: in qua spe essent cũ
suis posteris coheredes eternoꝝ bonoꝝ:
et sub deo pre fres filioꝝ. Non autẽ illos
ita fuisse anglos dei ut homies non eẽnt:
sicut putant qdam: sed hoiẽs pculdubio
fuisse scptura ipsa sine ulla ambiguitate
declarat. Cũ eni premissũ esset qꝫ uidẽtes

angeli dei filias hominum qa bonę sunt: sumpserunt sibi uxores ex oīibus quas elegerant: mox adiunctū est et dixit dn̄s deus: nō pmanebit spūs meus in hōibus his in ęternū: propter ꝙ caro sunt. Spūs dei quippe fuerūt facti angeli dei & filii dei. sed declinando ad inferiora homies dicūtur noīe naturę non gratię: dicuntur & caro desertores spiritus: et deserēdo deserti. Et septuaginta qdem īterprętes: et angelos dei dixerūt istos & filios dei: quod qdem etiā non habēt oēs codices. nā qdam nisi filios dei nō habēt. Aquila autē quē interpretem iudei cęteris anteponunt: nō angelos dei nec filios dei: sed filios deoꝝ interpretatus est. Vtrūqꝫ aūt uerum est. Nam & filii dei erāt: sub quo patre suorū patrū etiā fratres erant. filii deoꝝ: quoniā a diis geniti erant: cū qb9 etiā ipi dii erant: iuxta illud psalmi. Ego dixi dii estis: et filii excelsi omēs. Merito enī credūtur septuaginta interpretes accepisse propheticū spiritū. ut siquid eius auc̄te mutarent: atqꝫ aliter q̄ erat quod interpretabanṫ dicerent: neqꝫ hoc diuīt9 eē dictū dubitareṫ. Quāuis hoc ī hebreo eē perhibeaṫ ambiguū: ut filii dei & filii deoꝝ posset interpretari. Omictam9 igiṫ earū scp̄turarū fabl'as quę apocrifę nuncupantur: eo ꝙ earum occulta origo non claruit p̄rībus: a qbus usqꝫ ad nos auctoritas ueratium scp̄turarum certissima & notissima successione puēit. In his autem apocrifis & si inueniṫ aliqua ueritas: tn̄ ꝑpter multa falsa nll'a ē canōica auc̄tas. Scripsisse quidem nōnulla diuina Enoch illū septimū ab Adam negare nō possumus: cū hoc in ępistola canonica Iudas ap'ls dicat. Sed non frustra nō sunt in eo canone scp̄turarum: q seruabaṫ in tēplo hebrei populi succedētium diligentia sacerdotum. Cur aūt hoc: nisi qa ob antiqtatē suspectę fidei iudicata sunt: nec utrū hęc eēnt quę ille scp̄sisset poterat inueniri:

non talibus ꝓferentibus q ea per seriem successionis repirenṫ rite seruasse. Vnde illa quę sub eius nomie ꝓferuntur: etiam continent istas de gigātibus fabulas: ꝙ non habuerūt hoīes patres: recte a prudentib9 iudicanṫ non ipius eē credenda: sicut multa sub nōibus & alioꝝ ꝓphaꝝ: et recentiora sub nōibus apostolorum ab hereticis ꝓferunṫ: quę oīa sub noīe apocrifoꝝ ab auctoritate canonica diligenti examinatiōe remota sunt. Igiṫ scd̄m scp̄turas canōicas hebreas atqꝫ christianas: multos gigātes anͣ diluuiū fuisse dubiuꝫ nō est: et hos fuisse ciues terrigenę societatis hoīm: dei aūt filios q scd̄m carnem de Seth propagati sunt: in hāc societatē deserta iustitia declinasse. Nec miranduꝫ est: ꝙ etiā de ipis gigantes nasci potuerṫ. Neqꝫ eniꝫ omēs gigantes fuerūt: sꝫ magis multi utiqꝫ tūc fuerunt: q̄ post diluuium tempibus cęteris. Quos propterea creaṙ placuit creatori: ut hinc etiā ostēdereṫ: non solū pulcritudines uerū etiā magnitudines & fortitudines corporum non magnipēdendas esse sapienti: q spūalib9 atqꝫ immortalibus lōge melioribus atqꝫ firmioribus: et bonoꝝ propꝛis nō bonoꝝ malorumqꝫ cōmunibus beatificaṫ bonis. Quā rem alius propħa cōmendans ait. Ibi fuerūt gigātes illi noīati: q ab initio fuerunt staturosi: scientes prelium. Non hos elegit dominus: nec uiā sciētię dedit illis: sed interierunt quia non habuerunt scientiā: perierūt ꝑpter incōsiderātiam.

Quod aūt dixit ¶ Cap. xxiiii.
deus: erūt dies illoꝝ centū uiginti anni: non sic accipiendum est: quasi prenūtiatum sit post hęc hoīes centū uiginti annos uiuendi nō transgredi: cū & post diluuiū etiā qngētos excessisse īueniam9. Sed intelligendum est hoc deū dixisse cū circa finem qngentoꝝ annoꝝ esset Noe: id ē quadringentos octoginta uitę ānos ageret: quos more suo scp̄tura qngentos

uocat: nomine totius maximam partem
plerūq; significans: sexcentesimo quippe
anno uitę Noe: secūdo mense factum est
diluuiū. Ac sic centū uiginti āni predicti
sunt futuri uitę hoīum perituroꝝ: q̄bus
transactis diluuio delerent̄. Nec frustra
credit̄ sic factum esse diluuium: iam non
inuentis in terra qui non erant digni tali
morte defūgi: qua ī impios uindicatum
est: nō ꝙ hic quicq̄ bonis q̄n̄q; morituris
tale genus mortis faciat aliq̄d quod eis
possit obesse p⁹ mortē. Verūtamen nullus
eoꝝ a diluuio mortuus ē: quos de semīe
Seth ꝓpagatos scā scṗtura cōmemorat.
Sic aūt diuinitus diluuii causa narrat̄.
Videns inq̄t dn̄s deus quia multiplicatę
sunt malitię hoīm sup terrā: et ꝙ unusq̄sq;
cogitat ī corde suo diligēter sup maligna
oēs dies: cogitauit q̄a fecit hoīem super
terrā: et recogitauit & dixit d̄s. Delebo
hoīem quē feci a facie terrę: ab hoīe usq;
ad pecus: et a repentib⁹ usq; ad uolatilia
cęli: q̄a iratus sum quoniam feci eos.

Ira dei non ꝑturbatio ¶ Cap. xxv.
animi eius est: s; iudiciū quo irrogat̄
pęna peccato. Cogitatio uero eius & re-
cogitatio: mutandaꝝ rerū est īmutabilis
ratio. Neq; enī sicut hoīem ita deū cuiusq̄
facti sui penitet: cui⁹ est de oīmibus oīno
rebus tā fixa sententia q̄ certa prescientia.
Sed si non utat̄ scṗtura talib⁹ uerbis: non
se quodammodo familiarius insinuabit
oīmi generi hoīm q̄bus uult esse consultū:
ut et terreat sup̱bientes: et exerceat quę-
rentes: et excitet negligentes: et alat in-
telligētes. Quod non faceret: si nō se ꝓ̇us
inclinaret et quodāmodo descēderet ad
iacentes. Quod aūt etiā interitum oīum
aīalium terrenoꝝ uolatiliūq; denuntiat:
magnitudinē futurę cladis effatur: non
aīantibus rōnis expertibus tanq̄ & ipsa
peccauerint minat̄ excitiū. ¶ Ca. xxvi.

Iam uero ꝙ Noe hōi iusto & sicut de
illo scriptura ueridica loquitur in sua
generatione ꝑfecto: non utiq; sicut perfi-
ciendi sunt ciues ciuitatis dei ī illa īmor-
talitate qua ęq̄bunt̄ angelis dei: sed sicut
eē possūt in hac ꝑegrīnatōe ꝑfecti: imperat
deus ut arcam faciat: in qua cū suis id ē
uxor̄ filiis & nuribus: et cū aīalibus quę
ad illū ex dei pręcepto ī arcam ingressa
sūt liberaret̄ a uastitate diluuii: ꝓculdu-
bio figura est peregrinātis in hoc sęculo
ciuitatis dei: hoc est ęcclię quę fit salua ꝑ
lignum in quo pependit mediator dei et
hoīm homo xp̄us Ih̄s. Nam & mensurę
ip̄ę lōgitudinis et latitudīs & altitudīs
eius: significant corpus hūanū: in cuius
ueritate ad hoīes prenūtiatus est uētur⁹:
et uenit. Humani q̄ppe corp̱is lōgitudo
a uertice usq; ad uestigia: sexies tantum
habet q̄ latitudo quę ē ab uno latere usq;
ad alterū latus: et decies tm̄ q̄ altitudo:
cuius altitudinis mensura est in latere a
dorso usq; ad uentrem: uelut si iacentem
hoīe; metiaris supinū seu pronū: sexties
tantū longus est a capite usq; ad pedes:
q̄ latus a dextera ī sinistrā ul' a sinistra in
dextram: et decies q̄ altus a terra. Vnde
facta est arca trecentorū in longitudine
cubitoꝝ: et q̄nquaginta in latitudine: et
& triginta in altitudine. Et ꝙ ostium in
latere accepit: profecto illud est uulnus
quādo latus crucifixi lancea ꝑforatū est.
Hac q̄ppe ad illū uenientes ingrediunt̄:
quia inde sacramenta manarunt quibus
credentes initiantur. Et ꝙ de lignis qua-
dratis fieri iubetur: undiq; stabilem uitā
sanctoꝝ significat. Quacūq; eni; uerteris
quadratū: stabit. Et cętera quę in eiusdem
arcę constructōne dicūtur: ęcclesiasticaꝝ
signa sunt rerum. Sed ea nunc prosequi
longum ē. et hoc iam fecimus ī opere q̄d
aduersus Faustum manicheū scripsimus:
negantem in libris hebreorum aliq̄d de
christo eē prophetatum. Et fieri quidem
potest: ut & nobis quispiam et alius alio
exponat hęc aptius: dū tn̄ ea quę dicunt̄

ad hanc de qua loqmur dei ciuitatem: in
hoc seculo maligno tanq̄m in diluuio pe-
grinātem oīa referantur: si ab eius sensu
qui ista conscripsit: non uult longe aber-
rare qui exponit. Exempli gratia: uelut si
qspiam quod hic scptum est arcę iferiora
bicamerata & tricamerata facies ea: non
quod ego ī illo opere dixi uelit intelligi:
quia ex oībus gentib9 ęcclesia cōgregat̄:
bicameratā dictā ꝓpter duo genera hoīz
circūcisionem scilicet & pręputium: quos
apl's et alio modo dicit iudeos et gręcos:
tricameratam uero eo ꝙ omēs gentes de
tribus filiis Noe post diluuium reparatę
sunt: sed aliud dicat aliquid quod a fidei
regula nō sit alienū. Nam qm̄ non solum
in inferioribus mansiones habere arcam
uoluit: uerū etiam in superioribus: et hęc
dixit bicamerata: et in supioribus supiorꝝ:
et hęc appellauit tricamerata: ut ab imo
sursum uersus tertia consurgeret hītatio:
possunt hęc intelligi & illa tria quę com-
mendat apl's: fides: spes: caritas: possunt
etiaꝫ multo cōuenientius tres illę ubertates
euanglicę: tricena: sexagena: centena: ut
in infimo habitet pudicitia coniugalis:
supra uidualis: atq; hac supior uirginal':
& siquid melius ꝯm fidem ciuitatis hui9
intelligi & dici pōt. Hoc etiaꝫ de cęteris
quę hic exponenda sunt dixerim: quia et
si non uno disserūtur modo: ad unam tn̄
catholicę fidei concordiā reuocāda sunt.

Caplm̄. xxvii.

Non tamē qsq̄m putar̄ debet: aut frustra hęc eē cō-
scripta: aut tantūmodo rerum gestarum
ueritatē sine ullis allegoricis sig̃ficatōib9
hic esse quęrendam: aut ecōtrario hęc oīo
gesta nō esse: ꝫ solas esse uerbꝫ figuras:
aut quidqd illud est nequaq̄ ad ꝓphetiaꝫ
ęcclię ptinere. Quis. n. nisi mente puersus
inaniter scriptos esse contendat libros: p
annoꝝ milia tanta religiōe & tā ordīate
successionis obseruantia custoditos: aut
solas res gestas illic intuēdas: ubi certe
ut alia omictam: si numerositas aīalium
cogebat arcę tantā fieri magnitudinem:
immūda bina et mūda septena ītromicti
aīmalia quid cogebat: cū ęquali numero
possent utraq; seruari? Aut uero deus q
propter reparandum genus seruanda
pręcepit: eo modo illa quo īstituerat re-
stituere non ualebat? Qui uero non esse
gesta: ꝫ solas rerū significandaꝝ figuras
eē contendūt: pmum opinant̄ tā magnū
fieri non potuisse diluuium: ut altissimos
montes qndecim cubitis aqua crescendo
transcenderet: propter olimpi uerticem
montis supra quā perhibētur nubes non
posse conscendere: ꝙ tam sublimis q̄ cęlū
sit: ut nō ibi sit aer iste crassior ubi uenti
nebulę imbresq; gignūtur: nec actendūt
oīum elementorum crassissimā terram ibi
esse potuisse. An forte negant esse terraꝫ
uerticem montis. Cur igr̄ usq; ad illa cęli
spatia terris exaltari licuisse: et aqs ex-
altari non licuisse contendūt: cū isti men-
sores & pensores elementorum aquas
terris ꝓhibeant supiores atq; leuiores?
Quid itaq; rationis afferunt: quare terra
grauior & inferior locū cęli tranqllioris
inuaserit per uolumina tot annorum: et
aqua leuior ac superior permissa non sit
hoc facere saltem ad tempus exiguum?
Dicunt etiā non potuisse capere arcę illi9
quātitatem aīmalium genera tam multa
in utroq; sexu: bina de imundis: septena
de mundis. Qui mihi uidētur non com-
putare nisi trecenta cubita longitudinis:
et latitudinis quinquaginta: triginta al-
titudinis: nec cogitare aliud tantū esse in
superioribus: itemq; aliud tantū in supe-
rioribus superiorū: ac per hoc ter ducta
illa cubita fieri nōgenta per longum: cen-
tum qnquaginta per latum: nonaginta
per altum. Si autē cogitemus quod Ori-
genes non ineleganter astruxit: Moysen
scilicet hominē dei eruditum sicut scptum
est omi sapientia egiptioꝝ: q geometricā

dilexerunt: geometrica cubita significare potuisse: ubi unũ quãtum sex nr̃a ualere asseuerant: quis non uideat quãtum rerũ capere potuit illa magnitudo? Nam illđ quod disputãt tantę magnitudĩs arcam non potuisse compingi: ineptissĩe calumniantur: cũ sciant immensas urbes fuisse constructas: nec actendunt centũ annos quibus arca illa est fabricata. Nisi forte lapis lapidi adherere põt sola calce coniunctus: ut murus p tot milia circũagat̃: & lignum ligno per suscudines epyros clauos gluten bituminis non potest adherere: ut fabricaretur arca non curuis sꝫ rectis lineis longe lateq; porrecta: quã nullus in mare mictat conatus hominũ: sed leuet unda cũ uenerit naturali ordĩe ponderum: magisq; diuina prouidentia q̃ hũana prudentia natantem gubernet: ne incurrat ubicunq; naufragium. Quod autem scrupulosissime quęri solet de minutissimis bestiolis: nõ solum quales sunt mures & stelliones: uerum etiam quales locustę: scarabei: muscę: deniq; et pulices: utrum nõ amplioris numeri in arca illa fuerint q̃ qui est definitus: cũ hoc ĩparet deus: prius admonẽdi sunt quos hęc mouent: sic accipiendum esse quod dictũ est quę reptant super terram: ut necesse non fuerit conseruari in arca quę possunt in aquis uiuere: non solũ mersa sicut pisces: uerum etiã supnatantia sicut multę alites. Deinde cum dicitur masculus & fęmina erunt: profecto intelligitur ad repanduꝫ gen9 dici. Ac p hoc nec illa necesse fuerat ibi eẽ: quę possunt sine cõcubitu de qb9q; rebus uel rerum corruptiõibus nasci; uel si fuerũt sicut ĩ domibus eẽ consueuerũt: sñ ullo numero definito eẽ potuisse. Aut si misterium sacratissimum qđ agebatur: & tantę rei figura etiam in ueritate facti aliter non posset impleri: nisi ut oĩa ibi certo illo numero eẽnt quę uiuere ĩ aquis natura prohibente non possent: non fuit ista cura illius homĩs uel illorũ hominuꝫ: sed diuina. Non enĩ ea Noe capta intromictebat: sed uenientia & intrantia permictebat. Ad hoc enĩ ualet quod dictum est: intrabunt ad te. non scilicet hoĩs actu sed dei nutu: ita sane ut nõ illic fuisse credenda sint quę sexu carent. Pręscriptum est enĩ atq; diffinitum: masculus et fęmĩa erunt. Alia sunt quippe quę de quibusq; reb9 sine concubitu ita nascunt̃: ut postea concũbant & generent: sicut muscę. alia uero in quibus nihil sit maris & fęminę sicut apes. Ea porro quę sic habent sexuꝫ ut non habeant fętum sicut muli et mulę: mirũ si ibi fuerunt: ac non potius pentes eorũ ibi fuisse suffecerit: eqnũ uideꝫ atq; asininũ genus: et siqua alia sũt quę commixtione diuersi generis genus aliquod gignunt. Sed et si hoc ad misterium pertinebat: ibi erant: habet enĩ & hoc genus masculum & fęminã. Solet etiaꝫ mouere nõnullos: genera escarum quę illic habeñ poterant aĩmalia quę non nisi carne uesci putãtur: utrum pręter numerum ibi fuerint sine transgressione mãdati: quę alioꝝ alendorũ necessitas illic coegisset includi. an uero quod potius est credendũ pręter carnes aliqua alimẽta esse potuerũt: quę oĩbus conuenirent? Nouimus.n. q̃ multa aĩmalia quibus caro cibus est frugibus pomisq; uescantur: et maxime fico atq; castaneis. Quid g͂ mirũ si uir ille sapiens et iustus: etiam diuinitus admonitus qđ cuiq; cõgrueret: sine carnibus aptã cuiq; generi alimoniã pręparauit & cõdidit? Quid ẽ aũt quo uesci nõ cogeret fames? Aut quid non suaue aut salubre facere posset deus: qui etiã ut sine cibo uiuerent diuina facilitate donaret: nisi ut pascerentur etiam hoc implendę figurę tanti misterii cõueniret? Non autem ad pręsignãdam ęcclesiã ptinere tã multiplicia rerũ signa gestarũ: nisi fuerit cõtentiosus nemo pmictitur opinari. Iam enĩ gentes

ita ęcclesiam repleuerunt: mũdiq; & im-
mundi donec certum perueniatur ad finẽ:
ita eius unitatis quadam compagine cõ-
tinentur: ut ex hoc uno manifestissimo:
etiam de ceteris quę obscurius aliquanto
dicta sunt & difficilius agnosci queunt:
dubitari fas non sit. Quę cum ita sint: sic
nec inaniter ista esse conscripta putare quisq̃
uel durus audebit: nec nihil significare
cum gesta sint: nec sola dicta esse signifi-
catiua non facta: nec aliena esse ab ęcclĩa
significanda probabiliter dici potest: sed
magis credẽdum est & sapienter eẽ me-
morię literisq; mãdata: et gesta eẽ & sig̃-
ficare aliquid: et ipsum aliquid ad prefi-
gurandam ęcclesiam ptinere. Iam usq; ad
hunc articulum pductus liber iste clau-
dendus est: ut ambarũ ciuitatum cursus
terrenę scilicet et scd̃m hoiem uiuentis: et
cęlestis sm deũ post diluuiũ & deinceps
in rebus consequẽtibus regratur.

Post diluuium pcur-
rẽtis sanctę uestigia
ciuitatis: utrum cõ-
tinuata sint: an inter-
currẽtibus ipietatis
interrupta tempib9:
ita ut nullus hominum ueri unius dĩ
cultor existeret: ad liqdum scripturis
loquentibus inuẽire difficile est. pp-
terea qa in canonicis libris post Noe
qui cum coniuge ac tribus filiis toti-
demq; nurib9 suis: meruit per arcam
a uastatione diluuii liberari: nõ inue-
nim9 usq; ad Abraam cuiusq̃ pietatẽ
euidenti diuino eloquio predicatam: nisi
q Noe duos filios suos Sem et Iaphet p-
phetica benedictione cõmendat: intuens
& preuidẽs quod longe fuerat p9 futurũ.
Vnde factum est etiã illud: ut filium suũ
mediũ hoc ẽ pmogẽito minorẽ ultimoq;
maiorem: q peccauerat in patrem: nõ in

ipso s; in filio eius suo nepote malediceret
his uerbis. Maledictus Chanaan puer:
famulus erit frĩbus suis. Chanaan porro
natus fuerat ex Cham: q prĩs dormiẽtis
nec texerat sed potius prodiderat nudi-
tatem. Vnde & consecutus adiungit bñ-
dictionẽ duorũ maximi & minimi filiorũ:
dicens. Benedictus dominus deus Sem:
et erit Chanaan puer illius. letificet deus
Iaphet: et habitet in domibus Sem. sicut
ipa eiusdem Noe & uineę plantatõ: et ex
eius fructu inebriatio: et dormientis nu-
datio: et quę ibi cętera facta atq; cõscpta
sunt: propheticis sunt grauidata sensib9
& uelata tegminibus. Caplm. ii.

Sed nũc rerũ effectu iã in posteris
consecuto: quę operta fuerant satis
aperta sunt. Quis enim hoc diligenter &
intelligenter aduertens: non agnoscat in
christo? Sem qppe de cuius semine nat9
est cristus: interpretatur noiatus. Quid
autẽ noiatius christo: cuius nomẽ ubiq;
iam flagrat: ita ut in cantico cãticorum
etiam ipa precinente prophia unguento
comparetur effuso: in cuius domibus id
est ęcclĩis habitat gentiũ latitudo? Nam
Iaphet latitudo interptat? Cham porro
qui interpretatur callidus: medius Noe
filius tanq̃ se ab utroq; discernẽs: et inter
utrũq; remanẽs: nec in pmitiis israelitarũ
nec in plenitudine gentium: qd significat
nisi hereticorũ genus callidum nõ spiritu
sapientię: sed spũ uersipellis astutię: quo
solent hereticorum feruere precordia: et
pacem conturbare sanctorũ? Sed hęc in
usum cedunt pficiẽtium: iuxta illud apli.
Oportet hereses esse ut probati maifesti
fiant i uobis. Vnde etiã scriptũ est: filius
eruditus sapiens erit: imprudẽte autem
ministro utetur. Multa quippe ad fidem
catholicam ptinentia: dum hereticorum
callida inquietudine exagitantur: ut ad-
uersus eos defendi possint & cõsiderantũ
diligentius: et intelliguntur clarius: et

instantius predicātur: et ab aduersario
mota q̄ discendi existit occasio. Quāuis
non solum q sunt aptissime separati: uerū
omēs q in xp̄iano uocabulo gloriantur:
& ꝑdite uiuūt: nō absurde possūt uideri
medio Noe filio figurati. Passionem q̄ppe
xp̄i que illius homīs nuditate significata
est: et annūtiant ꝓfitendo: et male agēdo
exhonorant. De talibꝰ ergo dictū est. Ex
fructibꝰ eoꝝ cognoscetis eos. Ideo Cham
in filio suo maledictus est: tanq̄ in fructu
suo: id est in ope suo. Vnde cōueniēter &
ipe filius eius Chanaan: iterp̄tatꝰ motꝰ
eoꝝ. Quod aliud quid est q̄ opus eoꝝ?
Sem uero & Iaphet tāquam circumcisio
et preputiū: ul' sicut alio mō eos appellat
apl's iudei et greci: ſꝫ uocati et iustificati:
cognita quoquomō nuditate patris qua
significabatꝰ passio saluatoris: sumentes
uestimētum posuerūt supra dorsa sua: et
intrauerūt auersi & operuerūt nuditateꝫ
patris sui: nec uiderunt quod reuerendo
texerūt. Quodam enīꝫ modo in passione
xp̄i: et quod pro nobis factum est hono-
ramus: et iudeorum facinus auersamur.
Vestimentū sig̃ficat sacramentū: dorsum
memoriam preteritoꝝ. q̄a passionem xp̄i
eo scilicet iam tēpe quo habitat Iaphet in
domibus Sem: et malus frater in medio
eorum transactam celebrat ecclesiam: nō
adhuc prospectat futuram. Sed malus
frater ī filio suo id est in ope suo: puer id
est seruus est fratrū bonoꝝ: cū ad exerci-
tationem patientie: uel ad ꝑfectum sapīe
scienter utūtur malis boni. Sunt enī teste
apostolo q christū annūtiant non caste: ſꝫ
siue occasione inq̄t siue ueritate christus
annūtietꝰ: in hoc gaudeo: ſꝫ et gaudebo.
Ipse q̄ppe plantauit uineam de qua dicit
proph̄a. Vinea domini sabaoth domus
israel ē. Et bibit de uino eiꝰ. siue ille calix
hic itelligatꝰ de quo dicit: potestis bibere
calicem quē ego bibiturus sum: et pater
si fieri potest transeat a me calix iste: quo
suam sine dubio significat passionem: siue
quia uinum fructus ē uinee: hoc potius
illo significatū est: ꝙ ex ipa uinea hoc est
ex genere israelitarum carnem pro nobis
& sanguinem ut pati posset assumpsit: et
inebriatus est id ē passus est: et nudatus
est. Ibi nanqꝫ nudata est id ē apparuit eiꝰ
infirmitas de q̄ dicit apl's. Et si crucifixus
est ex infirmitate. Vnde item dicit. Infir-
mum dei fortius est hōibus: et stultū dei
sapientius ē hōibus. Quod uero cū dictū
eēt & nudatus ē: addidit scp̄tura ī domo
sua: elegāter ostēdit: ꝙ a sue carnis gēte
& domesticis sanguinis sui utiqꝫ iudeis
fuerat crucem mortemqꝫ passurus. Hanc
passionem xp̄i foris in sono tātum uocis
reprobi annūtiant: non enī q̄d annūtiant
intelligūt. probi aūt in interiori homine
habent tā grande misteriū: atqꝫ honorāt
intus ī corde infirmū & stultum dei: q̄a
fortius est & sapientius hōibus. Huius
rei figura est: ꝙ Cham exiēs hoc nūtiauit
foris: Sem uero & Iaphet ut hoc uelarēt
hoc est honorarent ingressi sunt: hoc ē in-
terius id egerunt. Hec scripture secreta
diuine indagamꝰ ut possumus: alius alio
magis minus ue cōgruenter: uerūtamen
fideliter. certū tenentes nō ea sine aliqua
prefiguratōe futuroꝝ gesta atqꝫ cōscp̄ta:
neqꝫ nisi ad christū & eius ecclesiam que
ciuitas dei est esse referēda: cuiꝰ ab initio
generis hūani non defuit predicatio quā
per omnia uidemus impleri. Benedictis
igꝰ duobus filiis Noe: atqꝫ uno in medio
eoꝝ maledicto: deinceps usqꝫ ad Abraaꝫ
de iustoꝝ aliquoꝝ qui pie deum colerent
commemoratione silitum est: per annos
amplius q̄ mille. Nec eos defuisse credi-
derim: sed si omēs cōmemorarentꝰ nimis
longum fieret: et eēt hec magis historica
diligentia q̄ prophetica prouidentia. Illa
itaqꝫ exeq̄tur literaꝝ sacraꝝ scp̄tor istaꝝ:
uel potius per eum dei spiritus: q̄bus nō
solum narrentur preterita uerum etiam

prenunttentur futura: que tamen ptinent ad ciuitatem dei. quia & de hominibus qui non sunt ciues eius quidqd hic dicit: ad hoc dicitur ut illa ex cõparatõne contraria ul' profitiat uel emineat. Non sane omnia que gesta narrãtur aliquid etiam significare putãda sunt: sed propter illa que aliquid significãt etiam ea que nihil significant actexũtur. Solo enim uomere terra pscindit: sed ut hoc fieri possit etiam cetera aratri membra sunt necessaria. Et soli nerui in cythara atque huiusmõi uasis musicis aptant ad cantum: sed ut aptari possint insunt et cetera in compaginibus organorũ: que nõ percutiunt a canẽtib9: sed ea que pcussa resonant his connectant. Ita in pphetica historia dicunt & aliqua que nihil significant: sed qbus adhereãt que significãt: et quodãmodo religẽtur.

Enerationes ergo ¶ Caplm .iii. filiorũ Noe deinceps intuende: et quod de his dicendũ uidetur actexendũ e huic opi: quo ciuitatis utriusque terrene scilicet & celestis per tempora procursus ostẽditur. Cepte sunt autẽ cõmemorari a minimo filio q uocatus est Iaphet: cuius filii octo nomiati sũt: nepotes aũt septem de duobus filiis eius. tres ex uno q̃tuor ex altero. Fiunt itaque omẽs qndecim. Filii autẽ Cham hoc est medii filii Noe q̃tuor: et nepotes qnque ex uno eius filio. pnepotes duo ex nepote uno. fit eorum summa undecim. Quibus enumeratis redit tanq̃ ad caput: et dicitur. Chus autem genuit Nemroth: hic cepit esse gigas sup terrã. Hic erat gigas uenator cõtra dominum deũ. Propter hoc dicunt. sicut Nemroth gigas uenator contra dominũ. Et factum e initium regni ei9 babilon: oreg: archad & chalanne: i terra sennaar. De terra illa exiit Assur: et edificauit niniuen & yoboth ciuitatem: et caleth & dasem inter medium niniues & caleth. hec ciuitas magna. Iste porro Chus pater gigantis Nemroth: primus nominatus est in filiis Cham: cuius qnque filii iam fuerant computati & nepotes duo. Sed istũ gigantẽ aut post nepotes suos natos genuit: aut quod e credibilius seorsum de illo ppter eius eminẽtiam scriptura locuta est. q̃ndo qdem et regnum eius cõmemoratum est: cuius initium erat illa nobilissia babilon ciuitas: et que iuxta cõmemorate sũt siue ciuitates siue regiones. Quod uero dictũ est de terra illa id e de terra Sennaar que pertinebat ad regnum Nemroth: exisse Assur & edificasse niniue & alias quas contexuit ciuitates: longe postea factum est: qđ ex hac occasione pstrinxit: ppter nobilitatem regni assyriorum: quod mirabiliter dilatauit Ninus Beli fili9 conditor niniues ciuitatis magne: cui9 ciuitatis nomen ex illius nomie deriuatum est: ut a Nino niniue uocaretur. Assur autem unde assyrii: nõ fuit in filiis Cham medii filii Noe: sed i filiis Sem reperitur: q fuit Noe maximus filius. Unde apparet de progenie Sem exortos fuisse qui postea regnum gigãtis illius optinerent. et inde pcederent atque alias cõderent ciuitates: quarum pma e a Nino appellata niniue. Hinc reditur ad alium filium Cham qui uocabatur Mesraim: et commemorãtur quos genuit nõ tanq̃m singuli homines: sed nationes septem. Et de sexta uelut de sexto filio gens cõmemoratur exisse que appellat philistiim: unde fiũt octo. Inde iterũ ad chanaan reditur. in quo medius Noe filius maledictus est Cham: et quos genuit undecim nominãtur. Deinde usque ad quos fines peruenerint cõmemoratis qbusdam ciuitatibus dicitur. Ac per hoc filiis nepotibus computatis de progenie Cham: trigintaun9 geniti referunt. restat cõmemorare filios Sem maximi filii Noe. Ad eum quippe gradatim generatõnum istarũ puenit a minimo exorta narratio. Sed unde incipiunt cõmẽorari filii Sem:

habet quiddaʒ obscuritatis: quod expositione illustrandum est: quia & multum ad rem pertinet quã requirimus. Sic enimʒ legitur. Et Sem natus est: etiam ipsi patri omnium filiorum Heber fratri Iaphet maiori. Ordo uerborum est. Et Sem natus ē Heber: qui Sem pater est omnium filiorum suorũ. Sem ꝰ patriarcham intelligi uoluit oim q de stirpe eius exorti sũt: quos commemoraturus est. siue sint filii: siue sint nepotes & pronepotes: et deinceps inde exorti. Non sane istum Heber genuit Sem: sʒ ab illo quintus ĩ progenitorũ serie reperit̃. Sem quippe inter alios filios genuit Arfaxat: Arfaxat genuit Chaynan: Caynan genuit Sala. Sala genuit Heber. Nõ itaq; frustra ipse primus est nominatus in progenie ueniente de Sem: et prelatus ē etiam filiis cum sit qntus nepos: nisi quia uerum est ꝙ traditur ex illo hebreos esse cognominatos tanquã hebereos: cum & alia possit eẽ opinio: ut ex Abraam tanq̃ abraei dicti esse uideãtur. Sed nimirum hoc uerum ē ꝙ ex Heber heberei appellati sunt. ac deinde una detracta lr̃a hebrei. quam linguam solus israel populus potuit obtinere: in quo dei ciuitas & in sanctis peregrinata est: et ĩ omnibus sacramẽto adumbrata. Igitur filii Sem ꝓus sex nominãtur: deinde ex uno eorũ nati sũt quatuor nepotes eius: itemq; alter filiorũ Sem genuit eius nepotem: atq; ex illo itidem pronepos natus est: atq; inde abnepos qui ē Heber. Genuit aũt Heber duos filios: quorum unum appellauit Phalech: quod interpretat̃ diuidens. Deinde scriptura subiungens rõnemq; huiꝰ nõis reddens: quia in diebus inqt eius diuisa est terra. Hoc autẽ qd sit post apparebit. Alius uero qui natus ē ex Heber genuit duodecim filios: ac per hoc fiunt omnes ꝓgeniti de Sem uiginti & septem. In sũma igit̃ oẽs ꝓgeniti de tribus filiis Noe: id ē qndecim de Iaphet: et triginta unus de Cham: uiginti septem de Sem: fiunt septuaginta & tres. Deinde seqtur scriptura dicens. Hi filii Sem in tribubus suis scd̃m linguas suas: in regionibus suis & in gentibus suis. Itemq; de omnibus he inquit tribus filiorum Noe scd̃m generationes eorum. Ab his disperse sũt insule gentium sup terram post diluuiũ. Vnde colligitur septuaginta tres uel potius qd postea demonstrabitur septuaginta duas gentes tunc fuisse: non homines. Nam et prius cũ fuissent cõmemorati filii Iaphet: ita conclusum est. ex his segregate sunt insule gentium ĩ terra sua: unusquisq; scd̃m linguam suam in tribubus suis et in gentibus suis. Iam uero ĩ filiis Cham quodã loco apertius gentes commemorate sunt: sicut supius ostendi. Mesraim genuit eos q dicũtur Ludim: et eodem modo cetere usq; ad septem gẽtes. Et enumeratis omnibus postea cõcludens: hi filii Cham inquit in tribubus suis scd̃m linguas suas: in regionibus suis & in gentibus suis. Propterea ergo multorum filii non sunt cõmemorati: quia gentibus aliis nascẽdo accesserunt: ipsi autem gentes facere nequerunt. Nam que alia causa extitit: ut cum filii Iaphet octo enumerent̃: ex duobus eorũ tantum filii nati cõmemorãtur: & cum filii Cham quatuor nominentur: ex tribus tãtum qui nati sunt adiũgũtur: et cum filii Sem nominẽtur sex: duorum tantum posteritas actexitur? Nunquid ceteri sine filiis remanserunt? Absit hoc credere. Sed gentes propter quas commemorari digni essent non utiq; fecerũt: quia sicut nascebantur aliis gentibus addebantur.

Capitulum .iiii.

CVm ergo ĩ suis linguis iste gentes fuisse referantur: redit tamen ad illud tempus narratio quãdo una lingua omniũ fuit: et inde iam exponit qd acciderit ut linguarum diuersitas nasceret̃. Et erat inqt omnis terra labium unum:

et uox una omnibus. Et factum est cum
mouerentur ipsi ab oriente: inuenerunt
cāpum in terra Sennaar: et habitauerūt
ibi. Et dixit homo proximo suo: uenite
fatiamus lateres et coquamus illos igni.
Et facti sunt illis lateres in lapidē: et bi-
tumen erat illis lutū. Et dixerunt uenite
ędificem⁹ nobismetipis ciuitatē: et turrim
cuius caput eat usq; ad cęlū: et fatiamus
nobis nomen antequaȝ dispergamur in
fatiem omnis terrę. Et descendit domin⁹
uidere ciuitatem & turrim quā ędifica-
uerunt filii hominum. Et dixit dominus
deus: ecce genus unum & labium unum
oīm: et hoc inchoauerūt facere: et nūc nō
defitient ex illis omīa quę conati fuerint
facere: uenite & descendentes confūda-
mus ibi linguam eorum: ut non audiat
unusq́sq; uocem proximi sui. Et dispersit
eos dominus inde super fatiem oīs terrę
& cessauerunt ędificantes ciuitatem &
turrim. Propter hoc appellatū est nomē
illius confusio: q͞a ibi confudit dominus
labium omīs terrę: et inde dispersit eos
dominus deus super fatiem omīs terrę.
Ista ciuitas quę appellata est cōfusio: ip̄a
est babilon: cuius mirabilem constructi-
onem gentium etiam cōmendat historia.
Babilon quippe interpręt͞atur confusio.
Vnde colligitur gigātem illū Nemroth
fuisse illius conditorem: quod superius
breuiter fuerat intimatum. ubi cū de illo
scp̄tura loquęretur ait. Initium regni ei⁹
fuit babilon: ut cum ciuitatum cęteraruȝ
gereret principatum: ibi esset tanquaȝ in
metropoli habitaculum regni. q̄uis per-
fecta non fuerit usq; in tantum modum
quātum superba cogitabat impietas. Nā
nimia disponebatur altitudo quę dicta
est usq; in cęlū: siue unius turris eius quā
pręcipuā moliebant̄ inter alias: siue oīm
turrium quę per numerū singularem ita
significatę sunt: ut dicit̄ miles & intelli-
guntur milia milium: ut rana & locusta.
Sic enim appellata est multitudo ranaꝝ
& locustarum: in plagis quibus egiptii
percussi sūt p̱ Moysen. Quid aūt factura
fuerat hūana & uana pręsumptio? Quę
si cuiuslibet in cęlum aduersus deum al-
titudinem molis extolleret: q̄ndo mōtes
transcenderet uniuersos? Quādo spatiū
nebulosi aeris hui⁹ euaderet? Quid de-
niq; noceret deo quātacūq; uel spiritualis
uel corporalis elatio? Tutam ueramq; in
cęlum uiā molitur hūilitas: sursum leuās
cor ad dominū: non cōtra dominū: sicut
dictus est gigas iste uenator cōtra dn̄m.
Quod non intelligentes nonnulli ambi-
guo gręco decepti sunt: ut nō interpręt-
tarentur cōtra dominum: sed ante dn̄m.
Enantion q̄ppe et contra & ante sig̅ficat.
Hoc enim uerbum est etiam in psalmo. et
ploremus ante dominum qui fecit nos.
Et hoc uerbum est etiam ī libro Iob: ubi
scriptum est in furorem erupisti contra
dominum. Sic ergo intelligendus est gi-
gas iste uenator contra dominum. Quid
autem hic significatur hoc nomine quod
est uenator: nisi aīmalium terrigenarum
deceptor: oppręssor: extinctor? Erige-
bat ergo cum suis populis turrem contra
dn̄m: qua est impia significata superbia.
Merito autem malus punitur affectus:
etiā cui nō succedit effectus. Genus uero
ip̄m pęnę quale fuit? Quoniam eniȝ do-
minatio īpantis in lingua est: ibi dānata
est superbia: ut non intelligeretur iubens
homini: q̱ noluit intelligere ut obediret
deo iubenti. Sic illa conspiratio dissoluta
est: cum quisq; ab eo quē non intelligebat
absċederet: nec se nisi ei cū quo loqui po-
terat aggregaret: et per linguas diuisę
sunt gentes dispersęq; p̱ terras: sicut deo
placuit q̱ hoc modis occultis nobisq; in-
comprehensibilibus fecit. ¶ Cap. V.

QVod eniȝ scriptum est: et descēdit
dominus uidere ciuitatem & tur-
rim quam ędificauerunt filii hominum:

hoc est non filii dei: sed illa societas scd̃m
hominem uiuens quam terrenam dicim9
ciuitatem. non loco mouetur deus q semp
est ubiq; totus: sed descendere dicit̃ cum
aliquid facit in terra: qd̃ preter usitatum
nature cursũ mirabiliter factũ presentiã
quodãmodo eius ostendat. Nec uidẽdo
discit ad tempus qui nunq̃m potest aliqd
ignorare: s; ad tẽpus uidere & cogscere
dicitur: qd̃ uideri & cognosci facit. Non
sic ergo uidebatur illa ciuitas quomodo
eam dominus uideri fecit: q̃ndo sibi q̃tũ
displiceret ostẽdit. Quãuis possit intelli-
gi deus ad illam ciuitatem descẽdisse: qa
descenderũt angeli eius in qbus habitat.
ut quod adiunctum est & dixit domin9
deus ecce genus unum & labium unum
omnium ꝛc: ac deinde additum ueite &
descendentes confundamus ibi linguam
eoꝝ: recapitulatio sit demonstrans quẽ-
admodum factum sit qd̃ dictum fuerat:
descẽdit dominus. Si eni; iã descẽderat:
quid sibi uult uenite & descendentes cõ-
fundamus ibi linguam eoꝝ: qd̃ intelligr̃
angelis dictũ: nisi qa per angelos descẽ-
debat q in angelis descendentibus erat?
Et bene nõ ait uenite & descẽdentes con-
fundite: sed confundam9 ibi linguã eoꝝ:
ostẽdens ita se operari p ministros suos:
ut sint etia; ipsi coopatores dei sicut apl's
dicit: dei eni sumus cooparii. ¶ Ca. vi.

POterat & illud quando factus est
homo: de angelis itelligi qd̃ dictũ
est faciamus hoiem: qa non dixit faciam.
Sed quia seqtur ad imaginem nostram:
nefas est credere ad imaginem angeloꝝ
hoiem factũ: aut eandem esse imaginem
angl'oꝝ et dei. Et ideo recte illic intelligr̃
pluralitas trinitatis. Que tamen trinitas
qa unus ẽ deus: etia; cũ dixisset faciam9:
& fecit inqt deus hoiem ad imagniẽ dei:
non dixit fecerunt dii: aut ad imaginem
deoꝝ. Poterat et hic eadem itelligi trini-
tas: tanq̃m pater dixerit ad filiũ & spm̃
sanctum: uenite & descendentes confun-
damus ibi linguam eoꝝ: si aliqd esset qd̃
angelos phiberet intelligi: qbus potius
cõuenit uenire ad deũ motibus sanctis:
hoc est cogitatõibus piis: quibus ab eis
consulitur incõmutabilis ueritas tanq̃m
lex eterna: in illa eorũ curia supna. Neq;
eni sibiipsi sunt ueritas: s; creatricis ptici-
pes ueritatis: ad illã mouent̃ tanquã ad
fontem uite. ut qd̃ non habent ex seipsis
capiant ex ipa: et ideo eoꝝ stabilis ẽ iste
motus quo ueniũt q non recedũt. Nec sic
loquit̃ angelis deus quomõ nos inuicem
loqmur nobis: uel deo uel angl'is: uel ipi
angl'i nobis: siue per illos deus nobis: sed
ineffabili suo mõ: nobis aũt hoc indicat̃
nostro modo. Dei qppe sublimior añ suũ
factũ locutio: ipius sui facti est imutabl'is
ratio: que nõ habet sonũ strepentem atq;
transeuntẽ: s; uim sempiterne manentẽ &
tempaliter opantem. Hac loquit̃ angelis
sanctis: nobis autem aliter longe positis.
Quãdo aũt etiã nos aliqd talis locutiois
interioribus auribus capimus: angelis
ppinq̃mus. Non itaq; mihi assidue red-
denda est ratio in hoc ope de locutiõibus
dei. Aut eni ueritas incõmutabl'is p seipa;
ineffabiliter loqtur: rationalis creature
mentibus: aut per mutabilem creaturam
loquitur: siue spũalibus imaginibus nr̃o
spiritui: siue corpalibus uocibus corpis
sensui. Illud sane quod dictũ est & nunc
non desitient ex illis oĩa que conati fu-
erint facere: non dictũ est confirmando:
sed tanq̃ interrogando: sicut solet a con-
minantibus dici: quẽadmodũ ait qdam.
Num arma expedient totaq; ex urbe se-
quentur? Sic ergo accipiẽdum est tanq̃m
dixerit. Nonne oĩa desitient ex illis: que
conati fuerint facere? Sed si ita dicatur:
non exp̃mit cõminantem. Verum pter
tardiusculos addidimus pticulam id est
ne: ut diceremus nonne. qm̃ uoce pnun-
tiantis pro ne non: et pro ni nisi scribere

solemus. Ex illis igitur tribus hominibus
Noe filiis: septuagintatres uel potius ut
ratio declarata ē septuagintaduę gentes:
totidemq; linguę per terras esse cęperūt:
quę crescēdo & insulas ipleuerūt. Auct9
est aūt numerus gentium multo amplius
q̄ linguarum. Nam et in africa barbaras
gentes i una lingua plurimas nouimus.
Et homines quidem multiplicato genere
hūano: ad insulas inhabitādas nauigio
transire potuisse qs ambigat? ¶ Ca. vii.

SEd questio de oī genere bestiaꝝ ē:
quę sub cura hoīm nō sūt. uel sicuti
ranę nō nascunt̄ ex terra: sꝫ sola cōmixtōe
maris & feminę ꝓpagantur: sicut lupi et
huiusmodi cetera: quomō post diluuium
quo ea quę in arca nō essent cūcta deleta
sunt: etiā in insulis eē potuerint: si repata
nō sunt nisi ex his quoꝝ genera in utroq;
sexu arca seruauit. Possūt quidem credi
ad insulas natādo transisse: sed ꝓximas.
Sunt autem quędam tam longe positę a
continentibus terris: ut ad eas nulla ui-
deatur natare potuisse bestiarū. Quod si
homīes eas captas secū aduexerūt: et eo
modo ubi habitabant earū genera insti-
tuerunt: uenandi studio fieri potuisse in-
credibile non est. Quamuis iussu dei siue
pmissu: etiam opere angeloꝝ negandum
nō sit potuisse transferri. Si uero ex terra
exortę sunt: scd̄m originem pmam q̄ndo
dixit deus producat terra aīam uiuam:
multo clarius apparet: nō tā repandoꝝ
aīmalium causa: q̄ significandaꝝ uariaꝝ
gentium propter ęcclesię sacramentum in
arca fuisse oīa genera: si in insulis quo
transire non possent multa aīmalia terra
produxit. ¶ Capitlm .viii.

QVeritur etiā utrum ex filiis Noe:
uel potius ex illo uno homīe unde
etiam ipi exticerūt ꝓpagata eē credendū
sit quędam monstruosa hoīm genera quę
gentium narrat historia: sicut phibentur
qdam unū habere oculū in frōte media:
qbusdam plantas uersas esse post crura:
qbusdam utriusq; sexus esse naturam: et
dexterā māmam uirilem sinistrā mulie-
brem: uicib9q; alternis coeūdo et gignert
& parere: aliis ora nō esse: eosq; p nares
tm̄modo suscepto & emisso halitu uiuert.
Alios statura eē cubitales quos pigmeos
a cubito gręci uocant: alibi quinquennes
concipere fęmias: et octauū a natiuitate
annū nō excedere. Item ferūt esse gentē
ubi singula crura in pedibus habent: nec
poplicem flectūt: et sunt mirabilis cęleri-
tatis: quos sciopodas uocant: q p ęstum
in terra iacentes resupini umbra se pedū
protegant: quosdam sine ceruice oculos
habere in humeris: et cętera hominū uel
quasi hominum genera quę in maritima
platea cartaginis musiuo picta sūt: ex li-
bris deprōpta uelut curiosioris historię.
Quid dicam de cynocephalis: quoꝝ ca-
nina capita atq; ipe latrat9 magis bestias
q̄ homines confitetur? Sed oīa genera
hominū quę dicunt̄ esse: esse credere non
est esse. Verū quisqs uspiam nascit̄ homo
id est aīmal ratōnale et mortale: quālibet
nostris inusitatā sensibus gerat corporis
formā seu colorem: siue motū: siue sonū:
siue quālibet uim: qualibet pte: qualibet
qualitate natur̄: ex illo ꝓthoplausto uno
originē ducere null's fideliū dubitauerit.
Apparet tamen quid in pluribus natura
obtinuerit: et qd sit ipa raritate mirabile.
Qualis aūt ratio redditur de mōstruosis
apud nos hominum partubus: talis de
monstruosis qbusdam gentib9 reddi pōt.
Deus enim creator est omniū: qui ubi &
quādo creari qd oporteat uel oportuerit
ipe nouit: sciens uniuersitatis pulcritudi-
nem: quarū partium uel similitudine uel
diuersitate cōtexat. Sed q totū inspicere
non pōt: tanq̄ deformitate ptis offendit̄:
qm̄ cui congruat & quo referat̄ ignorat.
Pluribus q̄ quinis digitis i manibus &
pedib9 nasci hoīes nouimus: et hęc leuior

est q̃ illa distantia: sed tamẽ absit ut quis
ita desipiat: ut existimet ĩ numero hũa-
norum digitorũ errasse creatorem: q̃uis
nesciẽs cur hoc fecerit. Ita et si maior di-
uersitas oriatur: scit ille q̃d egerit cuius
opa iuste nemo reprehendit. Apud ypo-
nem natus ẽ homo quasi lunatas habens
plantas: et in eis binos tm̃modo digitos
similes & manus. Si aliq̃ gens talis esset:
illi curiose atq; mirabili adderet̃ historie.
Num igit̃ istũ propter hec negabim9 ex
uno illo q̃ p̃mus creatus ẽ esse ꝑpagatũ?
Androgeni quos etiam hermafroditos
nũcupant: quãuis admodum rari sint:
difficile est tamen ut tempibus desint: in
q̃bus sic uterq; sexus apparet: ut ex quo
potius debeant accipere nomẽ incertum
sit. A meliore tamẽ hoc est a masculino ut
appellarentur loquẽdi consuetudo pre-
ualuit. Nam nemo unq̃ androgenas aut
hermafroditas nuncupauit. Ante annos
aliquot nostra certe memoria: in oriente
duplex homo natus est supioribus mem-
bris: inferiorib9 simplex. Nam duo erant
capita: duo pectora: q̃tuor manus: uẽter
autẽ unus & pedes duo sicut uni hõi: et
tamdiu uixit ut multos ad eũ uidẽdum
fama contraheret. Quis autẽ omẽs com-
memorare possit humanos fetus: longe
dissimiles his ex q̃bus eos natos esse cer-
tissimum est? Sicut ergo hec ex illo uno
negari non possunt originem ducere: ita
quecũq; gentes in diuersitatibus corpoꝝ
ab usitato nature cursu quem plures &
ꝑpe omnes tenent uelut exorbitasse tra-
dũtur: si diffinitiõne illa includuntur ut
rõnalia aĩalia sint atq; mortalia: ab eodẽ
ipso uno p̃mo patre oĩm stirpem trahere
confitendum est: si tamẽ uera sunt que de
illaꝝ nationum uarietate et tanta inter se
atq; nobiscũ diuersitate traduntur. Nam
& simeas et circopeticos & spingas: si
nesciremus non homĩes esse sed bestias:
possẽt illi historici de sua curiositate glo-
riantes: uelut gentes aliquas hominum
nobis impunita uanitate mentiri. Sed si
homĩes sunt de q̃bus illa mira conscripta
sũt: quid si propterea deus uoluit etiam
nõnullas gentes ita creare: ne ĩ his mon-
stris que apud nos patet ex hõibus nasci
eius sapientiã qua naturam fingit hũanã
uelut artem cuiuspiam min9 perfecti opi-
ficis putaremus errasse: non itaq; nobis
uideri debet absurdum: ut quẽadmodũ
in singulis q̃busq; gentib9 quedã monstra
sint hoĩm: ita in uniuerso genere hũano
quedam monstrua sunt gentium. Qua-
propter ut istam questionem pedetẽtim
cauteq; concludam: aut illa aut alia que
de q̃busdam gentibus scripta sũt omnĩo
nulla sunt: aut si sunt homines non sunt:
aut ex Adam sunt si homines sunt.

¶ Caplm .ix.

QVod uero & antipodas esse fabulantur: id est
homĩes a contraria pte terre ubi sol orit̃
q̃ndo occidit nobis: aduersa pedib9 nr̃is
calcare uestigia: nulla rõe credendũ est.
Neq; hoc ulla historia cognitiõe didicisse
se affirmãt: sed q̃si rõcinando coniectãt:
eo ꝙ intra cõuexa celi terra suspensa sit:
eũdemq; locum mũdus habeat et infimũ
& medium: et ex hoc opinãtur alteram
terre partẽ que infra est habitatiõe hoim
carere non posse. Nec actendunt etiam si
figura conglobata & rotũda mũdus esse
credatur: siue aliqua rõe monstretur: nõ
tamẽ esse consequens ut etiã ex illa parte
ab aquaꝝ cõgerie nuda sit terra. Deinde
etiã si nuda sit: neq; hoc statim necesse esse
ut homĩes habeat. quoniam nullo modo
scriptura ista mentitur que narratis pre-
teritis facit fidem: eo ꝙ eius predicta cõ-
plentur. Nimisq; absurdum est ut dicat̃
aliquos homines ex hac in illam partem
oceani immensitate traiecta: nauigare ac
ꝑuenire potuisse: ut etiaʒ illic ex uno illo
primo hoĩe genus institueretur hũanuʒ.
Quapropter inter illos tũc hoĩm ppl̃os:

qui ꝑ septuagintaduas gentes & totidē
linguas colligūtur fuisse diuisi: quęram⁹
si possumus inuenire illā in terris pegri-
nantem ciuitatē dei: quę usqȝ ad diluuiū
arcamqȝ ꝑducta est: atqȝ in filiis Noe per
eorū benedictiones pseuerasse monstrat̃:
maxime in maximo q̄ est appellat⁹ Sem:
quādoq̄dem Iaphet ita benedictus est ut
in eiusdem fratris sui domib⁹ habitaret.

R Enenda est igr̃ series ¶ Cap. x.
generationum ab ipo Sem: ut ipsa
ostēdat post diluuiū ciuitatem dei: sicut
eam series generationum ab illo q̄ est ap-
pellatus Seth ostendebat ante diluuiū.
Propter hoc ergo scriptura diuina cum
terrenam ciuitatem ī babilone hoc est in
confusione esse mōstrasset: ad pr̃iarcham
Sem recapitulando reuertit̃: et orditur
inde generatōnes usqȝ ad Abraam cōme-
morato etiā numero annoꝝ: quāto quisqȝ
ad hanc seriem ptinentem filiū genuisset:
q̄ntoqȝ uixisset. Vbi certe agnoscendum
est quod ante promiseram: ut appareat
quare sit dictū de filiis Heber nomen illi⁹
Phalech: q̄a in diebus eius diuisa ē terra.
Quid enī aliud intelligendum est terram
esse diuisam: nisi diuersitatē linguarum?
Omissis ḡ ceteris filiis Sem ad hanc rem
non ptinentibus: illi cōnectuntur ī ordīe
generationū: per quos possit ad Abraam
ꝑueniri: sicut illi cōnectebātur ante dilu-
uium per quos ꝑueniretur ad Noe: gene-
ratōibus quę ꝓpagatę sūt ex illo Adam
filio q̄ appellatus ē Seth. Sic ergo incipit
generatōnum ista contextio. Et hę gene-
ratioēs Sem. Sem fili⁹ Noe centū annoꝝ
erat cum genuit Arfaxat secundo anno
post diluuiū. Et uixit Sem postq̄ genuit
Arfaxat q̄ngentos ānos: et genuit filios
& filias: et mortuus ē. Sic exeq̄t ceteros:
dicens quoto quisqȝ anno uitę suę filium
genuerit ad istū generationum ordinem
ptinentem: qui pertendit ad Abraam: et
quot annos postmodū uixerit: intimans

eū filios filiasqȝ genuisse: ut intelligamus
unde potuerint populi accrescere: ne in
paucis q̄ cōmemorātur hōibus occupati
pueriliter: hesitem⁹ unde tanta spatia ter-
rarum atqȝ regnoꝝ repleri potuerint de
genere Sem: maxime ꝓpter assyriorum
regnū: unde Ninus ille orientalium do-
minator usqȝquaqȝ populorum ingenti
prosperitate regnauit: et latissimū ac fū-
datissimum regnū quod diuturno tempe
duceret̃ suis posteris ꝓpagauit. Sed nos
ne diutius q̄ op⁹ est imoremur: non quot
ānos q̄sqȝ ī ista generationū serie uixerit:
sed quoto āno uitę suę genuerit filiū hoc
ordine memorandū tantūmodo ponim⁹:
ut et numerum annorum a transacto di-
luuio usqȝ ad Abraam colligam⁹: et p̃ter
illa in q̄bus nos cogit necessitas imorari:
breuiter alia cursimqȝ tangam⁹. Secūdo
igitur anno post diluuium Sem cum eēt
centū annoꝝ genuit Arfaxat. Arfaxat
aūt cum esset centū trigintaq̄nqȝ annorū
genuit Chaynam. Qui cum esset centum
triginta annoꝝ genuit Sala. Porro etiā
ipē Sala totidem annorum erat quando
genuit Heber. Centum uero et triginta et
quatuor agebat annos Heber cū genuit
Phalech: in cuius diebus diuisa ē terra.
Ipse aūt Phalech uixit centum triginta
annos et genuit Ragau. et Ragau centū
& trigintaduos: et genuit Seruch. et Se-
ruch centū et triginta: et genuit Nachor.
et Nachor septuagintanouem: et genuit
Tharam. Thara autē septuaginta & ge-
nuit Abram: quem postea noīauit deus
mutato uocablo Abraam. Fiūt itaqȝ anni
a diluuio usqȝ ad Abraam mille septua-
ginta & duo scd̄m uulgatam editionem:
hoc ē interpretum septuagintaduorum.
In hebreis aūt codicibus lōge pauciores
annos ꝑhibent inueniri: de q̄bus rōnem
aut nullam aut difficillimā reddunt. Cū
ergo quęrim⁹ in illis septuagintaduabus
gentib⁹ ciuitatē dei; nō possum⁹ affirmare

illo tempore quo erat illis labium unum
id ē loquela una: tūc iam genus hūanum
alienatum fuisse a cultu ueri dei: ita ut in
solis istis generatōib⁹ pietas uera rema-
neret: quę descendūt de semine Sem per
Arfaxat: et tendūt ad Abraam. Sed ab
illa superbia ędificādę turris usq; ad cę-
lum: qua impia significat̄ elatio: terrena
apparuit ciuitas: hoc ē societas impiorū.
Vtrum itaq; ante Noe fuerit an latuerit:
an potius utraq; ꝑmanserit: pia scilicet in
duobus filiis Noe ꝗ benedicti sūt eorūq;
posteris: impia uero in eo qui maledict⁹
est atq; eius progenie: ubi etiā exortus ē
gigas uenator contra dominum: non est
diiudicatio facilis. Fortassis eni quod ꝓ-
fecto ē credibilius: et in filiis duoꝝ illoꝝ
iam tūc anteq̄ babilonia cępisset institui:
fuerūt contemptores dei: et ī filiis Cham
cultores dei: utrūq; tamē hominū genus
terris nunq̄m defuisse credēdum est. Si-
quidem & quādo dictum est omēs decli-
nauerunt simul inutiles facti sunt: nō est
qui faciat bonum nō est usq; ad unum: in
utroq; psalmo ubi hęc uerba sunt: et hęc
legūtur: nonne cognoscent omēs ꝗ opant̄
iniqtatem: ꝗ deuorant plebem meā sicut
escam panis? Erat ergo etiā tūc populus
dei: unde illud quod dictum est: non est
qui faciat bonum non est usq; ad unum:
de filiis hominū dictum est non de filiis
dei. Nam pręmissum est: deus de cęlo ꝓ-
spexit super filios hominū: ut uideret si ē
intelligēs aut reqrens deum. Ac deinde
illa subiuncta: quę omēs filios hominum
id est ad ciuitatem pertinentes quę uiuit
scd̄m hoiem & non scd̄m deū: reprobos
esse demonstrant. ¶ Capl'm .xi.

Qvamobrem sicut lingua una cum
esset oīm: non ideo filii pestilentię
defuerunt: nam ante diluuium una erat
lingua: et tamen omēs pręter unam Noe
iusti domū deleri diluuio meruerunt: ita
quādo merito elationis impietatis gentes
linguarum diuersitate punitę atq; diuisę
sunt: et ciuitas impiorū confusiois nomē
accepit: hoc est appellata est babilon: non
defuit dom⁹ Heber ubi ea quę antea fuit
oīm lingua remaneret. Vnde sicut supra
memoraui cum cępissent enumerari filii
Sem: qui singuli gentes singulas procre-
arūt: primus est commemoratus Heber:
cū sit abnepos ipsius hoc est ab illo qntus
inueniatur exortus. Quia ergo in eius
familia remansit hęc lingua: diuisis per
alias linguas cęteris gentibus: quę līgua
prius humano generi non immerito cre-
dit̄ fuisse cōmunis: ideo deinceps hebrea
est nūcupata. Tunc enim opus erat eam
distingui ab aliis linguis nomine ꝓprio:
sicut alię quoq; uocatę sunt nōib⁹ ꝓpriis.
Quando autem erat una: nihil aliud q̄m
humana lingua uel hūana locutio uoca-
batur: qua sola uniuersum genus hoīum
loquębatur. Dixerit aliquis. Si in dieb⁹
Phalech filii Heber diuisa est terra per
linguas: id est homīes ꝗ tūc erant ī terra:
ex eius nomine potius debuit appellari
lingua illa quę fuit oībus ante cōmunis.
Sed intelligendū est ipm Heber ꝓpterea
tale nomē imposuisse filio suo: ut uocaret̄
Phalech quod īterpręt atur diuisio: quia
tunc ei natus est quādo per linguas terra
diuisa ē id est ipo tempore: ut hoc sit qd̄
dictum est. In diebus eius diuisa ē terra.
Nam nisi adhuc Heber uiueret: quando
linguarū facta est multitudo: nō ex eius
nomine nomē acciperet lingua quę apud
illum potuit ꝑmanere. Et ideo credenda
est ipa fuisse prima illa cōmunis: quoniā
de pęna uēit illa multiplicatio mutatioq;
linguarū. et utiq; pręter hanc pęnam esse
debuit populus dei. Nec frustra linguaꝫ
istam hoc est quā tenuit Abraam: nec in
omēs filios suos transmictere potuit: sed
in eos tantū qui propagati per Iacob &
insignius atq; eminentius in dei populū
coalescētes: dei testamēta & stirpem xp̄i

habere potuerũt. Nec Heber ipse eandem
linguam in uniuersam progeniem suam
refudit: sed in eam tantũ cui⁹ generatões
pducũtur ad Abraam. Quapropter etiã
si non euidenter expressum est: fuisse ali-
quod pium genus hoĩum quãdo ab ipsis
babilonia cõdebatur: nec ad hoc ualuit
hec obscuritas: ut querẽtis fraudaretur:
sed potius ut exerceretur intentio. Cum
eniꝫ legitur unam fuisse linguam pmitus
omniũ: et ante omẽs filios Sem cõmẽdat̃
Heber quãuis ex illo quintus oriatur: et
hebrea uocatur lingua: quã pr̃iarcharũ
& propħarum non solum in sermõibus
suis: uerũ etiaꝫ in literis sacris custodiuit
auctoritas. Profecto itaqꝫ cum queritur
in diuisiõe linguarum ubi lingua illa re-
manere potuerit que fuit ante cõmunis:
que sine ulla dubitatõne ubi remansit nõ
ibi fuit illa pena que facta est mutatõne
linguarum: quid aliud occurrit nisi ꝙ in
huiusmodi gente remansit a cuius nomĩe
nomẽ accepit. et hoc iustitie gentis huius
non paruum apparuisse uestigium: ꝙ cũ
alie gentes plecterent̃ mutatione lingua-
rum: ad istã non puenit tale supplitium.
Sed si adhuc illud mouet quõ potuerunt
singulas gentes facere Heber et filius eius
Phalech: si una lingua pmãsit ambobus.
& certe una ẽ hebrea gens ex Heber ꝓpa-
gata usqꝫ ad Abraaꝫ: et p eũ deinceps
donec magnus fieret populus isrl'. Quo-
modo igit̃ omẽs filii qui cõmemorati sũt
trium filioꝝ Noe fecerũt singulas gẽtes:
si Heber et Phalech singulas nõ fecerũt.
Nimirũ illud est ꝓbabilius quod gigas
ille Nemroth fecerit etiã ipse gentem suã:
sed propter excellentiam dominationis
& corporis seorsum eminentius noĩatus
est: ut maneat numerus septuagintaduaꝝ
gentium atqꝫ linguarum. Phalech autem
ꝓpterea cõmemoratus est: non ꝙ gẽtem
fecerit: nam eadem ipsa est eius gens he-
brea eademqꝫ lingua: sed ꝓpter tempus
insigne ꝙ in diebus eius terra diuisa est.
Nec mouere nos debet: quomõ potuerit
gigas Nemroth ad illud tempus etatis
occurrere: quo babilon cõdita ẽ: et con-
fusio facta linguarũ: atqꝫ ex hac diuisio
gentium. Non eniꝫ quia Heber sextus est
a Noe: ille aũt q̃rtus: ideo non potuerũt
ad idem tempus cõuenire uiuendo. Hoc
enim cõtigit cum plus uiuerent ubi pau-
ciores sunt generatõnes: min⁹ ubi plures:
aut serius nati essent ubi pauciores: ma-
turius ubi plures. Sane intelligẽdum ẽ:
q̃ndo terra diuisa est non solum iã natos
fuisse ceteros filios filioꝝ Noe: qui com-
memorantur patres gentium: sed etiam
eius etatis fuisse: ut iã uniuersi familias
haberent suas: que digne fuissent nõibus
gentium. Vnde nequaq̃m putandũ ꝙ eo
fuerint ordine geniti quo commemorati
legũtur. Alioquin duodecim filii Iectan
q erat filius alius Heber frater Phalech:
quomodo potuerũt iam gentes facere si
post Phalech fratrem suum Iectan natus
est: sicut post eum cõmemoratus ẽ. quãdo
quidem tempore quo natus est Phalech
diuisa est terra. Proinde intelligendum
est priorem qdem Phalech nominatum:
sed lõge post fratrem suum Iectan fuisse
natum: cuius Iectan duodecim filii tam
grandes iã familias hẽrent: ut i linguas
proprias diuidi possent. Sic eniꝫ potuit
prior cõmemorari q erat etate posterior:
quẽadmodum prius cõmemorati sunt ex
tribus filiis Noe procreati filii Iapheth
qui erat minimus eoꝝ: deinde filii Cham
qui erat medius: postremo filii Sem q erat
primus et maximus. Illarũ aũt gentium
uocabula partim manserũt: ita ut hodie
appareat unde fuerint deriuata. sicut ex
Assur assyrii: et ex Heber hebrei: partim
tẽporis uetustate mutata sunt: ita ut uix
homines doctissimi antiquissimas histo-
rias perscrutantes: nec oĩum sed aliquã-
tarum ex istis origines gentiũ potuerint

repire. Nam ꝙ ex filio Cham q̄ uocabat̃
Mesraim perhibẽtur egiptii exorti nulla
hic resonat origo uocabli: sicut nec ethi-
opum qui dicuntur ad eum filium Cham
pertinere: q̄ Chus appellatus est. Et si oĩa
considerentur: plura mutata q̄ manentia
nomina apparent. ¶ Capl'm .xii.

Hvnc iam uideamus procursum
ciuitatis dĩ: etiam ab illo articulo
temporis q̄ factus est in patre Abraam:
unde incipit esse notitia eius euidentior:
et ubi clariora legũtur promissa diuina:
quę nunc in xp̄o uidemus impleri. Sicut
ergo scriptura sancta indicãte didicim⁹:
in regione chaldeorũ natus est Abraam:
quę terra ad regnum ptinebat assyrioꝝ.
Apud chaldeos autem iam etiam tũc su-
perstitiões impię preualebant: quemad-
modum per ceteras gentes. Vna igitur
Thare dom⁹erat de q̄ natus ẽ Abraam:
in qua unius ueri dei cultus: et quantum
credibile est in qua iam sola etiã hebrea
lingua remanserat: quamuis & ipe sicut
iã manifestior dei populus in egipto: ita
in mesopotamia fuisse diis alienis Ihesu
Naue narrante refertur: ceteris ex pro-
genie illius Heber in linguas paulatim
alias & in nationes alias posteris deflu-
entibus. Proinde sicut p aquarũ diluuiũ
una domus Noe remãserat ad repandũ
genus humanum: sic in diluuio multarũ
superstitionum per uniuersum mundum
una remãserat domus Thare: in q̄ custo-
dita ẽ plantatio ciuitatis dei. Deniq; sicut
illic enumeratis supra generationibus ab
Adam usq; ad Noe simul cum annorum
numeris: et exposita diluuii causa: pusq̄
deus inciperet de arca fabricanda loqui
ad Noe dicitur: hę aũt generatioẽs Noe:
ita & hic enumeratis generationibus ab
illo qui est appellatus Sem filio Noe usq;
ad Abraam: deinde isignis articulus si-
militer ponitur ut dicatur: hę sunt gene-
ratiões Thare. Thare genuit Abram &
Nachor & Aram: et Aram genuit Loth.
Et mortuus ẽ Aram coram Thare patre
suo: in terra in qua natus est in regione
chaldeoꝝ. Et sumpserunt Abram et Na-
chor sibi uxores: nomẽ mulieris Abram
Saray: et nomen mulieris Nachor Mel-
cha filia Aram. Iste Aram pater Melchę
fuit: et pater Ieschę: que Iescha creditur
ipsa esse etiam Sara uxor Abrę.

Deinde narratur ¶ Capl'm .xiii.
quemadmodum Thare cum suis
regionem reliquerit chaldeoꝝ: et uenerit
in mesopotamiã & habitauit i charram.
Tacetur autem de uno filio eius q̄ uoca-
batur Nachor: tanq̄m eum non duxerit
secum. Nam ita narrat̃. Et sumpsit Thare
Abram filium suũ & Loth filium Aran
filii sui: et Saray nurũ suã uxorẽ Abram
filii sui: et duxit illos de regiõe chaldeoꝝ
ut iret in terrã Chanaan: et uẽit in char-
ram & habitauit ibi. Nusq̄m hic nomia-
tus ẽ Nachor: et uxor eius Melcha. Sed
inuẽimus postea cũ seruum suũ mitteret
Abraam ad accipiendã uxorem filio suo
Ysaac: ita scriptũ. Et accepit puer decem
camelos de camelis dñi sui: et de oĩbus
bonis domini sui secum: et exurgens p-
fectus est in mesopotamiam in ciuitatem
Nachor. Isto et aliis sacrę huius historię
testimoniis: ostẽditur etiã Nachor frater
Abrę exisse de regione chaldeorum:
sedesq; constituisse in mesopotamia: ubi
cũ patre suo habitauerat Abraam. Cur
ergo eũ scriptura non cõmemorauit q̄ndo
ex gẽte chaldeorum cum suis profectus
est Thare: et habitauit in mesopotamia:
ubi non solum Abram filius eius: uerum
etiam Sara nurus eius & Loth nepos ei⁹
commemorantur: ꝙ eos duxerit secum?
Cur putamus: nisi forte ꝙ a paterna &
fraterna pietate desiuerat & superstitioni
adheserat chaldeorũ: et postea inde siue
penitẽdo siue psecutioñe passus ꝙ suspec-
tus haberetur: et ipe emigrauit? In libro

enim q inscribitur Iudith cum quereret
Holofernes hostis israelitarum: que nam
illa gens esset: utrum aduersus eã bellan-
dum fuisset: sic ei respondit Achior dux
amonitarum. Audiat dñs noster uerbuz
ex ore pueri sui: et referam tibi ueritatez
de populo qui habitat iuxta montanam
hanc: et nõ exibit mendaciũ de ore serui
tui. Hec enim progenies populi est chal-
deorum: et antea habitauerunt mesopo-
tamiam: qa noluerunt sequi deos patrũ
suorum qui fuerũt in terra chaldeorum
gloriosi: sed declinauerũt de uia parentum
suorum & adorauerunt deum celi quem
cognouerunt: et proiecerunt eos a facie
deorum suorum: et fugerunt in mesopo-
tamiam & habitauerũt ibi dies multos.
Dixitq; illis deus eorũ ut exirent de ha-
bitatiõe sua: et irent in terram Chanaan:
et illic habitauerunt: et cetera que narrat
Achior amonites. Vnde manifestum est
domum Thare psecutioné passam fuisse
a chaldeis: pro uera pietate qua unus &
uerus ab eis colebat deus. ¶ Ca.xiiii.

Defuncto autem Thare i mesopo-
tamia: ubi uixisse perhibetur du-
centos qnq; annos: iã incipiunt indicari
ad Abraam: facte promissiões dei: q ita
scriptum ẽ. Et fuerũt dies Thare in charra
quinq; & ducenti anni: et mortuus ẽ in
charra. Non sic aũt accipiẽdum est quasi
omnes hos dies ibi egerit: sed quia omẽs
dies uite sue q fuerũt anni ducenti qnq;
ibi cõpleuerit. Alioquin nesciretur quot
annos uixit Thare in charra: quoniam
non legit quoto anno uite sue i charram
uenerit: et absurdũ est existimare in ista
serie generationum ubi diligenter com-
memoratur quot annos quisq; uixerit:
huius solius numerum ãnorum uite non
commendatum esse memorie. Quod eniz
quorundam quos eadem scriptura com-
memorat tacentur anni: non sunt in hoc
ordine in quorum temporũ dinumeratio
de cessione gignẽtium & genitorum suc-
cessione contexitur. Iste autem ordo qui
dirigitur ab Adam usq; ad Noe: et inde
usq; ad Abraam sine numero annoꝝ uite
sue neminem continet. ¶ Cap.xv.

Quod ũ cõmemorata morte Thare
patris Abraam: deinde legitur et
dixit dominus ad Abram. Exi de terra
tua & de cognatiõe tua et domo patris
tui: ꝛc. non quia hoc sequitur in sermone
libri: hoc etiam in rerum gestarũ tempe
sequi existimãdum est. Erit quippe si ita
est indissolubilis questio. Post hec enim
uerba dei que ad Abram facta sunt: scp-
tura sic loquitur. Et exiit Abram quem-
admodum locutus ẽ illi deus: et abiit cũ
illo Loth. Abram aũt erat quinq; & sep-
tuaginta ãnorum cum exiret ex charra.
Quomõ potest hoc uerũ esse si post mortẽ
patris sui exiit de charra? Cum eniz esset
Thare septuaginta annorum sicut supra
intimatum ẽ: genuit Abram. Cui nume-
ro additis septuagintaquinq; ãnis quos
agebat Abram quando egressus est de
charra: fiunt anni cẽtum & quadragin-
taquinq;. Tot igitur annorũ erat Thare
quãdo exiit Abram de illa mesopotamie
ciuitate. Agebat enim annum etatis sue
septuagesimumquintum: ac p hoc pater
eius qui eum septuagesimo anno suo ge-
nuerat agebat ut dictum est centesimum
& quadragesimum & quintum annum.
Non ergo inde post mortẽ patris: id est
post ducentos quinq; annos qbus pater
eius uixit egressus est: sed annus de illo
loco progressionis eius: quoniam ipsius
septuagesimusquintus erat: proculdubio
patris eius q eum septuagesimo suo anno
genuerat centesim9 quadragesimusqntus
fuisse colligitur. Ac per hoc intelligendũ
ẽ more suo scripturam redisse ad tẽpus qđ
iam narratio illa trãsierat: sicut superius
cum filios filiorum Noe commemorasset:
dixit illos i linguis fuisse & in gentibus

suis: & tamen postea quasi hoc etiam in ordine sequeretur temporũ: et erat inquit omnis terra labium unũ & uox una omnibus. Quomodo ergo secundum suas gentes & secundum suas linguas erant: si erat una omnibus: nisi quia ad illud quod iam transierat recapitulando est reuersa narratio? Sic ergo & hic cũ esset dictum et fuerũt dies Thare in charra quinq; & ducenti anni et mortuus est Thare in charra. Deinde scriptura redeũdo ad id quod ideo pretermiserat ut prius de Thare id quod inchoatum fuerat cõpleretur. Et dixit inquit dominus ad Abram. exi de terra tua &c. Post que dei uerba subiungitur. Et exiit Abram quemadmodum locutus est illi dominus: et abiit cum illo Loth. Abram autem erat quinq; & septuaginta annorum cũ exiit ex charra. Tũc itaq; hoc factum est quando pater eius centesimum quadragesimum & quintum annum agebat etatis: tũc enim fuit huius septuagesimus & quintus annus. Soluta est autem ista questio et aliter: ut septuagintaquinq; anni Abre quando egressus est de charra: ex illo computarentur ex quo de igne chaldeorum liberatus est: non ex quo natus est: tanquam tunc potius natus habendus sit. Sed beatus Stephanus in actibus apostolorum cũ ista narraret. Deus inquit glorie apparuit Abrae patri nostro cum esset in mesopotamia priusquam habitaret in charra. et ait ad illum. Exi de terra tua & de cognatione tua: et domo patris tui: et ueni in terram quam tibi demõstrabo. Secundum hec uerba Stephani: nõ post mortẽ patris eius locutus est deus Abre: qui utiq; in charra mortuus est: ubi cum illo & ipse filius habitauit: sed priusquam habitaret in eadem ciuitate: iã tamen cum esset in mesopotamia. Iam ergo exierat a chaldeis. Quod itaq; adiungit Stephanus: tũc Abram egressus est de terra chaldeorum et habitauit in charra: non demonstrat quod sit factum posteaquam locutus est illi deus. Neq; enim post illa dei uerba egressus est de terra chaldeorum: cum dicat ei locutũ deum esse in mesopotamia: sed ad totum illud tempus pertinet quod ait: tũc id est ex quo egressus est a chaldeis et habitauit in charra. Item quod sequitur et inde postquam mortuus est pater eius collocauit illum in terra hac: in qua uos nunc habitatis & patres uestri: non ait postquam mortuus est pater eius exiit de charra: sed inde postquam mortuus est pater eius hic eũ collocauit. Intelligendum est igitur locutum deũ fuisse cum Abram cũ esset in mesopotamia priusquam habitaret in charra: sed eũ in charram peruenisse cum patre retento apud se precepto dei: et inde exisse septuagesimo et quinto suo: patris autem sui centesimo quadragesimoquinto anno. Collocationem uero eius in terra Chanaan: non profectionem de Charra postquam mortem patris eius factam esse dicit: quia iam mortuus erat pater eius quãdo emit terram cuius ibi iam sue rei cepit esse possessor. Quod autem iam in mesopotamia constituto hoc est iã egresso de terra chaldeorum dixit deus: exi de terra tua & de cognatione tua & de domo patris tui: non ut corpus inde eiceret quod iam fecerat: sed ut animum auelleret dicitur. Non enim exierat inde animo sed spe redeundi et desiderio tenebatur. que spes & desideriũ deo iubente ac iuuãte & illo obediente fuerat amputandum. Non sane incredibiliter existimatur: cum postea secutus esset Nachor patrem suũ: tunc Abram preceptũ domini impleuisse: ut cũ Sara cõiuge sua et Loth filio fratris sui exiret de charra.

Capitulum .xvi.

IAm considerande sunt promissiões dei facte ad Abraam. In his enim apertiora dei nostri Ihesu christi hoc est dei ueri oracula apparere ceperunt de populo piorum: quẽ prophetica prenũtiauit auctoritas. harũ prima ita legitur.

Et dixit dominꝰ ad Abram: exi de terra tua et de cognatiōe tua & de domo pr̄is tui: et uade in terram quam tibi demonstrauero: et faciā te in gentē magnam: et bn̄dicā te et mag̃ficabo nomē tuū: et eris bn̄dctus. Et benedicā benedicentes te: et maledicā maledicentes te: et bn̄dicent̄ in te oēs tribus terrę. Aduertendū est igit̄ duas res ꝓmissas Abrę. unam scilicet ꝙ terrā Chanaan possessuꝝ fuerat semē eiꝰ: qd̄ significat̄ ubi dictū est: uade in terrā quam tibi demonstrauero & faciam te in gentem magnam. aliam uero longe pręstantiorem nō de carnali ſ; de spirituali semine: per qd̄ pater ē non unius gentis israeliticę sed omniū gentiū quę fidei eius uestigia consequunt̄. Quod ꝓmicti cępit his uerbis. Et benedicent̄ in te oēs tribꝰ terrę. Hanc ꝓmissionem factam arbitrat̄ Eusebius septuagesimoqnto ętatis anno Abrę: tanq̃m mox ut facta est de charra exierit Abram: qm̄ sc̄pturę contradici nō potest ubi legitur: Abram erat quinq; et septuaginta annoꝝ cum exiit ex charra. Sed si eo anno facta est ista ꝓmissio: iam utiq; i charra cū patre suo demorabatur Abram. Neq; eni; exire inde posset: nisi prius ibi habitasset. Nunquid nam ergo contradicit̄ Stephano dicenti: deꝰ glorię apparuit Abrę patri nostro cum esset in mesopotamia priusq̃ habitaret i charra? Sed intelligēdū est ꝙ eodem anno facta sunt oīa: et dei ꝓmissio anteq̃ in charra habitaret Abram: et in charra habitatio eius & inde profectio: non solū qa Eusebius in cronicis ab anno huiꝰ ꝓmissiōis cōputat: et ostendit post quadringentos & triginta annos exitum esse de egipto: quādo lex data est: uerum etiam quia id cōmemorat apl̄s Paulus. ¶ Ca. xvii.

Per idem tpus eminētia erant r̄gna gentium: in quibus terrigenarum ciuitas hoc est societas hoīm sc̄dm hoīem uiuentiū: sub dominatu angloꝝ desertoꝝ insignius excellebat: regna uidelicet tria: sichimorū: egiptioꝝ: assyriorū: sed assyrioꝝ multo erat potentius atq; sublimiꝰ: nā rex ille Ninus Beli filius excepta india uniuersę asię populos subiugauerat. Asiam ū dico non illam ptem quę huius maioris asię una prouincia est: sed eam quę uniuersa asia nūcupatur: quā qdam in alteram duarū: pleriq; autem in tertiā totius orbis ptem posuerunt. ut sint oēs: asia: Europa: et africa: quod non ęquali diuisione fecerunt. Namq; ista quę asia nūcupatur: a meridie ꝑ orientem usq; ad septentrionē peruenit. europa uero a septentrione usq; ad occidentem: atq; inde africa ab occidente usq; ad meridiem. Vnde uidentur orbem dimidium duę tenēt: europa & africa: aliud uero dimidium sola asia. Sed ideo illę duę partes factę sunt: quia inter utranq; ab oceano ingreditur quidqd aquarū terras interluit: et ab hoc mare magnū nobis facit. Quapropter si i duas partes orbem diuidas orientis & occidentis: asia erit in una: i altera uero europa & africa. Quāobrem unum trium regnorum quę tunc pręcellebant regnum scilicet sichimorum non erat sub assyriis: quia i europa erat. Egiptiorum autem quomodo eis nō subiacebat: a qbus tota asia tenebatur: solis indis ut perhibetur exceptis? In assyria igitur pręualuerat domiatus impię ciuitatis. Huius caput erat illa babilon cuius terrigenę ciuitatis nomē aptissimum est id est confusio. Ibi autem Ninus regnabat post mortem patris sui Beli: q ꝑmus illic regnauerat sexagintaquinq; annos. Filius uero eius Ninus q defūcto patri successit in regnum: quinquagintaduos regnauit ānos. Et habebat i regno q̃dragintatres annos quādo natus ē Abram: qui erat ānus circiter millesimus ducentesimꝰ ante conditā romam: ueluti alterā in occidente babiloniam. ¶ Ca. xviii.

Egressus ē ergo Abram de charra septuagesimoquinto anno ętatis suę: centesimo aūt quadragesimo & qnto patris sui: cum Loth filio frīs sui & Sara cōiuge: et perrexit in terram Chanaan: & peruenit usq; ad sychem: ubi rursus diuinum accepit oraculū: de quo ita scriptum est. Et apparuit dominus Abrę & dixit illi. Semini tuo dabo terram hanc. Nihil hic de illo semine et promissum est: in quo pater factus est omniū gentium: sed de illo solo de quo pater ē unius israeliticę gentis. Ab hoc enim semine terra illa possessa est. Capitlm .xix.

Deinde ędificato ibi altari & inuocato dō Abram profectus ē inde: & habitauit in heremo: atq; inde ire in egiptum famis necessitate compulsus est: ubi uxorem suā dixit sororem suā nihil mentitus. Erat enim & hoc quia propinqua erat sanguine: sicut enā Loth eadem propinquitate cum fratris eius eēt filius frater eius est dictus. Itaq; uxorē tacuit non negauit: coniugis tuendam pudicitiam cōmittens deo: et humanas cauens insidias ut homo. Quoniam si periculum quātum cauere poterat non caueret: magis temptaret deum q̄m speraret in deo. De qua re contra calumniātem Faustum manicheum satis diximus. Deniq; factū est quod de domino presumpsit Abram. Nam Pharao rex egipti q eam sibi uxorem acceperat: grauiter afflictus marito reddidit. Vbi absit ut credamus alieno concubitu fuisse pollutam. Quia multo est credibilius hoc Pharaonem facere afflictionibus magnis non fuisse pmissum.

Reuerso igitur Capitlm .xx. Abram ex egipto in locum unde uenerat: tūc Loth fratris filius ab illo in terram sodomorū salua caritate discessit. Diuites qppe facti erāt: pastoresq; multos pecorum habere ceperant: qbus inter se rixantibus eo modo familiarū suaruz pugnantem discordiam uitauerunt. Poterat qppe hinc ut sunt humana & inter ipsos aliqua rixa cōsurgere. Proinde hoc malum pręcauentis Abrę uerba ista sūt ad Loth. Non sit rixa inter me & te: et inter pastores meos & pastorēs tuos: qa omnes nos fratres sumus. Nam ecce tota terra ante te est: discede a me. Si tu in sinistram ego in dextram: uel si tu in dextram: ego ī sinistrā. Hinc fortassis effecta est inter homines pacifica consuetudo. ut quando terrenorum aliquid partiēdum est: maior diuidat: minor eligat.

Cum ergo Capitlm .xxi. digressi eēnt separatimq; habitarēt Abram & Loth: necessitate sustentandę familię non feditate discordię: et Abram in terra Chanaan: Loth autem eēt in sodomis: oraculo tertio dixit dominus ad Abram. Respiciēs oculis tuis uide a loco in quo nūc tu es ad aqlonem: et africum & orientem et mare: quia omnem terrā quā tu uides tibi dabo et semini tuo usq; in seculum: et faciam semen tuum tanq̄m arenam terrę. si pōt aliquis dinumerare arenā terrę: et semē tuum dinumerabitr̄. Surgens pambula terram in lōgitudinē eius & in latitudinem eius: qa tibi dabo eam. In hac promissione utrum sit etiam illa qua pater factus est omniū gentium: nō euidentur apparet. Potest enī uideri ad hoc pertinere: et faciam semen tuum tanq̄m arenam terrę: quod ea locutione dictum est quam gręci dicūt yperbolen: quę utiq; tropica est non propria. quo tamen modo ut cęteris tropis uti solere scripturam: nullus q eam didicit ambigit. Iste autem tropus id est modus locutōis fit: quādo id quod dicitur longe est amplius q̄ quod eo dicto significatur. Quis enim non uideat: q̄ sit incomparabiliter amplior arenę numerus: q̄ potest eē omnium hominum ab ipso Adam usq; ad terminum seculi. Quanto ergo magis q̄

semen Abrae: non solum quod ptinet ad
israeliticam gentem: uerum etiam quod
futurum est scdm imitationem fidei toto
orbe terrarum in oibus gētibus? Quod
semen scilicet Abrae in comparatiōe mul-
titudinis impiorum profecto in paucis
est: quāuis & ipsi pauci faciant innume-
rabilem multitudinem suam: que signifi-
cata est scdm yperbolen p arenam terre.
Sane ista multitudo que promictitur A-
brae: nō deo est innumerabilis sz hōibus.
deo autem nec arena terre. Proinde qa
non tantum gens israelitica sz uniuersum
semen Abrae: ubi est expressa promissio
non scdm carnem sed scdm spiritum plu-
rimorum filiorum: congruentius arene
multitudini cōparatur: potest hic itelligi
ut iteretur pus facta promissio. Sed ideo
diximus qp non euidenter appareat: qa
& illius gentis unius multitudo que sm
carnem nata est ex Abraam: per eius ne-
potem Iacob in tantū creuit: ut pene oēs
partes orbis impleuerit. Et ideo potuit
& ipsa scdm ypbolen arene multitudini
comparari. quia & hec sola innumera est
homini multitudo: terram certe illā solā
significatam que appellata est Chanaan
nemo ambigit. Sed quod dictum est tibi
dabo eam & semini tuo usq; in seculum:
potest mouere nōnullos: si usq; in seculuz
intelligant in eternum. Si autē in seculū
hoc loco sic accipiant quemadmodum fi-
deliter tenemus: initium futuri seculi a
fine presentis ordiri: nihil eos mouebit.
quia & si expulsi sunt israelite de hiero-
solimis: manent tamen in aliis ciuitatib9
terre Chanaan: et usq; in finē manebunt:
& uniuersa terra illa cū a christianis in-
habitatur etiam ipm semen est Abrae.

Hoc responso ¶ Caplm .xxii.
pmissiois accepto migrauit Abrā
& mansit i alio eiusdem terre loco: id est
iuxta quercum Mambre que erat ebron.
Deinde ab hostibus q sodomis irruerāt:
cum qnq; reges aduersus quatuor belluz
gererent: et uictis sodomitis etiam Loth
captus esset: liberauit eum Abram ad-
ductis secum in prelium trecentis decem
& octo uernacalis suis: et uictoriā fecit
de regibus sodomorum: nihilq; spoliorū
auferr̄ uoluit: cum rex cui uicerat obtu-
lisset. Sed plane tūc benedictus ē a Mel-
chisedech qui erat sacerdos dī excelsi. de
quo i epistola que inscribit̄ ad hebreos:
quā plures Pauli apostoli esse dicuut: q-
dam uero negant: multa & magna con-
scripta sunt. Ibi quippe primū apparuit
sacrifitium: quod nunc a xpianis offert̄
deo toto orbe terrarum: impleturq; illud
quod longe post hoc factum per pphām
dicitur ad christum q fuerat adhuc uen-
turus i carnem: tu es sacerdos in eternū
scdm ordinem Melchisedech: non scilicet
scdm ordiem Aaron q ordo fuerat aufe-
rēdus: illucescentib9 reb9 que illis umbris
prenotabantur. ¶ Capitlm .xxiii.

Etiam tunc factum est uerbū do-
mini ad Abram in uisu. Qui cum
ei protectionem mercedemq; pmicteret
ualde multam: ille de posteritate solicit9
quēdam Eliezer uernaculum suū futuruz
sibi dixit heredem. Continuoq; illi pro-
missus est heres: non ille uernaculus sed
qui de ipo Abram fuerat exiturus: rur-
susq; semen innumerabile nō sicut arena
terre sed sicut stelle celi. ubi mihi magis
uidet̄ pmissa posteritas celesti felicitate
sublimis. Nam quātum ad multitudiem
pertinet: quid sunt stelle celi ad arenam
terre? Nisi quis & istam comparatōnem
in tantum esse similem dicat: in quantum
etiam stelle dinumerari non ualent. quia
nec omnes eas uideri posse credendū est.
Nā quanto quisq; acutius intuetur: tāto
plures uidet. Vnde & acerrie cernētib9
aliquas occultas eē merito existimatur:
exceptis eis sideribus que in alia parte
orbis a nobis remotissia oriri & occider̄

perbibentur. Postremo q̃cunq̃ uniuersũ stellarum numerum comprehendisse & conscripsisse iactant: sicut Aratus & Eudoxius: uel siqui alii sũt: eos libri huius contempnit auctoritas. Hic sane illa sententia ponitur cuius apostolus meminit propter dei gratiam commendandam. Credidit Abraam deo & reputatum est illi ad iustitiam: ne circũcisio gloriaretur: gentesq̃ incircũcisas ad fidem xp̃i nollet admitti. Hoc enim quãdo factum est ut credenti Abrahę deputaretur fides ad iustitiam: nondum fuerat circumcisus.

IN eodem uisu ¶ Caplm .xxiiii.

cum loqueretur ei deus: etiam hoc ait ad illum. Ego deus q̃ te eduxi de regiõe chaldeorum: ut dem tibi terram hanc ut heres sis eius. Vbi cum interrogasset Abram sc̃dm quid sciret q̃ heres eius erit: dixit illi deus. Accipe mihi iuuẽcam trimam: et capram trimã & arietem trimũ: et turturem & columbam. Accepit autẽ ille hęc oĩa & diuisit illa media: et posuit ea cõtra faciem alterum alteri. Aues autem non diuisit. Et descenderunt sicut sc̃ptum est aues: et sederunt super corpa quę diuisa erant: et consedit illis Abram. Circa solis autem occasum pauor irruit super Abram: et ecce timor tenebrosus magnus incidit ei. Et dictũ est ad Abrã. Sciendo scias q̃a peregrinum erit semen tuum in terra nõ propria: et in seruitutẽ redigẽt eos & affligent eos q̃dringentis annis. gentem autem cui seruierint iudicabo ego. Post hęc uero exibunt hinc cũ supellectili multa. Tu autẽ ibis ad p̃res tuos cum pace: nutritus in senecta bona. Quarta uero generatione conuertent se huc. Nondum enim impleta sunt peccata amorreorum usq̃ adhuc. Cum autẽ iam sol erat ad occasum: facta est flamma: et ecce fornax fumabũda et lãpades ignis: quę pertransierunt per media diuisa illa. In die illa disposuit dñs deus testamentũ ad Abram dicẽs: semini tuo dabo terrã hãc a flumĩe egipti usq̃ ad flumẽ magnũ eufraten: ceneos et cenezeos: et cethmoneos et cetheos: et pherezeos et raphaim: et amorreos & cananeos: et eueos & gergeseos & iebuseos. Hęc oĩa in uisu facta diuinitus atq̃ dicta sũt. de q̃bus singulis enucleate disserere longum est: et intentionem operis huius excedit. Quod ergo satis est nosse debemus: posteaq̃m dictũ est credidisse Abraam deo et deputatum esse illi ad iustitiam: non eum in fide defecisse: ut diceret domiator domĩe sc̃dm quid sciam q̃ heres eius ero. Terrę q̃ppe illius promissa erat hereditas. Non enim ait unde sciam quasi adhuc nõ crederet: sed ait sc̃dm quid sciam: ut ei rei quã crediderat aliqua similitudo adhiberetur: qua eius modus agnosceretur. Sicut nõ est uirginis Marię diffidentia q̃ ait: quõ fiet istud quoniam uirum non cognosco. Quod enim futurum esse certa erat: modũ quo fieret inquirebat. Et hoc cũ quęsisset audiuit spiritus sanctus sup̃ueniet in te: et uirtus altissimi obũbrabit tibi. Deniq̃ & hic similitudo data est de tribus animalibus: iuuenca: capra & ariete: et duabus uolucribus turture & columba. ut sc̃dm hęc futurum sciret quod futurum esse iam non ambigeret. Siue ergo per iuuencam significata sit plebs posita sub iugo legis: per capram eadem plebs etiã peccatrix futura: per arietem eadẽ plebs etiam regnatura: quę aĩalia propterea trima dicuntur: quia cũ sint insignes articuli temporum ab Adam usq̃ ad Noe: et inde usq̃ ad Abraam: et inde usq̃ ad Dauid: qui reprobato Saule primus in regno gentis israelitice est domini uolũtate fundatus: in hoc ordine tertio qui tenditur ex Abraam usq̃ ad Dauid: tanq̃ tertiam ętatem gerens ille populus adoleuit: siue aliquid aliud cõuenientius ista significẽt: nullo modo tamẽ dubitauerim

ſpirituales in ea tipos prefiguratos ad-
ditamento turturis & columbe. Et ideo
dictum eſt aues autē non diuiſit. quoniā
carnales inter ſe diuiduntur: ſpirituales
autem nullo modo. ſiue a negotioſis con-
uerſatiōibus hominū ſe remoueant ſicut
turtur: ſiue īter illas degāt ſicut colūba.
Vtraqꝫ tamē auis eſt ſimplex et innoxia:
ſignificans & in illo iſraelitico poplo cui
terra illa dāda erat: futuros indiuiduos
filios promiſſionis & heredes regni in
eterna felicitate manſuros. Aues autem
deſcendentes ſuper corpora que diuiſa
erant: non boni aliquid ſed ſpiritus indi-
cant aeris huius paſtum quēdam ſuum
de carnalium diuiſiōe querentes. Quod
autem illis conſedit Abraam: ſignificat
etiam inter illas carnalium diuiſioēs ſpi-
rituales eſſe nonnullos: ueros uſqꝫ in finē
ſeculi ꝑſeueraturos fideles. Et circa ſolis
occaſum ꝙ pauor irruit in Abraam: &
timor tenebroſus magnus: ſigficat circa
huius ſeculi finem magnam ꝑturbationē
ac tribulationem futuram fideliū: de qua
dominus dixit in euangelio. Erit enī tūc
tribulatio magna q̄lis non fuit ab initio.
Quod uero dictum ē ad Abraam: ſcien-
do ſcias quia peregrinum erit ſemen tuū
in terra nō propria: et in ſeruitutem re-
digent eos et affligēt eos quadringentis
annis: de populo iſrael q̄ fuerat in egipto
ſeruiturus apertiſſime prophetatum eſt.
Non ꝙ in eadē ſeruitute ſub egiptiis af-
fligētibus q̄drigentos annos ille popl's
fuerat ꝑacturus: ſed in ipſis q̄dringentis
annis prenuntiatum eſt hoc futurum.
Quēadmodum enī ſcriptum ē de Thare
p̄re Abrae & fuerūt dies Thare ī charra
quinqꝫ & ducenti anni: non q̄a ibi omēs
acti ſunt: ſꝫ quia ibi completi ſunt: ita &
hic propterea interpoſitum eſt & in ſer-
uitutē redigent eos: et affligent eos qua-
dringētis annis: quoniam iſte numerus
in eadem afflictiōe completus eſt. non q̄a
ibi uniuerſus ꝑactus eſt. Quadringenti
ſane dicuntur anni propter numeri ple-
nitudinē: quāuis aliquāto amplius ſint:
ſiue ex hoc tempore computent̄ quo iſta
promittebātur Abrae: ſiue ex quo natus
eſt Yſaac propter ſemen Abrae de quo
iſta predicuntur. Computantur enī ſicut
ſuperius iam diximus ab āno ſeptuage-
ſimo & q̄nto Abrae: quando ad eū facta
eſt prima promiſſio: uſqꝫ ad exitū iſrael
ex egipto quadringenti & triginta anni.
quorum apoſtolus ita meminit. Hoc aūt
inquit teſtamentum confirmatum a deo
que poſt q̄drigentos & triginta annos
eſt facta lex: nō infirmat ad euacuandā
promiſſionem. Iam ergo iſti q̄dringenti
& triginta anni: quadringenti poterant
nuncupari: q̄a non ſunt multo amplius.
Quanto magis cum aliquot iam ex iſto
numero preteriſſent: quando illa in uiſu
demōſtrata & dicta ſūt Abrae: uel q̄ndo
Yſaac natus eſt centenario patri ſuo a
prima promiſſiōe poſt uigintiq̄nqꝫ ānos:
cū iam ex iſtis quadringētis et triginta:
quadringenti & q̄nqꝫ remanerent: quos
deus quadringentos uoluit nominare:
et cetera que ſequūtur in uerbis prenun-
tiantis dei: nullus dubitauerit ad iſraeli-
ticum populū pertinere. Quod uero ad-
iungitur: cum autem ſol erat ad occaſum
flāma facta ē: et ecce fornax fumabūda
& lāpades ignis que tranſierūt ꝑ media
diuiſa illa: ſignificat iam ī fine ſeculi per
ignē iudicandos eſſe carnales. Sicut eniꝫ
afflictiō ciuitatis dei qualis antea nunq̄m
fuit que ſub Antichriſto futura ſperatur:
ſignificat̄ tenebroſo timore Abrae circa
ſolis occaſum id eſt propinquante iā fine
ſeculi: ſic ad ſolis occaſum id eſt ad ipm
iam finē ſeculi ſignificatur iſto igne dies
iudicii: dirimens carnales per ignem ſal-
uandos: et in igne damnandos. Deinde
teſtamētum factum ad Abraam terram
Chanaan proprie manifeſtat: et nomiat

in ea undecim gẽtes: a flumĩe egipti usqꝫ ad flumen magnũ eufraten. Non ergo a flumine magno egipti hoc est nilo: sed a paruo quod diuidit iter egiptum & palestinam: ubi est ciuitas ryrocura.

Iam hinc tempora ❡ Caplm̃. xxv. consequuntur filiorum Abrae: unius de Agar ancilla: alterius de Sara libera: de qbus in libro superiore iam diximus. Quod autẽ actinet ad rem gestam: nullo modo est inferendum de hac concubina crimẽ Abraę. Usus est ea quippe ad generandam prolem non ad explendam libidinem: nec insultans sꝫ potius obediẽs coniugi: quę suę sterilitati credidit eẽ solatium: si fęcundum ancillę uterum quoniam natura nõ poterat uolũtate faceret suũ: et eo iure quo dicit apostolus similiter & uir non habet potestatem corporis sui sed mulier: utens mulier ad pariendum ex altera qđ nõ poterat ex seipsa. Nulla ẽ hic cupido lasciuię: nulla nequitię turpitudo. Ab uxore causa prolis ancilla marito traditur: a marito causa prolis accipitur: ab utroqꝫ non culpę luxus sed naturę fructus exquiritur. Deniqꝫ cum ancilla grauida dominę sterili supbiret: et hoc Sara suspitione muliebri uiro potius imputaret: etiam ibi demonstrauit Abraam nõ se amatorẽ seruũ: sed liberũ fuisse genitorem: et in Agar Sarę cõiugi pudicitiam custodisse: nec uoluptatẽ suaꝫ sed uolũtatem illius impleuisse: accepisse nec petisse: accessisse nec hesisse: seminasse nec amasse. Ait enim. Ecce ancilla tua in manibus tuis: utere ea quomõ tibi placuerit. O uirum uiriliter utentem fęminis: cõiuge temperanter: ancilla obtemperanter: nulla intemperanter. ❡ Caplm̃. xxvi.

Post hęc natus ẽ Ysmael ex Agar: in quo putare posset impletum qđ ei promissum fuerat: cum sibi uernaculũ suum adoptare uoluisset: dicente deo nõ erit heres tuus hic: sed qui exiet de te ille erit heres tuus. Hoc ergo promissum ne in ancillę filio putaret impletum: iam cũ esset annorum nonaginta & nouem apparuit ei dominus & dixit illi. Ego sum deus: place in conspectu meo et esto sine querela: et ponam testamentũ meũ inter me & inter te: et implebo te ualde. Et pcidit Abram in faciem suam: et locutus ẽ illi deus dicens. Ecce ego: et ecce testamẽtum meũ tecũ: et eris pater multitudinis gentium: et non appellabitur nomen tuũ adhuc Abram: sꝫ erit nomen tuũ Abraã: quia p̃rem multarũ gentium constitui te. Et augebo te ualde: et ponã te in gentes: et reges ex te exibunt. Et statuam testamentum meum inter me & te: et inter semen tuum post te in generationes eorum in testamẽtum ęternum: ut sim tibi deus & semini tuo post te. Et dabo tibi & semini tuo post te terram in qua incola es: omnem terram Chanaan in possessionem ęternam. et ero illi deus. Et dixit deus ad Abraam. Tu autem testamentum meum conseruabis: tu & semen tuum post te in progenies suas. Et hoc est testamentum meum quod cõseruabitis inter me & uos et inter semen tuum post te in generatiões suas. Circũcidetur omne uestrum masculinum: et circumcidetis carnem preputii uestri: et erit in signũ testamenti inter me & uos. Et puer octo dierũ circũcidetur: et uestrum omne masculinũ in progenies uestras. Vernaculus et emptitius ab omĩ filio alienigena qui nõ est de semine tuo: circumcisiõe circũcidetur. et uernaculus domꝰ tuę et emptitius. Et erit testamentũ meũ in carne uestra ĩ testamentũ ęternũ: & q non fuerit circumcisus masculs: qui nõ circũcidet carnem preputii sui octauo die: interibit aĩma illa de genere eius qa testamẽtũ meũ dissipauit. Et dixit đs ad Abraam. Sarai uxor tua non appellabiẽ nomen eius Sarai: sed Sara erit nomen eius. Benedicam autem illã & dabo tibi

ex ea filium: et benedicam illū & erit in
nationes: et reges gentium ex eo erūt. et
procidit Abraam super faciem suam &
risit: et dixit in aīmo suo dicens. Si mihi
centum annos habenti nascetur filius: et
si Sara annorū nonaginta pariet? Dixit
aūt Abraam ad deum. Ysmael hic uiuat
in conspectu tuo. Deus autē dixit ad A-
braā. Ita. Ecce Sara uxor tua pariet tibi
filium & uocabis nomen eius Ysaac: et
statuam testamentum meum ad illum in
testamentum ęternum: ut sim illi deus et
semini eius post illum. De Ysmael autem
ecce audiui te. Ecce benedixi eum & am-
plificabo et multiplicabo illū ualde. Du-
odecim gētes generabit. et dabo illum in
magnam gentem. Testamentum autem
meum statuam ad Ysaac: quē pariet tibi
Sara in tempore hoc ad ānum sequētem.
Hic apertiora promissa sunt de uocatiōe
gentium Ysaac id est in filio promissiōis:
quo significatur gratia non natura. quia
de sene & de anu sterili promictit̄ filius.
Quāuis enim & naturalem procreatiōis
excursum deus operetur: ubi tamen eui-
dens opꝰ dei ē uiciata & cessante natura:
ibi euidentius intelligitur gratia. Et quia
hoc nō per generationem sed per regene-
rationem futurum erat: ideo nūc impata
est circumcisio: q̄ndo de Sara promissus
est filius. Et ꝙ oēs non solum filios: uerū
etiam seruos uernaclōs & emptitios cir-
cumcidi iubet: ad omnes istam gratiam
pertinere testatur. Quid enim aliud cir-
cumcisio significat: q̄ uetustate exuta na-
turam renouatam? Et qd aliud q̄ christū
octauus dies: qui ebdomada completa:
hoc ē post sabbatum resurrexit? Paren-
tum mutantur & nomina. oīa resonāt
nouitatem: et ī testamento ueteri obum-
bratur nouum. Quid est enim quod dicit̄
testamentum uetus: nisi noui occultatio?
Et quid est aliud quod dicitur nouū nisi
ueteris ṙuelatō? Risus Abraę exultatio ē
gratulātis: non irrisio diffidentis. Verba
quoq; eius illa in animo suo: si mihi centū
annos habenti nascetur filius: et si Sara
annorum nonaginta pariet: nō sunt du-
bitantis sed admirantis. Si quē ů mouet
qđ dictum est: et dabo tibi & semini tuo
post te terram in qua tu incola es: omnē
terram Chanaan in possessionem ęternā:
quomodo accipiatur impletū siue adhuc
expectetur implendum: cū possessio quę-
cunq; terrena ęterna cuilibet genti eē non
possit: sciat ęternū a nostris interpretari
quod gręci appellāt aeomon qđ a sęculo
deriuatum est. Aeon quippe gręce sęclm
nuncupatur. Sed non sunt ausi latini hoc
dicere seculare: ne longe ī aliud micterēt
sensum. Secularia quippe dicūtur multa
quę in hoc sęculo sic agunt̄: ut breui etiā
tempore transeāt. Aeomon autem quod
dicitur aut non habet finem: aut usq; in
huius sęculi tenditur finem.

¶ Capitlm .xxvii.

Item potest mouere quomodo intelligi oporteat
quod hic dictum est: masculus qui non
circumcidet carnem pręputii sui octauo
die: interibit anima illa de genere suo: qa
testamentum meum dissipauit: cum hęc
nulla culpa sit paruuli cuius dixit aīam
perituram: nec ipē dissipauerit testamen-
tum dei sed maiores qui eum circūcidere
non curauerunt: nisi quia etiam paruuli
non scđm suę uitę proprietatem: sȝ scđm
cōmunem generis humani originem oēs
in illo uno testamētum dei dissipauerūt:
in quo omēs peccauerunt. Multa quippe
appellantur testamenta dei exceptis illis
duobus magnis uetere & nouo: qđ licet
cuiq; legendo cognoscere. Testamentum
autem primum quod factum est ad ho-
minem primum profecto illud est. Qua
die ederitis morte moriemini. Vnde scp-
tum est in libro q̄ ęcclesiasticus appellat̄.
Oīs caro sicut uestis ueterascet. Testa-
tum ergo est a sęclō morte mori: eos qui

transgrediuntur precepta dei. Cum eniꝫ
lex euidentior postea data sit: et dicat a-
postolus ubi autem non est lex nec prę-
uaricatio: quo pacto in psalmo qđ legitˢ
uerum ē: pręuaricatores existimaui oēs
peccatores terrę: nisi qa oēs legis alicuiꝰ
pręuaricatę sunt rei: qui aliquo peccato
tenentur obstricti? Quamobrem si etiam
paruuli qđ uera fides habet nascūtur nō
proprie sꝫ originaliter peccatores: unde
illis gratiam remissionis peccatorum ne-
cessariam confitemur: profecto eo modo
quo sunt peccatores: etiā pręuaricatores
legis illius quę in padiso data ē agnoscū-
tur. ut uerum sit utrunqꝫ quod scriptum
est: et pręuaricatores extimaui oēs pec-
catores terrę: et ubi lex non est: nec prę-
uaricatio. Ac per hoc qa circūcisio signū
regenerationis fuit: non immerito puulū
propter originale peccatum quo primuꝫ
dei dissipatum est testamentum generatio
disperdet: nisi regeneratō liberet. Sed in-
telligenda sunt hęc uerba diuina tanq̄m
dictum sit: qui nō fuerit regeneratus in-
teribit aīma illa de genere eius: qa testa-
mentum dei dissipauit quando in Adam
cum oībus etiam ipe peccauit. Si enim
dixisset qa hoc testamentum meum dissi-
pauit: non nisi de ista circūcisiōe intelligi
cogeret. Nunc uero quoniā nō expręssit
cuiusmodi testamentum puulus dissipa-
uerit: liberum est intelligerē de illo testa-
mento dictum cuius dissipatio pertinere
possit ad paruulum. Si autem quisquam
hoc non nisi de ista circumcisione dictum
esse contendit: qꝛ in ea testamentum dei
qui non est circumcisus dissipauerit par-
uulus: quęrat locutōnis aliquem modum
q̄ non absurde possit intelligi: ideo dissi-
passe testamentum: quia licet non ab illo
tamen in illo est dissipatū. Verū sic quoqꝫ
aīaduertendum est nulla in se negligētia
sua iuste interire incircūcisi animam per-
uuli: nisi originalis obligatione peccati.

¶ Capl'm .xxviii.

Acta igitur promissiōe tā magna tamqꝫ lucida
ad Abraam: cui euidentissime dictum est
patrem multarū gentium posui te: et au-
gebo te ualde & ponam te in gentes: et
reges exibūt ex te: et dabo tibi ex Sara
filium: et benedicam illum & erit in na-
tiones: et reges gentium ex eo erūt: quā
promissionem nunc in christo cernimus
reddi: ex illo deinceps illi coniuges non
uocantur in scripturis sicut antea uoca-
bātur Abram & Sarai: sed sicut nos eos
ab initio uocauimus: quoniā sic iam uo-
cantur ab oībus Abraam & Sara. Cur
autem mutatum sit nomē Abraę: reddita
est ratio: quia patrem inquit multarum
gētium posui te. Hoc ergo significare in-
telligēdum est Abraam. Abram uero qđ
ante uocabatur interpretatur pater ex-
celsus. De nomīe autem mutato Sarę nō
est reddita ratio: sed sicut aiunt q scṗserūt
interpretationes nominum hebreoꝝ quę
his literis sacris cōtinentur: Sarai inter-
pretatur princeps mea: Sara aūt uirtus.
Vnde scriptum ē in ępistola ad hebreos:
fide & ipsa Sara uirtutē accepit ad emis-
sionem seminis. Ambo autem senes erāt
sicut scṗtura testatur: sed illa etiā sterilis
& liquore mēstruo iam destituta: ꝓpter
quod iam parere nō posset etiā si sterilis
non fuisset. Porro si fęmia ita sit prouec-
tioris ętatis ut ei solita mulierum adhuc
fluant: de iuuene parere pōt: de seniore
nō potest. quāuis adhuc possit ille senior
sꝫ de adolescentula gignere: sicut Abraaꝫ
post mortem Sarę de Cethura potuit:
quia uiuidam eius inuenit ętatem. Hoc
ergo est qđ mirū cōmendat apostolus: et
ad hoc dicit Abraę iā fuisse corpꝰ emor-
tuum: quoniam non ex omi fęmina: sed
ex ea cui esset adhuc aliqđ pariendi tem-
pus extremum generare: ipe in illa ętate
adhuc posset. Ad aliquid enim emortuū
corpus eius intelligere debemus: non ad

omnia. Nam senectus uiui: non iam ca-
dauer est mortui. Quãuis etiam sic solui
soleat ista questio: quod de Cethura postea
genuit Abraam: quia donum gignendi
quod a domino accepit: etiam post obitũ
mãsit uxoris. Sed propterea mihi uidetur
illa quam secuti sumus questionis huius
solutio preferenda: quia centenarius quidem
senex sed temporis nostri de nulla potest
femina gignere: non tunc quidem quando
adhuc tam diu uiuebant ut centum anni
nondum facerent hominem decrepite se-
nectutis. ¶ Capitulum .xxix.

ITem deus apparuit Abrae ad quercuz
Mambre in tribus uiris: quos dubi-
tandum non est angelos fuisse: quamuis
quidam existiment unum in eis fuisse dñm
christum: asserentes eum etiã ante indu-
mentum carnis fuisse uisibilem: esse quidem
diuine potestatis inuisiblis incorporalis
incõmutabilisque nature: sine ulla sui mu-
tatione etiã mortalibus aspectibus apparere:
nõ per id quod est: sed per aliquod quod
sibi subditum est. Quid autem illi subditum
non est? Verũtamen si propterea confir-
mant horum trium aliquem fuisse xpm:
quia cum tres uidisset ad dominũ singu-
lariter est locutus: sic enim scriptum est:
et ecce tres uiri stabant super eũ: et uidens
procurrit obuiam illis ab ostio taberna-
culi sui: et adorauit super terram & dixit.
Domine si inueni gratiã ante te: et cetera:
cur non etiam illud aduertunt: duos ex
eis uenisse ut sodomite delerentur: cum
adhuc Abraam ad unum loqueretur do-
minum appellans: et intercedens ne simul
iustum cum impio in sodomis perderet?
Illos autẽ duos sic suscepit Loth: ut etiã
ipse in colloquio suo cũ illis singulariter
dominum appellaret. Nam cum eis plu-
raliter dixisset ecce domini declinate in
domum pueri uestri: et cetera que ibi di-
cuntur: postea tamen ita legitur. Et tenu-
erunt angeli manũ eius & manũ uxoris
eius: et manus duarum filiarum eius: eo
quod dominus parceret illi. Et factũ est mox
ut eduxerũt illum foras: dixerũt. Saluã
fac animam tuam. Ne respexeris retro:
nec steteris in tota regione. In monte sal-
uum te fac: nequãdo comprehendaris.
Dixit autem Loth ad illos. Oro domine
quia inuenit puer tuus misericordiam ante
te: et que sequuntur. Deinde post hec uerba
singulariter illi respondit dominus: cum
in duobus angelis esset: dicens. Ecce mi-
sertus sum faciem tuam &c. Vnde multo
est credibilius quod et Abraam in tribus &
Loth in duobus uiris dñm agnoscebãt:
cui per singularem numerũ loquebãtur:
etiam cum eos homines esse arbitrarentur.
Neque enim aliam ob causam sic eos susce-
perunt: ut tanquam mortalibus & humana
refectione indigentibus ministrarent. Sed
erat profecto aliquid quo ita excellebant
licet tanquam homines: ut in eis esse dominũ
sicut esse assolet in prophetis: hi qui hospi-
talitatem illis exhibebant dubitare non
possent. atque ideo & ipsos aliquãdo plu-
raliter ut dominos: aliquando singulariter
ut in eis dominum appellabãt. Angelos
autem fuisse scriptura testatur: nec solũ in
hoc genesis libro ubi hec gesta narrãtur:
uerũ etiam in epistola ad hebreos: ubi cũ
hospitalitas laudaretur: per hanc inquit
etiã quidam nescientes hospitio receperunt
angelos. Per illos igitur tres uiros cum
rursus filius Ysaac de Sara promitteretur
Abrae diuinitus datũ est etiã tale respõ-
sum: ut diceretur Abraam. erit in magnã
gentem & multam: et benedicentur in eo
omnes gentes terre. Et hic duo illa breuissime
plenissimeque promissa sunt: gens israel secundum
carnem: et omnes gentes secundum fidem.

¶ Capitulum .xxx.

POst hanc pro-
missionẽ libato de sodomis Loth:
& ueniente igneo imbre de celo: tota illa
regio impie ciuitatis in cinerem uersa est: ubi
stupra in masculos in tantã consuetudinẽ

conualuerant: quãtam leges solent alioꝝ factoꝝ prębere licentiam. Verum et hoc eorum supplitium: specimẽ futuri iuditii diuini fuit. Nam ad quid pertinet ꝙ ꝓhibiti sunt q̄ liberabãtur ab anglis retro respicere: nisi ꝗa non est aĩmo redeũdum ad ueterem uitã: qua per gratiam regenerati exuimur: si ultimũ iuditiũ euadere cogitam⁹? Deniq; uxor Loth ubi r̄spexit remansit: et in salem cõuersa hominibus fidelibus quoddã pręstitit condimẽtum: quo sapiant aliquid unde illud caueatur exemplum. Inde rursus Abraam fecit in geraris apd̄ regem ciuitatis illius Abymelech: quod ĩ egipto de cõiuge fecerat: eiq; itacta similiter reddita est. Vbi sane Abraam obiurganti se regi cur tacuisset uxorem: sororemq; dixisset: aperiens q̄d timuerit etiam hoc addidit. Etenim uere soror mea est de patre sed nõ de matre. ꝗa de patre suo soror erat Abraę: de quo propinqua eius erat: tãtę autem pulcritudinis fuit: ut etiam in illa ętate posset adamari. ¶ Capitl'm .xxxi.

POst hęc natus est Abraę scd̄m ꝓmissionem dı̄ de Sara filius: eumq; nomiauit Ysaac quod interpretatr̄ risus. Riserat enim & pater quãdo ei ꝓmissus est admirans in gaudio: riserat et mater: quãdo per illos tres uiros iterũ ꝓmissus est dubitans in gaudio. Quãuis exprobrante angelo ꝙ risus ille etiam si gaudii fuit: tamen plenę fidei non fuit. Post ab eodem angelo etiã in fide confirmata est. Ex hoc ergo puer nomẽ accepit. Nam ꝙ risus ille non ad irridẽdum opprobriũ: sed ad celebrandum gaudium ptinebat: nato Ysaac et eo noĩe uocato: Sara monstrauit. Ait q̄ppe: risum mihi fecit deus. Quicũq; enim audierit congaudebit m̄. Sed post aliquãtulum tempus ancilla de domo eicitur cũ filio suo: et duo illa scd̄m apostolum testamenta significãtur uetus et nouum: ubi Sara illius supernę hierl'm hoc est ciuitatis dei figuram gerit.

INter hęc quę ¶ Capitl'm .xxxii. omnia cõmemorare nimis lõgum est: temptatur Abraam de immolãdo dilectissimo filio suo Ysaac: ut pia eius obedĩa probaretur: sęculis in notitiam ꝓferẽda non deo. Neq; enim omnis est culpanda temptatio: quia & gratulanda est qua fit probatio. Et plerunq; aliter animus humanus sibiipi innotescere non potest: nisi uires suas sibi nõ uerbo sed experimẽto: temptatõne quodammodo interrogante respondeat. ubi si dei munus agnouerit: tunc pius est: tũc solidatur firmitate grę: non inflatur inanitate iactantię. Nunq̄m sane crederet Abraam ꝗa uictimis deus delectaretur humanis: quamuis diuino intonante pręcepto: obediendum sit nõ disputandũ. Veruntñ Abraam cõfestim filium cum fuisset imolatus: resurrectuꝝ credidisse laudandus est. Dixerat nanq; illi deus: cum de ãcilla & filio eius foras eiciendis uoluntatem coniugis nollet implere: in Ysaac uocabitur tibi semen. Et certe ibi seq̄tur ac dicitur. Filium autem ancillę huius ĩ magnam gentem faciam: ꝗa semen tuum est. Quomõ ergo dictum est in Ysaac uocabitur tibi semen: cum et Ysmaelẽ deus semẽ eius uocauerit? Exponens autẽ apostolus quid sit in Ysaac uocabitr̄ tibi semen: id ẽ inq̄t non qui filii carnis hi filii dei: sed filii promissioĩs deputanr̄ in semine. Ac ꝑ hoc filii ꝓmissioĩs ut sint semen Abraę in Ysaac uocantur: hoc est in christũ uocante gratia congregantur. Hanc ergo promissionem pater pius fideliter tenens: ꝗa ꝑ hũc oportebat impleri: quem deus iubebat occidi: non hesitauit ꝙ sibi reddi poterat imolatus: q̄ dari potuit non speratus. Sic intellctm̄ est & in ępl'a ad hebreos & sic expositũ. Fide inquit pręcessit Abraam in Ysaac temptatus: et unicũ obtulit q̄ ꝓmissioẽs suscepit: ad quẽ dictũ est ĩ Ysaac uocabitr̄

tibi semen: cogitans quia & ex mortuis
excitarī potest deus. Proinde addit. Pro
hoc etiā eum & in similitudinē adduxit.
Cuius similitudinē nisi illius de quo dicit
idem apostolus: q̄ ꝓprio filio non pepcit:
sed ꝓ nobis om̄ibus tradidit illū? Prop-
terea et Ysaac sicut dominus crucē suam:
ita sibi ligna ad uictimę locū q̄bus fuerat
imponendus ipse portauit. Postremo q̄a
Ysaac occidi non oportebat: posteaq̄ est
pater eum ferire prohibitus: q̄s erat ille
aries quo īmolato īpletū est significatiuo
sanguine sacrificium? Nempe quando eū
uidit Abraā cornibus ī frutice tenebarī.
Quis ergo illo figurabatur nisi Ih̄us xp̄s
anteq̄m īmolaretur spinis iudaicis coro-
natus? Sed diuina per angelum uerba
potius audiamus. Ait q̄ppe scriptura. Et
extendit Abraam manum suam sumere
macheram ut occideret filium suū. Et uo-
cauit illum angelus dn̄i de cęlo: et dixit.
Abraā. Ille autē dixit: ecce ego. Et dixit.
ne inicias manum tuam super puerū: neq̄
facias illi quicq̄m. Nunc enim sciui quia
times deum tuum: et non pepercisti filio
tuo dilecto propter me. Nunc sciui dictū
est: nunc sciri feci. Neq̄ enim hoc nōdum
sciebat deus. Deinde ariete illo īmolato
pro Ysaac filio suo: uocauit ut legitur A-
braam nomen loci illius dominus uidit.
ut dicatur hodie ī monte dn̄s apparuit.
Sicut dictum est nūc sciui: pro eo quod ē
nunc sciri feci: ita hic dominus uidit pro
eo quod est dominus apparuit: hoc est
uideri se fecit. Et uocauit āgelus domini
Abraam secundo de cęlo dicens. Per me-
metip̄m iuraui dicit dominus: propter q̄d
fecisti uerbum hoc: et non pepercisti filio
tuo dilecto ꝓpter me: nisi benedicens be-
nedicā tibi: et multiplicās multiplicabo
semē tuum sicut stellas cęli: et tanq̄ arenā
quę ē iuxta labium maris. Et hereditate
possidebit semē tuum ciuitates aduersa-
riorum suorum: et benedicenī in semine
tuo omnes gentes terrę: quia obaudisti
uocem meā. Hoc modo ē illa de uocatōe
gentiū in semine Abrahę: post holocaustū
quo significatus est christus: etiā iuratōe
dei firmata promissio. Sępe eni ꝓmiserat
sed nunq̄m iurauerat. Quid autem ē dei
ueri ueracisq̄ iuratio: nisi promissi cōfir-
matio & infidelium quędam increpatō?
Post hęc Sara mortua est cētesimo & ui-
cesimo & septimo āno uitę suę: centesimo
autē & tricesimoseptimo uiri sui. Decem
q̄ppe annis eā pręcedebat ętate: sicut ip̄e
quādo sibi ex illa promissus est filius ait.
Si mihi annoꝝ centum nascetur filius: et
si Sara annorum nonaginta pariet? Tūc
emit agrū Abraā in quo sepeliuit uxorē.
Tunc ergo sc̄d̄m narrationem Stephani
in terra illa est collocatus: quoniam cępit
ibi esse possessor: post mortem scilicet pa-
tris sui: q̄ colligitur ante biennium fuisse
defunctus. ¶ Capitulū. xxxiii.

Deinde Rebeccam neptem Nachor
patrui sui: cum annorum quadra-
ginta eēt Ysaac duxit uxorē: scilicet cen-
tesimo et quadragesimo anno uitę patris
sui: triennio post mortem matris suę. Ut
autem eā duceret: quando ab eius patre
in mesopotamiam seruus missus est: quid
aliud demonstratum est cum eidem seruo
dixit Abraā: pone manū tuā sub femore
meo: et adiurabo te per dominū deū cęli
& dominū terrę: ut non sumas uxorem
filio meo Ysaac de filiabus chananeorū:
nisi dominū cęli et dn̄m terrę ī carne quę
ex illo femore trahebarī fuisse uenturum?
Nunquid hęc parua sunt prenūtiata in-
dicia ueritatis: quę compleri uidemus in
christo? ¶ Capitlm. xxxiiii.

Quid autem sibi uult: q̄ Abraam
post mortē Sarę Cethuram duxit
uxorē? Ubi absit ut incontinentiā suspi-
cemur: pręsertim in illa iam ętate et ī illa
fidei sanctitate. An adhuc ꝓcreandi filii
quęrebātur: cū iam d̄o promictēte tanta

multiplicatio filiorum ex Ysaac: p stellas
celi & arenā terre fide probatissia tene-
retur? Sed profecto si Agar & Ysmael
doctore apostolo significauerūt carnales
ueteris testamenti: cur nō etiam Cethura
& filii eius significent carnales: qui se ad
testamentum nouū existimant ptinere?
Ambe qppe & uxors Abrae et cōcubine
sunt appellate. Sara uero nunq̄m dicta ē
Abrae concubina sed uxor tātum. Nam
& q̄ndo data est Agar Abrae ita sc̄ptum
est: et apprehendit Sarai uxor Abram
Agar egiptiam ancillam suā: post decem
annos q̄ habitauerat Abrā in terra Cha-
naan: et dedit eā Abram suo uiro uxorē.
De Cethura autē quā post obitum Sare
accepit sic legitur. Adiiciens aūt Abraam
assumpsit uxorē cui nomē Cethura. Ecce
ambe dicūtur uxores: ambe porro con-
cubine fuisse reperiuntur: postea dicente
scriptura. Dedit autem Abraam omnem
censum suum Ysaac filio suo: et filiis con-
cubinarum suarū dedit Abraam dona:
& diuisit eos ab Ysaac filio suo adhuc se
uiuo ad orientem i terra orientis. Habēt
ergo nōnulla munera filii concubinarum
in plaga orientis: sed non peruenient ad
regnum pmissum: nec heretici nec iudei
carnales: qa preter Ysaac nullus ē heres:
& non q filii carnis hi filii dei: sed filii p-
missionis deputantur in semine: de quo
dictum est. In Ysaac uocabitur tibi semē.
Neq; enim uideo cur etiam Cethura post
uxoris mortem ducta: nisi propter hoc
misterium dicta sit concubina. Sed qsqs
hec non uult in istis significatōnibus ac-
cipere: nō calumpniet Abrae. Quid eniz
si & hoc prouisum est cōtra hereticos fu-
turos secūdarum aduersarios nuptiarū:
ut in ipso patre multarum gentium post
obitum cōiugis iterū coniugari: demon-
straretur non eē peccatū. Et mortuus est
Abraam cum eēt annorum centū septua-
gintaq̄nq;. Annorum g̊ septuagintaq̄nq;
Ysaac dereliqt filium: quem centenarius
genuit. Capitlm .xxxv.

IAm ex hoc q̄admodū per posteros
Abrae ciuitatis dei percurrant tempa
uideamus. A primo igitur annorū uite
Ysaac usq; ad sexagesimum quo ei nati
sunt filii: illud memorabile est: q cum illi
deum roganti ut pareret uxor eius que
sterilis erat: concessisset dominus qd pe-
tebat: atq; hēret illa conceptū: gestiebāt
gemini adhuc in utero eius inclusi. Qua
molestia cum āgeretur dominū interro-
gauit: accepitq; responsum. Due gentes
in utero tuo sunt: et duo populi de uētre
tuo separabuntur: et populus populum
supabit: & maior seruiet minori. Quod
Paulus apostolus magnum uult īntelligi
gratie documentum. qa nondū illis natis
nec aliquid agentibus boni seu mali: sine
ullis bonis meritis eligit̄ minor: maiore
reprobato. quoniā proculdubio q̄ntum
actinet ad originale peccatū ambo pars
erant: q̄ntum aūt ad pprium nullius eorū
ullū erat. Sed nūc de hac re dicere aliqd
latius instituti operis ratio nō sinit: unde
& in aliis iā multa diximus. Quod autē
dictū est maior seruiet minori: nemo fere
nostrorum aliter intellexit: q̄ maiorem
populū iudeorum miori populo xpiano
seruiturum. Et reuera quamuis in gente
ydumeorum que nata est de maiore cui
duo noia erant: nam et Esau uocabat̄ &
Edom: unde et ydumei: hoc uideri possit
impletum: quia postea supanda fuerat a
populo q ortus est ex minore id est israe-
litico: eiq; fuerat futura subiecta: tamē in
aliqd maius intentam fuisse istā pphiam
qua dictū est populus populū supabit: et
maior seruiet minori: cōueniētius creditr̄.
Et qd est hoc: nisi q in iudeis & xpianis
euidenter impletur? Caplm. xxxvi.

HAc Ccepit etiam Ysaac oraculum tale:
quale aliquotiēs pater eius accepat:
de quo oraculo sic scriptum est. Facta est

autem fames sup terram: preter famem que prius facta est in tēpe Abrae. Abiit autem Ysaac ad Abymelech regem philistinorum i gerara. Apparuit autem illi dn̄s et dixit. Noli descendere in egiptū. Habita autem ī terra quam tibi dixero: et incole in terra hac: et ego ero tecum & benedicā te. Tibi eni3 et semini tuo dabo omnē terram hanc. Et statuā iuramentū meum quod iuraui Abrae patri tuo: et multiplicabo semē tuum sicut stellas celi. Et dabo semini tuo omnē terram hanc: et benedicentur in semine tuo omēs gentes terre: pro eo quod ꝙ obaudiuit Abraa3 pr̄ tuus uocē meā: et custodiuit precepta mea: et mandata mea & iustificationes meas: et legitima mea. Iste p̄riarcha nec uxorē habuit aliā nec aliquā concubinā: sed posteritate duorum gemīoꝝ ex uno concubitu procreatorum cōtentus fuit. Timuit sane etiā ipe periculū de pulcritudine cōiugis: cū habitaret inter alienos: fecitq3 quod pater: ut eā sororem diceret taceretq3 uxorem. Erat eni3 et propinqua et paterno & materno sanguīe. Sed etiā ipa ab alienigenis cognito ꝙ uxor esset: mansit intacta. Nec ideo tamē istū patri eius preferre debemus: quia iste nullam feminam preter unam cōiugem nouerat. Erant enim proculdubio paterne fidei et obedīe merita potiora: in tantū ut ꝓpter illum dicat deus huic se facere bona que fecit. Benedicētur inqt in semine tuo oēs gentes terre: pro eo ꝙ obaudiuit Abraā pater tuus uocē meā: et custodiuit precepta mea & mandata mea: et iustificatoēs meas et legitima mea. Et alio rursus oraculo: ego sum inqt deus Abraa3 p̄ris tui: noli timere. tecum eni3 sum et b̄ndixi te: et multiplicabo semen tuum propter Abraam patrem tuum. Vt intelligamus q̄ caste Abraam fecerit: quod hominib9 impudicis & neqne sue de scpturis sctis patrocinia requirentibus: uidetur fecisse libidine. Deinde ut etiam hoc nouerim9 nō ex bonis singulis inter se hoīes cōparare: s3 in unoquoq3 cōsiderem9 uniuersa. Fieri eni3 potest ut habeat aliqd ī uita et moribus qspiam quo superet alium: idq3 sit longe prestabilius q̄ est illud unde ab alio supatur. Ac per hoc solo dei ueroq3 iudicio: cum cōtinentia cōiugio preferat̄: melior tamē est homo fidelis cōiugatus: q̄ continens infidelis. Sed continēs infidelis homo non solum minus laudādus est qa se continet dum nō credat: uerum etiam multo magis uituperandus qa nō credit cum se cōtineat. Constituam9 ergo ambos bonos. Etiam sic profecto melior est cōiugatus fidelissim9 & obediētissim9 deo: q̄ continens minoris fidei minorisq3 obedientie. Si uero paria sint cetera: continētem cōiugato preferre qs ambigat?

QVo igr̄ Ysaac ❡ Caplm̄. xxxvii.

Q filii Esau & Iacob pariter crescūt: Primatus maioris transfūditur ī minorem: ex pacto & placito inter illos: eo ꝙ lenticulam quem cibum minor parauerat maior īmoderati9 concupiuit: eoq3 pretio ꝓmogenita sua fratri iuratiōi interposita uendidit. Vbi discimus in uescendo non cibi genere sed auiditate immodesta uel immoderata queq3 culpandum. Senescit Ysaac: ei9q3 oculis p senectā uisus aufertur. Vult benedicere filium maiorem: et pro illo nesciens benedicit minorem: pro fratre maiore qui erat pilosus se paternis māibus supponentē: edinis sibi pelliculis coaptatis uelut edina peccata portātem. Iste dolus Iacob ne putaret̄ fraudulent9 dolus: et non in eo magis misterium esse quereretur: superius predixit scriptura. Et erat Esau homo sciēs uenari agrestis: Iacob aūt homo simplex habitās domū. Hoc nr̄i qdam interpretati sūt: sine dolo. Siue aūt sīn dolo: siue simplex: siue poti9 sine fictione dicat̄: qđ est grece aplastos: quis est in ista benedictione percipienda

dolus hominis sine dolo? Quis est dolus
simplicis? Que fictio non mentientis: nisi
profūdum misterium ueritatis? Ipa aūt
benedictio qualis est? Ecce inqt odor filii
mei tanq̄m odor agri pleni: quē bn̄dixit
dominus. Et det tibi deus de rore celi et
de pinguedine terre multitudinem fru-
menti & uini: et seruiant tibi gentes &
adorent te principes: et fias dn̄s fratris
tui: & adorabunt te filii patris tui. Qui
maledixerit te maledctūs erit: et qui be-
nedixerit te benedictionibus repleatur.
Benedictio igitur Iacob: predicatio xp̄i
est in oībus gentibus. Hoc facto igitur
lex & prophetia est Ysaac. Et p os iude-
orum christus ab illa benedicitur: uelut
a nesciente: quia in ea ab eis ip̄e nescitur.
Odore nomīs christi sicut ager mundus
impletur. Eius est benedictō de rore celi:
hoc est de uerboꝝ pluuia diuīoꝝ: et de
ubertate terre hoc est de congregatione
populorū: eius est & multitudo frumēti
& uini: hoc est multitudo quam colligit
frumētum & uinū in sacramēto corporis
eius et sanguinis eius. Ei seruiūt gentes:
ip̄m adorant principes. Ipse ē dominus
fratris sui: qa populus eius dominatur
iudeis. Ip̄m adorant filii patris eius: hoc
est filii Abrae scd̄m fidem: quia & ip̄e est
filius Abrae scd̄m carnem. Ip̄m q male-
dixerit maledictus: et q benedixerit be-
nedictus est. Christus inq̄m noster etiam
ex ore iudeoꝝ quāuis errantiū sed tamē
legem prophasq; cantantiū benedicitur:
id est ueraciter dicitur: & alius benedici
putatur q ab eis errantibus expectatur.
Ecce benedictōnem ꝓmissam petente ma-
iore expauescit Ysaac: et aliū se pro alio
benedixisse cognoscit. Miratur et qs nam
ille sit percūctatur: nec tamē se deceptum
esse conqueritur. imo confestim reuelato
sibi intus i corde magno sacramento de-
uitat indignatōnem: cōfirmat benedicti-
onem. Quis ergo inquit uenatus est mihi

uenationē & intulit mihi: et manducaui
de oībus anteq̄m tu uenires? Et bn̄dixi
eum & benedictus sit. Quis nō hic male-
dictionem potius expectaret irati: si hec
non supna inspiratione sed terreno more
gererent? O res gestas ʒ ꝓphice gestas:
in terra sed celitus: p hoīes ʒ diuitus. Si
excutiant singula tātis fecūda misteriis:
multa sunt implenda uolumina: sed huic
opi modus moderate imponēdus: nos in
alia festinare cōpellit. ¶ Cap. xxxviii.

Dicitur Iacob a parentibus in meso-
potamiam: ut ibi ducat uxorem.
Patris mictentis hec uerba sūt. Non ac-
cipies uxorem ex filiabus chananeoruʒ.
Surgens fuge in mesopotamiā in domū
Bathuel p̄ris m̄ris tue: et sume tibi inde
uxorem de filiabus Laban fratris m̄ris
tue. Deus aūt meus bn̄dicat te & augeat
te et multiplicet te. Et eris ī congregatio-
nes gentiū: et det tibi bn̄dictoēm Abraā
patris tui: et tibi et semini tuo post te: ut
heres fias terre incolatus tui quā dedit
deus Abrae. Hic iā intelligimꝰ segregatū
semen Iacob: ab alio semine Ysaac quod
factū est p Esau. Quādo eniʒ dictū est in
Ysaac uocabitur tibi semē: ptinens utiq;
semen ad ciuitatem dei: sepatum est inde
aliud semē Abrae qd̄ erat in ancille filio:
quod futurum erat in filiis Cethure. Sed
adhuc erat ambiguū de duobus geminis
filiis Ysaac: an ad utrūq; an ad unū eorū
illa benedictō pertineret. Et si ad unum:
qs nam esset illorū. Quod nūc declaratuʒ
est: cū prophetice a p̄re benedicit̄ Iacob:
et dicit̄ ei: et eris ī congregatoēs gentiū:
et det tibi benedictōnem Abrae p̄ris tui.
Pergens itaq; ī mesopotamiam Iacob: in
somnis accepit oraculū de quo sic sc̄ptum
est. Et exiuit Iacob a puteo iurationis: et
ꝓfectus est in charram & inde uenit in
locū et dormiuit ibi. Occiderat enī sol: et
sūpsit ex lapidibꝰ loci & posuit ad caput
suū: et dormiuit ī loco illo & somniauit.

Et ecce scala stabilita super terram: cuius
caput ptingebat ad cęlum: et angeli dei
ascendebāt & descendebant p illā et dñs
incūbebat sup illā: et dixit. Ego sum de9
Abraā pr̄is tui: et d̄s Ysaac: noli timere:
terram i qua dormis sup eam: tibi dabo
illā & semini tuo. Et erit semē tuum sicut
arena terrę: et dilatabit̄ sup mare: & in
africum & ī aqlonem: et ad orientem. Et
bn̄dicent̄ in te oēs tribus terrę et ī semie
tuo. et ecce ego sum tecū custodiens te in
om̄i uia quacūq; ibis: et reducā te ī terrā
hanc: qa nō te derelinquā donec faciam
om̄ia quę tecum locutus sum. Et surrexit
Iacob de somno suo: et dixit: quia dñs ē
in loco hoc & ego nesciebā. Et timuit &
dixit: q̄terribilis locus hic: nō est hic nisi
domus dei et hęc porta ē cęli. Et surrexit
Iacob & sumpsit lapidem quē supposuit
capiti suo: et statuit illū in titulū: et sup-
fudit oleum in cacumine eius: et uocauit
Iacob nomē loci illius domus d̄i. Hoc ad
prophetiaʒ pertinet. Nec more idolatrię
lapidē pfudit oleo Iacob: uelut faciēs illū
deū: neq; enī adorauit eūdem lapidē uel
ei sacrificauit: ſʒ q̄m xp̄i nom̄ a chrismate
est id est ab unctōe: profecto figuratū est
hic aliqd qd̄ ad magnū ptineat sac̄mē-
tum. Scalā ū istā intelligit̄ ipse saluator
nobis ī memoriā reuocare in euangelio.
Vbi cū dixissʒ de Nathanaele: ecce uere
israelita ī quo dolus non ē: qa isrl̄ uiderat
istā uisionē: ip̄e est enī Iacob: eodem loco
ait. Amē amē dico uobis: uidebitis cęlū
aptū et angelos dei ascēdentes & descē-
dentes sup filiū hoīs. Perrexit ḡ Iacob in
mesopotamiā: ut inde acciperet uxorem.
Vnde aūt illi acciderit q̄tuor hr̄e fęminas:
de qbus duodecim filios & unam filiam
procreauit: cū earum nullā cōcupisceret
illicite: indicat scp̄tura diuina. Ad unam
qppe accipiēdam uenerat: ſʒ cū illi altera
pro altera supposita fuisset: nec ipam di-
misit qua nesciens usus fuerat ī nocte: ne
ludibrio eam uideretur habuisse. Et ex
eo tempe q̄m multiplicādę posteritatis cā
plures uxor̄s lex nllā ꝓhibebat: accepit
etiā illā cui uni iam futuri cōiugii fidem
fecerat. Quę cū esset sterilis: ancillā suam
de qua filios ipa susciperet marito dedit:
qd̄ etiā maior soror eius q̄uis peperisset
imitata: q̄m multiplicare ꝓlem cupiebat
effecit. Nullā ḡ Iacob leḡ petisse pręter
unā: nec usus plimis nisi gignēdę prolis
officio cōiugali iure seruato: ut neq; hoc
faceret n̄ uxor̄s ei9 id fieri flagitassēt: quę
corpis uiri sui hēbant legitimā ptātem.

G Enuit ḡ duodecim ❡ Ca. xxxix.
filios et unā filiam ex q̄tuor muli-
eribus. Deinde ingressus est ī egiptū per
filiū suū Ioseph: q uendit9 ab inuidētibus
fratribus: eoq; pductus fuit atq; ibidem
sublimatus. Iacob autē etiam Israel sicut
pauloante dixi uocabatur: quod nomen
magis popl̄s ex illo ꝓcreatus obtinuit.
Hoc autem nomē illi ab angelo impositū
est: q cum illo fuerat ī itinere de mesopo-
tamia redeunte luctatus: typum christi
euidētissime gerens. Nam ꝙ ei pręualuit
Iacob utiq; uolēti: ut misteriū figuraret.
significat passionē christi: ubi uisi sunt ei
pręualere iudei. Et tn̄ benedictionem ab
eodem angl̄o quē supauerat ipetrauit: ac
sic huius noīs impositio benedictio fuit.
Interpretat̄ aūt Israel uidens deum: qd̄
erit in fine pręmium sanctorum omniuʒ.
Tetigit porro illi idem angl̄s ueluti prę-
ualenti latitudinem femoris: eumq; isto
modo claudum reddidit. Erat itaq; unus
atq; idem Iacob: et bn̄dictus et claudus.
benedictus ī eis q in christum ex eodem
populo crediderunt: atq; in infidelibus
claudus. Nam femoris latitudo: generis
multitudo ē. Plures qppe sunt ī ea stirpe
de quibus prophetice prędictum est: et
claudicauerūt a semitis suis. ❡ Cap. xl.

I Ngressi itaq; referūtur in egiptū siml̄
cū ipso Iacob septuagintaqnq; hoīes:

annumerato ipso cum suis filiis. In quo
numero due tantum femine cōmemorant̄
una filia: neptis altera. Sed res diligēter
considerata nō indicat q tantus numer9
fuerit in ꝓgenie Iacob: die uel anno quo
ingressus est egiptum. Cōmemorati sunt
qppe ī eis etiam pronepotes Ioseph: qui
nullo modo iam tunc esse potuerūt quo-
niam tūc centum triginta annorum erat
Iacob: filius uero eius Ioseph triginta no-
uem. Quem cum accepisse tricesimo anno
suo uel amplius constet uxorem: quomō
potuit p nouem annos habere ꝓnepotes
de filiis quos ex eadem uxore suscepit?
Cum ḡ nec filios haberent Effrem et Ma-
nasses filii Ioseph: sed eos pueros infra q̄
nouēnes Iacob egiptū ingressus inuene-
rit: quo pacto eorum non solum filii sed
etiam nepotes in illis septuagintaquinq;
numerantur: q tūc egiptum ingressi sunt
cū Iacob? Nam cōmemorat̄ ibi Machir
filius Manasse nepos Ioseph: & eiusdem
Machir filius id est Galaad nepos Ma-
nasse ꝓnepos Ioseph. Ibi ē & quē genuit
Effrē alter fili9 Ioseph: id ē Vtalaā nepos
Ioseph: ibi ē et Bareth fili9 ipius Vtalaę
id ē nepos Effrem pronepos Ioseph: qui
nullo modo esse potuerunt quādo uenit
Iacob in egiptū: et filios Ioseph nepotes
suos auos istoꝝ minores q̄ nouē annoꝝ
pueros inuenit. Sed nimirum introitus
Iacob in egiptum quādo eum in septua-
gintaquinq; hominibus scptura comme-
morat: nō unus dies uel unus annus: sed
totū illud ē tempus q̄ndiu uixit Ioseph:
per quem factū est ut intrarent. Nam de
ipso Ioseph eadem scriptura sic loqtur &
habitauit Ioseph in egipto: ipe et fratres
eius & omnis cohabitatio patris eius: et
uixit annos centū et decē: et uidit Ioseph
Manasses et Effrem filios usq; in tertiam
generationem. Ipe est ille pronepos eius:
ab Effrem tertius. generationem quippe
tertiam dicit: filiū: nepotē: et ꝓnepotem.

Deinde seqtur. Et filii Machir filii Ma-
nasse: nati sunt supra femora Ioseph. Et
illic ille ipe est nepos Manasse: pronepos
Ioseph. Sed pluraliter appellati sūt sicut
sciptura consueuit: que unā quoq; filiam
Iacob filias nūcupauit: sicut ī latię ligue
cōsuetudine liberi dicunt̄ pluraliter filii:
etiā si non sint uno amplius. Cur ḡ ipius
Ioseph predicetur felicitas: quia potuit
uidere ꝓnepotes: q nullo modo putandi
sunt iam fuisse tricesimonono anno ꝓaui
sui Ioseph: q̄ndo ad eū in egiptum Iacob
pater eius aduēit? Illud aūt est qđ fallit
minus ista diligenter intuentes: quoniā
scriptū est: hęc autē noīa filioꝝ israel qui
intrauerūt in egiptū simul cū Iacob pr̄e
suo. Hoc enī dictum est qa simul cum illo
cōputant̄ septuagintaqnq;: non qa simul
iam erant oēs qn̄ egiptū ingressus ē ipse:
sed ut dixi totum tempus habetur eius
ingressus: quo uixit Ioseph per quē eius
uidetur ingressus. ¶ Caplm .xli.

IGitur ꝓpter poplm xp̄ianum in quo
dī ciuitas pegrinat̄ in terris: si christi
carnē in Abraę semie reqramus: remotis
concubinaꝝ filiis occurrit Ysaac: si in se-
mine Ysaac: remoto Esau q est etiā Edom
occurrit Iacob q est & Israęl. Si ī semine
Isrl' ipius r̄motis ceteris occurrit Iudas:
qa de tribu Iuda exortus est Christus.
Ac per hoc cū in egipto moriturus Israel
filios suos bn̄diceret: q̄admodū Iudam
prophetice benedixerit audiamus. Iuda
inquit te laudabunt fratres tui. Manus
tuę super dorsum inimicorum tuorum: te
adorabūt filii patris tui. Catulus leonis
Iudas. Ex germinatōe fili mi ascendisti:
recumbens dormisti ut leo: et ut catulus
leonis. Quis suscitabit euꝫ? Non deficiet
princeps ex Iuda: et dux de femoribus
eius: donec ueniant que reposita sunt ei:
et ipe erit expectatō gentiū. Alligans ad
uitē pullum suū: et cilicio pullū asinę suę:
lauabit in uino stolam suā: et in sanguie

uuę amictū suū. Fului oculi eius a uino: et dentes candidiores lacte. Exposui hec aduersus manicheū Faustū disputans: et satis eē arbitror q̄tū ueritas ꝓphię hui9 elucet: ubi & mors x̄ predicta est uerbo dormiendi: et nō necessitas ſʒ potestas in mortem noīe leonis. Quam potestatē in euangelio ipse predicat: dicēs ptātem hēo ponēdi aīam meā: et ptātem habeo iterū sumēdi eā. Nemo eā tollit a me: ſʒ ego eā pono a meipō & iterū sumo eam. Sic leo fremuit: sic qđ dixit impleuit: ad eā nāqʒ ptinet potestatem: qđ de resurrectōne ei9 adiunctū est. Quis suscitabit eū? Hoc est q̄a nullus hoīm nisi se ipse suscitauit: q̄ etiā de corpe suo dixit. Soluite tēplum hoc et in triduo resuscitabo illud. Ipm aūt gen9 mortis hoc est sublimitas crucis: in uno uerbo intelligit̄ qđ ait ascēdisti. Quod ū addidit recumbens dormisti: euāgelista expōit ū dicit: et īclinato capite tradidit spm̄. Aut certe sepultura eius agnoscit̄ in qua recubuit dormiens: et unde illū nll's hoīm sicut ꝓphē aliq̄s: uel sicut ipse alios suscitauit: sed sicut a somno ipse surrexit. Stola porro eius quā lauat ī uino: id est mūdat a pc̄tis ī sanguīe suo: cui9 sanguis sacmentū baptizati sciūt. unde et adiūgit & in sanguine uuę amictū suū qđ est nisi ecclia? Et fului oculi eius a uino spūales ei9 inebriati poculo e9. de q̄ canit psalm9. Et calix tuus inebrians q̄ preclarus ē. Et dentes eius candidiores lacte: qđ potant apud aplm̄ puuli: uerba scilicet nutriētia: nondum idonei solido cibo. Ipse igit̄ est in quo reposita erant promissa Iudę: quę donec uenirent nunq̄m principes hoc est reges israel ab illa stirpe defuerūt. Et ipse expectatio gentium: qđ clarius ē uidēdo q̄ sit exponendo. ¶ Caplm. xlii.

Sicut autem duo Ysaac filii Esau & Iacob: figuram prębuerunt duoꝝ populorum in iudeis & christianis: quamuis qđ ad carnis propaginem pertinet: nec iudei uenerūt ex semine Esau ſʒ ydumei: nec x̄anę gentes de Iacob: ſʒ pon9 iudei. Ad hoc eni tm̄ figura ualuit qđ dictū est maior seruiet minori: ita factū est etiā in duob9 filiis Ioseph. Nā maior gessit typū iudeoꝝ: xp̄ianoꝝ aūt minor. Quos cum bn̄diceret Iacob: manū dexteram ponēs sup minorem quē habebat ad sinistram: sinistram ū sup maiorem quē habebat ad dexterā. graue uisum est pr̄i eorū & admonuit prēm uelut corrigens ei9 errorē: et q̄s nam eēt eoꝝ maior oñdens. At ille mutare man9 noluit: ſʒ dixit. Scio fili mi scio. Et hic erit in pplm̄: et hic exaltabit̄: sed frater eius mior maior illo erit: et semen eius erit in multitudinem gentium. Etiam hic duo illa promissa demōstrant. nam ille in populū: iste in multitudinem gentium. Quid euidentius: q̄ his duabus promissiōibus contineri pplm̄ israelitaꝝ: orbemqʒ terraꝝ in semine Abraę: illū ſm carnem: istū sc̄dm fidem? ¶ Cap. xliii.

Defūcto Iacob: defūcto etiā Ioseph: p reliquos centū q̄dragintaq̄tuor annos donec exiretur de terra egipti: in modū incredibilem illa gens creuit: etiā tantis attrita psecutōibus: ut quodā tpe nati masculi necarent̄: cū mirantes egiptios nimia ppli illius incremēta terrerēt. Tūc Moyses subtractus furto trucidatoribus puuloꝝ: ad domū regiā ingētia picula p eū deo preparante puēit: nutrit9qʒ et adoptatus a filia Pharaonis: qđ nomē in egipto oīm regū fuit: in tantū peruenit uirū: ut ipe illā gētem mirabiliter multiplicatam: ex durissimo & grauissimo qđ ibi ferebat iugo seruitutis extraheret: imo per eū deus q̄ hoc ꝓmiserat Abraę. Prius quippe exinde ī terram Madian fugisse refertur: ꝙ cū israelitā defēderet egiptium occiderat: et territus fugeret: postea diuinitus missus ī ptāte spūs dei superauit Pharaonis resistentes magos. Tunc per eum egiptiis illatę sunt decem

memorabiles plagę: cum dimictere pplm
dei nollent: aqua in sanguinē uersa: ranę:
scinifes: cynomia: mors pecorū: ulcera:
grādo: locusta: tenebrę: mors primoge-
nitorum. Ad extremum israelitas quos
plagis tot tantisq; perfracti tandem aliqn̄
dimiserant: egiptii ī mari rubro dū per-
sequuntur extincti sunt. Illis quippe ab-
eūtibus diuisum mare uiā fecit. hos autē
insequentes in se rediēs unda submersit.
Deinde ꝑ annos q̄dragīta duce Moyse
dei populus per desertū actus est: q̄ndo
tabernaculum testimonii nuncupatū est:
ubi deus sacrifitiis futura prenūtiantibꝰ
colebatur: cū scilicet iam data lex fuisset
in monte multum terribliter. actestabat̄
enī euidentissima mirabilibus signis uo-
cibusq; diuinitas. Quod factum est mox
ut exitum est de egipto: et in deserto po-
pulus esse cepit: quinquagesimo die post
celebratum pascha per ouis imolatōnem.
Quę usq; adeo typus christi est: prenun-
tians eum per uictimam passiōis de hoc
mundo transiturum ad patrem: pascha
q̄ppe hebrea lingua transitus īterpretat̄:
ut iam cū reuelaret̄ testamētum nouum:
posteaq̄ pascha nr̄m imolatus ē Christꝰ:
q̄nquagesimo die uēiret de celo spiritus
scūs: q̄ dictus ē in euangelio digitus dei:
ut recordatonē nr̄am in primi p̄figurati
facti mēoriam reuocaret. q̄a & legis ille
tabulę digito dei scrptę referunt̄. Defūcto
Moyse pplm rexit Ihs Naue: et in terrā
ꝓmissiōis introduxit: eāq; pplo diuisit.
Ab his duobꝰ mirablibus ducibus bella
etiā ꝓsperrime ac mirabiliter gesta sunt:
deo contestante: non tam propter merita
hebrei popli: q̄ ꝓpter peccata earum quę
debellabātur gentium: illas eis ꝓuenisse
uictorias. Post istos duces iudices fuer̄t
iam in terra ꝓmissiōis pplo collocato: ut
inciperet iterim reddi Abrahę p̄ma ꝓmissio
de gente una id ē hebrea: et in terra Cha-
naan nondū de oībus gētibꝰ et toto orbe
terrarum: q̄ xp̄i aduentus in carne: et non
ueteris legis obseruatoēs: sȝ euāglii fides
fuerat īpletura. Cuiꝰ rei prefiguratio fc̄ta
est: q̄ non Moyses q̄ legem pplo acceperat
in monte syna: sed Ihs cui etiā nomē deo
precipiēte mutatū fuerat ut uocaret̄ Ihs:
poplm in terram ꝓmissionis introduxit.
Tempibus aūt iudicū: sicut se hēbant et
pc̄ta ppli et misericordia dī: alternauer̄t
ꝓspera et aduersa bellorum. Inde uentū est
ad regū tp̄a. Quorum p̄mꝰ regnauit Saul:
quo reprobato & bellica clade ꝓstrato:
eiꝰq; stirpe reiecta ne inde r̄ges orirent̄:
Dauid successit in regnum: cuiꝰ maxime
xp̄s dictus ē filius. In quo articulus q̄dā
factus ē & exordiū quodāmō iuuētutis
ppli dei: cuiꝰ generis quędam uelut ado-
lescentia ducebat̄ ab ipo Abraam usq; ad
hūc Dauid. Neq; enim frustra Matheus
euāgelista sic generatoēs cōmēorauit: ut
hoc p̄mū interuallū q̄tuordecim genera-
tionibus cōmendaret: ab Abraā scilȝ usq;
ad Dauid. Ab adolescentia q̄ppe incipit
hō posse generare. ꝓpterea generationū
series ab Abraā sumpsit exordiū: q̄ etiā
pr̄ gentiū constitutꝰ est: q̄n mutatū nomē
accepit. Ante hunc ḡ uelut pueritia fuit
huiꝰ generis popli dei: a Noe usq; ad ip̄m
Abraā. et ideo p̄ma lingua inuenta ē id ē
hebrea. A pueritia nāq; hō incipit loqui
pꝰ infantiā: que hinc appellata ē q̄d fari
nō pōt. Quā ꝓfecto etatem p̄mā demer-
git obliuio sicut etas p̄ma generis hūani
est deleta diluuio. Quotus. n. quisq; est q̄
suā recordet̄ infantiā? Quāobrem i isto
ꝓcursu ciuitatis dei sicut superior unam
eandēq; p̄mā: ita duas etates secūdam et
tertiam liber iste contineat. In qua tertia
ꝓpter uaccam trimā: caprā trimā: arie-
tem trimū: et impositum ē legis iugū: et
apparuit abūdantia peccatorum: et regni
terreni surrexit exordiū. ubi nō defuer̄t
uiri sp̄uales quorum in turture & columba
figuratum est sacramentum.

Post hec autem ista prophetata: ad precandũ deũ ꝓpħa cõuertit̃: sed & ipa precatio ꝓpħatio est. Usqueq̃ dñe auertis in fineꝫ subaudit̃ facieꝫ tuã? sicut alibi dicit̃ usquequo auertis faciem tuã a me? Nam ideo qdam codices hic nõ hñt auertis sꝫ auerteris: quãq̃ possit intelligi auertis misericordiã tuaꝫ quam ꝓmisisti Dauid. Quod aũt dixit in fineꝫ: quid ẽ n̈ usqꝫ in finẽ? Qui finis itelligẽdus est ultimũ temp9: qñ in xp̃m iħm etiã gens illa ẽ creditura: ante quẽ fineꝫ illa fieri oportebat que supi9 erũpnosa defleuit: ꝓpter que et hic seq̃t̃: exardescet sicut ignis ira tua: memẽto que ẽ mea substantia. Nihil hic meli9 quã ipe iħs intelligit̃ substantia populi ei9: ex quo natura est carnis eius. Non .n. uane inquit cõstituisti oĩs filios hoim: nisi enĩ esset unus fili9 hoĩs substãcia isrl': p quẽ filiuꝫ hoĩs liberarent̃ multi filii hoim: uane utiqꝫ constituti essent oẽs filii hoim. Nũc ũ oĩs qdem hũana natura per pcc̃m p̃mi hoĩs i uanitatẽ de ueritate collapsa ẽ. Propter qd̃ dicit ali9 psalmus. Homo uaĩtati silis fcc̃s ẽ: dies eius uelut ũbra pretereunt. Sꝫ nõ uane de9 cõstituit omẽs filios hoim: qa et multos a uaĩtate liberat p mediatorẽ iħm. Et quos liberãdos nõ esse presciuit ad utilitatẽ liberandoꝝ: et cõpatõeꝫ duaꝝ inter se a cõtrario ciuitatũ: non utiqꝫ uane in totius rõnalis creature pulcerrima atqꝫ iustissima ordinacione constituit. Deinde sequitur. Quis est homo qui uiuet & non uidebit mortẽ: eruet aĩam suaꝫ de manu inferi?

Quis est iste n̄ de substantia illa israel ex
semie Dauid xp̄s ih̄s: de quo dicit apl's;
ꝙ surgēs a mortuis iā nō morit̄: et mors
ei ultra non dn̄abit̄. Sic.n. uiuit et nō ui-
debit mortē: ut tn̄ mortu9 fuerit: ꝫ aīam
suā eruerit de manu inferi: quo propter
quorūdā soluēda pc̄ta ul' infernalia uin-
cula descenderat. Eruit aūt potestate illa
de q̄ in euāgelio dicit: potestatem habeo
ponēdi aīaꝫ meā: et ptātem habeo iterū
sumendi eam. ¶ Capitulum.xii.

Sed cętera psalmi huius quę ita se
habent: ubi sunt miserationes tuę
antiquę dn̄e: q̄s iurasti Dauid in ueritate
tua. Memor esto dn̄e opprobrii seruoꝝ
tuoꝝ: qd̄ cōtinui in sinu meo multaꝝ gē-
tiū: quod exprobrauerūt īimici tui dn̄e:
qd̄ exprobrauerūt cōmutationē xp̄i tui:
utrū ex psona dicta sint illoꝝ israelitaꝝ
qui desiderabāt reddi sibi ꝓmissionē quę
facta est ad Dauid: an potius ad xp̄anoꝝ
qui nō ꝑm carnē ꝫ ꝑm spm̄ sunt israelitę:
merito queri potest. Dicta sunt qppe ista
uel scripta tempe quo fuit Ethan: de cui9
noīe titulū iste psalmus accepit: & idem
tēp9 regni Dauid fuit: ac p hoc non dice-
ret̄ ubi sunt miseratioēs tuę antiquę dn̄e
q̄s iurasti Dauid i ueritate tua: n̄ eorum
psonam i se ꝓpħa trāsfiguraret: q longe
postea futuri erant: qbus hoc tēpus esset
antiquū qn̄ regi Dauid ista ꝓmissa sunt.
Potest aūt intelligi dictū hoc eē propter
multas gētes: quādo xp̄anos psequębant̄
ꝓpħam exprobrasse illis passionem xp̄i:
quā scriptura commutationem uocat: qm̄
moriendo īmortalis est factus. Potest et
cōmutatio xp̄i ꝑm hoc accipi exprobrata
isrl'itis: qa cū eoꝝ sparet̄ futur9 fc̄tūs ē gē-
tiū: et hoc eis nunc exprobrabant multę
gentes: quę crediderūt in eū p testamētū
nouū: illis in uetustate remanētibus: ut
ideo dicat̄ memēto dn̄e opprobrii ꝑuoꝝ
tuoꝝ: qa non eos obliuiscente sed potius
miserāte dn̄o: & ipi post hoc opprobriū

crediturі sunt. Sed ille quem prius posui
cōuenientior sensus mihi uidet̄: īimicis.n.
christi qbus exprobratur ꝙ eos ad gētes
trāsiēs reliquerit xp̄s: incōgrue uox ista
coaptat̄: memēto dn̄e opprobrii seruoꝝ
tuorum. Nō.n. serui dei nūcupandi sunt
tales iudei. Sed eis uerba ista competunt
qui cū graues hūilitates psecutionū ꝓ xp̄i
noīe paterent̄: recordari potuer̄t excelsū
regnū semini Dauid fuisse ꝓmissū: et ei9
desiderio dicer̄ nō desperando ꝫ petēdo:
quęrēdo: pulsando: ubi sūt misericordię
tuę antiquę dn̄e: q̄s iurasti Dauid in ue-
ritate tua. Memento domine opprobrii
ꝑuoꝝ tuoꝝ: quod cōtinui i sinu meo mul-
taꝝ gentiū: hoc est in interiorib9 meis pa-
tiēter ptuli: ꝙ exprobrauerūt īimici tui
domine: ꝙ exprobrauerūt cōmutatōeꝫ xp̄i
tui: non eā putantes cōmutatōeꝫ ꝫ cōsu-
mationē. Quid est aūt memēto dn̄e nisi ut
miserearis: et ꝓ tollerata patiēter hūili-
tate mea reddas celsitudinem quā iurasti
Dauid in ueritate tua. Si autem iudeis
assignem9 hęc uerba: illi ꝑui dei talia po-
tuer̄t dicer̄: q expugnata terrena hierl'm
anteq̄ ih̄s xp̄s humanitus nasceretur in
captiuitatē ducti sunt: itelligētes cōmu-
tationē xp̄i. qa scilicꝫ nō per eum terrena
carnalisq; fęlicitas q̄lis paucis ānis regis
Salomoīs apꝑuit: ꝫ cęlestis eēt ac spūalis
expectanda quā tūc ignorans infidelitas
gentiū cū dei ppl'm exultabat atq; insul-
tabat eē captiuū: qd aliud q̄ xp̄i cōmuta-
tionē ꝫ sciētib9 nesciēs exprobrabat. Et
ideo qd̄ seq̄t̄: ubi psalm9 iste cōcludit̄: be-
nedictō dn̄i ięternū fiat fiat: uniuerso po-
pl'o dei ad cęlestē hierl'm ptinēti: siue i illis
q latebant i testamēto ueteri antequā re-
uelaret̄ nouū: siue in his q iā testamēto
nouo reuelato manifeste ptinere cernunt̄
ad xp̄m: satis congruit. Benedictio qppe
dn̄i in semine Dauid: nō ad aliqd̄ temp9
q̄lis dieb9 Salomoīs apparuit: ꝫ ineter-
nū sperāda est: i qua certissima spe dicit̄

fiat fiat. Illiꝰ.n.spei est confirmatio: uerbi huiꝰ iteratio. Hoc ergo intelligēs Dauid ait in secūdo regnoꝝ libro: unde ad istū psalmū digressi sumꝰ: et locutꝰ es ꝓ domo ꝟui tui ī longinquū. Ideo aūt pꝰ paululū ait. Nunc incipe & benedic domū ꝟui tui usq; in eternū ⁊c̄: quia tunc geniturꝰ erat filiū ex quo ꝓgēies eiꝰducereť ad xp̄m: ꝑ quē futura erat domꝰ eius ęterna: eadēq; domꝰ dei. Domus.n. Dauid ꝓpter genus Dauid: domꝰ autem dei eadē ipsa ꝓpter tēplū dei: de homībꝰ factū non de lapidibus: ubi habitet ī ęternū ppl's cū deo & ī deo suo: et d̄s cū ppl'o atq; ī ppl'o suo. ita ut deꝰ sit implēs ppl'm suū: & ppl's plenꝰ deo suo: cum deus erit oīa in omnibꝰ: ipse in pace premiū qui uirtꝰ in bello. Ideo cū ī uerbis Nathā dictū sit: et enūciauit tibi dn̄s qm̄ domū ędificabis ipi: postea dictū est in uerbis Dauid: qm̄ tu dn̄s oīpotens deus israel reuelasti aurē serui tui dicēs: domū ędificabo tibi. Hāc.n. domū et nos ędificamꝰ bn̄ uiuēdo: et deꝰ ut bn̄ uiuamꝰ opitulando. Quia n̄ dn̄s ędificauerit domū: inuanū laborauerūt ędificātes eam. Cuiꝰ domꝰ cū uenerit ultīa dedicacio: tūc fiet illđ qđ hic ꝑ Nathā locutꝰ ē d̄s dicēs. Et ponā locū ppl'o meo israel: et plantabo illū et inhabitabit seorsum: et nō sollicitꝰ erit ultra & non apponet filiꝰ iniquitatis humiliare eū: sicut ab inicio a diebꝰ q̄bus cōstitui iudices sup populum meū israel.

Cap. xiii.

Hoc tam magnū bonum quisqs in hoc sęculo & in hac terra sperat: isipiēter sapit. An q̄spiā putabit in pace regni Salomonis id esse completum? Pacē quippe illā scriptam in ūbra futuri: excellēti ꝑdicacioē cōmēdat. Sed huic suspicioni uigilāter occursum est: cū postea q̄ dictū est nō apponet filius iniquitatis humiliare eum: cōtinuo subiunctū est. Sicut ab inicio a diebꝰ q̄bꝰ cōstitui iudices sup populū meum israel. Iudices nāq; priusq̄ ibi r̄ges esse cępissēt sup illum populū fuerant cōstituti: ex quo terrā ꝓmissiōis accepit. Et utiq; hūiliabat eum filiꝰ iniquitatis: hoc est hostis alienigena: ꝑ interualla tēporum quibꝰ leguntꝛ paces alternasse cū bellis: et inueniuntꝛ illic pacis tēpora ꝓlixiora q̄ Salomō habuit: qui.xl. regnauit ānos. Nā sub eo iudice q̄ est appellatꝰ Aoth.lxxx. āni pacis fuerūt. absit ḡo ut Salomonis tp̄a in hac ꝓmissiōe predicta esse credantꝛ. Multo minus itaq; cuiuslibet regis alteriꝰ. Non.n. q̄sq̄m eoꝝ in tāta quāta ille pace regnauit: nec unq̄ oīo gens illa ita regnū tenuit: ut sollicita nō fuerit ne hostibꝰ subdereť. quia ī tāta mutabilitate rerū hūanaꝝ nulli aliq̄ndo populo cōcessa est tanta securitas: ut huic uitę hostiles nō formidaret īcursus. Locꝰ ergo iste q̄ ꝓmictitꝛ tam pacatę ac securę habitationis: ęternꝰ est ęternisq; debetꝛ in matre hierusalē libera: ubi erit ueraciter populus israel. hoc.n. nomen interpretatꝛ uidēs deū. Cuiꝰ premii desiderio pia per fidem uita in hac erūpnosa peregrinatōe ducenda est.

Capitulum. xiiii.

Procurrente igitꝛ ꝑ tp̄a ciuitate dei: ꝑmo ī umbra futuri in terrena scilicet hierl'm regnauit Dauid. Erat aūt Dauid uir ī canticis eruditus: q̄ armoniā musicā non uulgari uoluptate sed fideli uolūtate dilexit: eaq; d̄o suo q̄ uerus ē deus mistica rei magnę figuratione ꝟuiēs & diuersoꝝ noīe sonoꝝ ratōnabiles moderatusq; concētus: cōcordi uarietate cōpactā bene ordīate ciuitatis insinuat unitatē. Deniq; omīs fere ꝓphecia eius in psalmis est: q̄s cētūq̄nq̄gīnta liber cōtinet: quē psalmoꝝ uocamꝰ. In quibꝰ nōnulli uolūt eos solos factos esse a Dauid: qui eiꝰ noīe inscripti sunt. Sūt itē qui putant nō ab eo factos nisi qui prenotantꝛ ipiꝰ Dauid: qui uero habēt in titulis ipi Dauid: ab aliis factos ꝑsonę ipsius fuisse coaptatos. Quę opinio uoce euangelica saluatoris ipsiꝰ refutatꝛ: ubi ait: q̄ ipse Dauid in spiritu christum

dixerit esse suũ dominũ: quomiã psalm9 centesimus non9 sic incipit. Dixit domin9 dño meo sede a dextris meis: donec poã3 ĩimicos tuos scabellũ pedũ tuoꝝ. Et certe idem psalm9 nõ hab3 ĩ titulo ipsi9 Dauid: s3 ipsi Dauid: sicut plurimi. Mihi autem credibili9 uidenť existimare: q omẽs illos cẽtũ et qnqgita psalmos ei9 opi tribuũt: eumqꝫ aliqs pnotasse etiã nominib9 alioꝝ aliqd qđ ad rẽ ptineat figurãtib9: cęteros autẽ nullius hominis nomẽ in titulis hře uoluisse: sicut ei uarietatis hui9 dispositionem q̃muis latebrosam nõ tam̃ ianẽ dñs inspirauit. Nec mouere debet ad hoc non credendũ: ꝙ non nulloꝝ noĩa ꝓphetaꝝ q longe post Dauid regis tempa fuerunt: qbusdã psalmis ĩ eo libro legũť ĩscripta: & quę ibi dicũť uelut ab eis dici uidenť. Neqꝫ. n. nou potuit propheticus spiritus ꝓphetanti regi Dauid hęc etiã futurorũ ꝓphetaꝝ nomina reuelare: ut rex aliqd qđ eoꝝ psonę cõueire ꝓphetice cantareť: sicut rex Iosias exorturus & regnatur9 post annos amplius q̃ trecentos: cuidam prophetę q etiam facta ei9 futura pdixit cũ suo noĩe reuelatus est. ¶ Ca. xv.

Hunc iã expectari a me uideo: ut hoc loco libri huius aperiã: quid in psalmis Dauid de domĩo ihu xp̃o uel ei9 ęcclesia ꝓphauerit. Ego autem ut hoc nõ ita faciam sicut uidetur ipsa expectacio postulare: quãuis iã in uno fecerĩ: copia q̃ inopia magis impedior. Oĩa. n. ponere uitãdę ꝓlixitatis causa ꝓhibeor. uereor autem ne cum aliq̃ elegero: multis qui ea nouerĩt uidear magis necessaria pterisse. Deinde quia testimonium qđ ꝓfertur de contexione tocius psali. deb3 habere suffragiũ. ut certe nihil sit qđ ei refragetur si non omnia suffraganť: ne more cẽtonũ ad rem quam uolumus tãq̃m uersiculos decerpe uideamur: uelut de retrogrado carmine qđ nõ de re illa s3 de alia lõgeqꝫ diuersa reperiať esse cõscriptũ. Hoc autẽ ut ĩ quocumqꝫ psalmo possit ostendi: exponendus est totus: qđ q̃nti operis sit: et alioꝝ & nostra uolumina ĩ quibus hoc fecimus satis indicant. Legat ergo illa q uoluerit & potuerit: et iueniet q̃t et q̃nta rex Dauid idemqꝫ ꝓpha de xp̃o et eius ęcclesia prophetauerit: de rege scilicet et ciuitate quam condidit. ¶ Cap. xvi.

Quamlibet. n. de quacũqꝫ re ꝓprie sint atqꝫ maĩfeste ꝓphicę locutiones: necesse est ut eis etiam tropicę misceanť: quę maxime ꝓpter tardiores ĩgerũt doctoribus laboriosũ disputandi exponendiqꝫ negocium. Quędam tam̃ christũ & ęcclesiã ipsa pma facie mox ut dicunť ostendunt. et si ex ocio restant exponẽda quę in eis minus intelliguť. Quale illud est in eodẽ psalmoꝝ libro. Eructauit cor meum uerbum bonũ: dico ego opera mea rgi: lingua mea calamus scribę uelociter scribẽtis. Specõsus forma p̃ filiis hominũ: diffusa est gr̃a ĩ labiis tuis: ꝓpterea benedixit te deus ineternum. Accingere gladium tuũ circa femur tuũ potentissĩe. Specie tua & pulcritudine tua: intende ꝓspere ꝓcede et regna. Propter ueritatẽ & mansuetudinẽ et iusticiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittę tuę acutę potẽtissime: populi sub te cadent in corda ĩimicoꝝ regis. Sedes tua deus in sęculoꝝ sęcula: ũga directiõis ũga regni tui. Dilexisti iusticiã & odio habuisti iniqtatẽ: ꝓpterea unxit te deus de9 tu9 oleo exultatiõis p̃ participib9 tuis. Mirra et gutta et casia a uestimẽtis tuis a doib9 eburneis: ex quib9 delectauerunt te filię regũ in honore tuo. Quis nõ hic christu3 quem pdicamus & ĩ quẽ credim9 q̃mlib3 sit tardus agnoscat: cũ audiat deum cui9 sedes est insęcula sęculoꝝ: et unctũ a deo utiqꝫ sicut ungit de9: nõ uisibili s3 spũali atqꝫ intelligibili crismateť. Quis. n. tam rudis est in hac religione uel tam surdus aduersus eius famã lõge lateqꝫ diffusa3:

ut christū a chrismate hoc est ab unctione appellatū esse nō norit? Agnito autē rege xp̄o: iā cetera que hic tropice dicta sunt: quomodo sit speciosus forma pre filiis hominum: quadam tanto magis amanda atq; miranda quāto minus corporea pulcritudine: quis gladius eius que sagitte et cetera isto modo nō ꝓprie sꝫ tropice posita: iam subditus ei q regnat ꝓpter ueritatem & mānsuetudinē et iusticiam inquirat ex ocio. Deinde aspiciat eius ecclesiā tāto uiro suo spirituali cōnubio & diuino amore coniunctam: de qua dicit in his que secuntur. Astitit regina a dextris tuis in uestitu deaurato: circūamicta uarietate. Audi filia & uide et inclina aurē tuā: et obliuiscere populū tuū et domū patris tui. Quoniam concupiuit rex speciem tuam: quia ipse ē dominus deus tuus: & adorabunt eum filii Tiri in muneribus. Vultū tuū deprecabunt omnes diuites plebis: omnis gloria eius filie regis intrinsecus in fimbriis aureis circumamicta uarietate. Afferentur regi uirgines post eā: ꝓxime eius afferent tibi in leticia & exultatione: adducent in tēplū regis. Pro patribus tuis nati sūt tibi filii: constitues eos principes sup omnē terrā. Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione & ꝓgenie. Propterea populi confitebunt tibi in eternum & in seculum seculi. Non opinor quenquam ita desipere: ut hic aliquā mulierculā predicari credat atq; describi: cōiugē uidelicet illius cui dictū est. Sedes tua deus in secula seculorū: uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre ꝑticipibus tuis: xp̄m uniq; pre xp̄ianis. Hi sunt. n. ꝑticipes eius: ex quorum in omnibus gētibus unitate atq; cōcordia fit ista regina: sicut & in alio psalmo de illa dicitur: ciuitas regis magni. Ipsa est syon spiritualiter. Quod nomen latine interpretatū est speculatio. Speculatur enim futuri seculi magnum bonum: quoniam illuc dirigit eius intētio. Ipsa ē & iherusalē eodem modo spiritualiter unde multa iā diximus. eius inimica est ciuitas diaboli babilon que confusio interpretatur. ex qua tamen babilone regina ista in oīm gēcium generatione liberat: et a pessimo rege ad optimū regē: id ē a diabolo trāsit ad xp̄m. Propter quod ei dicit: obliuiscere pplm tuum et domū patris tui. Cuius ciuitatis impie porcio sunt israelite sola carne nō fide: inimici etiam ipsi magni huius regis eiusq; regine. Ad ipsos. n. ueniens & ab eis christus occisus: magis aliorum factus est quos nō uidit in carne. Vnde per cuiusdā psalmi prophetiam dicit ipse rex noster. Erues me de cōtradictionibus populi: cōstitues me in caput genciū. Populus quem non cognoui seruiuit mihi in auditu auris obediuit mihi. Populus ergo iste genciū quē nō cognouit xp̄s presencia corporali: in quem tamen xp̄m sibi ānunciatum credit: ut merito de illo diceret in obauditu auris obediuit mihi: quia fides ex auditu est: iste inquam populus additus ueris & carne & fide israelitis: ciuitas est dei: que ipsum quoq; scd̄m carnē peperit christū: quando in solis illis israelitis fuit. Inde quippe erat uirgo maria: in qua carnē xp̄s ut homo esset assūpsit. De qua ciuitate psalmus alius ait. Mater syon dicet homo et homo factus est in ea: et ipse fūdauit eam altissimus. Quis est altissimus nisi deus? Ac per hoc xp̄s deus antequā in illa ciuitate per Mariam fieret: homo ipse in patriarchis & ꝓphetis fundauit eam. Cum igitur huic regine ciuitati dei tāto ante dictū sit per ꝓphetiam quod iam uidemus impletum: ꝓ patribus tuis nati sūt tibi filii: cōstitues eos pricipes sup oēm terrā: ex filiis quippe eius sup oēm terrā sūt ꝓpositi pricipes: cum cōfiteantur ei ppli cōcurrētes ad eā cōfessione laudis eterne in seculum seculi: ꝓcul dubio quicquid hic tropicis locutionibus subobscure

dictũ est: quoq̃modo itelligat̃ debet his reb⁹ maifestissĩs cõuenire. ¶ Cap. xvii.

Sicut etiam in illo psalmo ubi sacerdos xp̄s q̃admodũ hic rex apu̾ssĩe predicat̃: dixit dominus dño meo sede a dextris meis: donec ponã inimicos tuos scabellum pedum tuorũ: sedere christus ad dexterã dei patris credit̃ nõ uidetur. Eius etiam inimicos poni sub pedib⁹ eius nõdũ apparet. Id igit̃ apparebit ĩ fine: nũc hoc uere credit̃ post uidebit̃. Veruꝫ hoc qđ sequit̃ uirgã uirtutis tuę emittet domin⁹ ex syon: domiare ĩ medio ĩimicoꝝ tuoꝝ: ita clarũ est ut nõ solũ infideles & infeliciter: sꝫ etiam impudẽter neget̃. Et ipsi quippe fatent̃ ĩimici ex syon missã fuisse legẽ xp̄i: qđ euãgeliũ nos uocam⁹: & eam uirgã uirtutis eius agnoscimus. Dominari ũ eum ĩ medio ĩimicoꝝ suoꝝ: iidem ipsi inter quos dominatur dentib⁹ frendendo et tabescendo & nihil aduers⁹ eum ualendo testãtur. Deinde qđ paulo p⁹ dicit: Iurauit domin⁹ et non penitebit eum: quib⁹ uerbis immutabile futuꝝ esse signat qđ adiũgit: tu es sacerdos ĩeternũ scđm ordinem Melchisedech: ex eo q̄ iaꝫ nusq̃ ẽ sacerdotiũ & sacrificiũ ẜm ordiẽꝫ Aarõ: et ubiq; offertur sub sacerdote xp̄o: quod ꝓtulit Melchisedech q̃n benedixit Abraam: quis ambigere pmittit̃ de quo et ista dicantur? Ad hęc itaq; manifesta referũtur quę paulo obscurius in eodem psalmo posita sũt: quę quõ rc̃te itelligãt̃: in nostris iam popularibus sermonibus notũ fecimus. Sic & in illo ubi passionis suę humilitatẽ p ꝓphetam xp̄s loquitur dicens. Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi uero considerauerũt & inspexerunt me. Quibus utiq; uerbis in cruce corpus significauit extentum manib⁹ pedibusq; cõfixis: & clauorum transuerberatione confossis: eoq; modo se spectaculum considerantibus & cõspicientibus prębuisse. Addens etiam diuiserunt sibi uestimenta mea: et sup ueste mea miserũt sortẽ. Quę ꝓphetia q̃admodũ impleta sit euãgelica narrat historia. Tũc ꝑfecto alia recte et intelligunt̃ quę ibi minus apte dicta sũt: cum cõgruũt his quę tanta manifestatiõe claruerunt: presertim cum et illa quę non transacta credim⁹ sꝫ presentia cõtuemur. sicut in eodem psalmo legunt̃ tanto ante predicta: ita nũc exhibita iã toto orbe terraꝝ cernũt̃. Ibi. n. paulo p⁹ dicit̃. cõmemorabunt̃ et cõuertent̃ ad dominũ uniuersi fines terrę: et adorabunt in conspectu ei⁹ omnes patrię gẽtium. quoniã domini est regnũ: & ipse dñabit̃ gentiũ Ca. xviii.

De resurrectiõe q̃q; ei⁹ neq̃q̃ psalmoꝝ oracula tacuerũt. Nam qđ ẽ aliud qđ in psalmo tercio ex persona ei⁹ canit̃: ego dormiui et somnũ cepi: & exurrexi q̃m dñs suscepit me? An forte quisq̃ ita desipit ut credat uelut aliquid magnum nobis indagare uoluisse prophetam: q̄ dormierit & exurrexerit: nisi somnus iste mors esset: & euigilatio resurrectio: quã de xp̄o sic oportuit ꝓphetari? Nam & ĩ quadragesimo multo manifestius id ostẽdit̃: ubi ex ꝑsona eiusdeꝫ mediatoris more solito tanq̃ preterita narrãtur quę futura ꝓphetabant̃: quoniam quę uentura erãt iã in predestinatiõe & presciẽtia dei uelut facta erãt: quia certa erãt. Inimici inquit mei dixerũt mala mihi: q̃n moriet̃ & pibit nomen eius? Et si ingrediebatur ut uideret: uana locutũ ẽ cor eius: cong̃gauit iniquitatem sibi. Egrediebat̃ foras & loquębatur simul in unum: aduersum me susurrabãt oẽs ĩimici mei: aduersũ me cogitabant mala mihi: uerbum iniquum constituerunt aduersum me. Nunquid q dormit nõ adiciet ut resurgat? Hęc certe ita posita sũt uerba: ut nihil aliud dixisse intelligat̃ q̃ si diceret: nũquit q moritur non adiciet ut reuiuiscat? Superiora q̄ppe demonstrant mortem ipsius cogitasse &

disposuisse inimicos eius: et hoc actū esse ꝑ
eū q̄ ingrediebat᷑ ut uideret: et egrediebat᷑
ut ꝑderet. Cui autem hic nō occurrat ex
discipl'o eius fact⁹ traditor Iudas? Quia
ergo facturi erant qđ moliebantur: id ē
occisuri erant eum: ostendens illos uana
malicia frustra occisuros resurrecturum:
sic adiecit hūc uersū uelut diceret. Quid
agitis uani? qđ uestrum est scelus: meus
somn⁹ erit. Nūqd q̄ dormit nō adiciet ut
resurgat? Et tñ tā magnū nefas nō ipu-
ne facturos: cōsequētib⁹ indicat uersibus
dicens. Etenī homo pacis meę in quo spe-
raui q̄ edebat panes meos: ampliauit sup
me calcaneum suū: id est conculcauit me.
Tu aūt inqt dñe miserere mei et resuscita
me: et reddam illis. Quis hoc iam neget:
q̄ iudeos post passionem resurrectionēq;
xp̄i de sedib⁹ suis bellica strage & excidio
fūditus eradicatos uidet? Occisus. n. ab
eis resurrexit: et reddidit eis interim tem-
poraneā disciplinā: excepto ꝙ nō correctis
seruat quādo uiuos & mortuos iudica-
bit. Nā domin⁹ ipse Ihesus istū ipm tradi-
torem suū per panē porrectū ostendens
apostolis: hunc etiā uersum psalmi hui⁹
cōmemorauit et in se dixit impletū. Qui
edebat panes meos ampliauit super me
calcaneū suū. Quod autē ait in q̄ speraui:
non cōgruit capiti sꝫ corpori. Neq; enim
nesciebat eū ipse saluator: de quo ante iā
dixerat unus ex uobis diabol⁹ est: sꝫ solꝫ
in se membrorū suorū transferre ꝑsonam:
& sibi tribuere qđ est illorū: q̄a caput &
corp⁹ un⁹ ē xp̄s. Vnde illud ē i euāgelio.
Esuriui et dedistis mihi mādućare quod
exponēs ait. Quādo uni ex minimis meis
fecistis m̄ fecistis. Se itaq; dixit sperasse:
qđ tūc sperauerit de Iuda discipli ei⁹ q̄ndo
est cōnumerat⁹ apostolis. Iudei autē xp̄m
quē sperant: moriturū eē nō sperant. Ideo
quem lex et ꝓphetę anūtiauerūt: nostrū
esse nō putant: sꝫ nescio quē suū: quem sibi
alienū a mortis passione cōfingunt. Ideo

mirabili uanitate atq; cecitate: uerba quę
posuim⁹ non mortem et resurrectionem:
sꝫ somnū & euigilationem significare cō-
tendūt. Sed clamat eis etiā qntusdecim⁹
psalm⁹: ꝓpter hoc iocūdatū est cor meū:
& exultauit ligua mea: isup & caro mea
requiescet in spe. quoniā nō derelinques
animā meā in iferno: nec dabis scm̄ tuum
uidere corruptionē. Quis i ea spe diceret
requieuisse carnem suam: ut nō derelicta
aīa sua in iferno: sꝫ cito ad eam redeunte
reuiuisceret: ne corrūperet᷑ sicut cadauera
corrūpi solēt: n̄ q̄ die tercio resurrexit?
Quod utiq; dicere nō possūt de ꝓpheta et
rege Dauid. Clamat et sexagesimusseptī⁹
psalm⁹: Deus noster de⁹ saluos faciendi:
& domini dñi exit⁹ mortis. Quid aptius
diceret᷑? Deus. n. saluos faciēdi: domi⁹ ē
Ihus qđ iterpretat᷑ saluator siue saluta-
ris. Nam ratio nōis hui⁹ hęc reddita est:
quādo priusq̄ ex uirgine nasceret᷑ dictū
est: paries filiū & uocabis nom̄ ei⁹ Ihm:
ipse. n. saluū faciet populū suum a pc̄tis
eorū. In quorū peccatorū remissionem qm̄
sanguis eius effusus ē: nō utiq; oportuit
eū de hac uita exitus alios hēre q̄ mortis.
Ideo cum dc̄m esset de⁹ noster de⁹ saluos
faciēdi: cōtinuo subiūctum est: et domini
dñi exitus mortis: ut ostēderet᷑ moriēdo
saluos esse factur⁹. Sed mirando dictum
est & domini: tanq̄ diceret᷑. Talis ē ista
uita mortalium: ut nec ipse domin⁹ aliter
ab illa exiret n̄ ꝑ mortē. ¶ Cap. xix.

Sed ut iudei tam manifestis huius
ꝓphetię testimoniis: etiam rebus
ad effectum tam clarum certūq; ꝑductis
omnino non credant: ꝑfecto in eis illud
implet᷑ qđ i eo psalmo qui hunc sequitur
scriptum est. Cum. n. & illic ex ꝑsona xp̄i
quę ad eius passionem ꝑtinent prophetice
dicerētur: cōmemoratū est qđ in euāgelio
patuit. Dederūt in escam meam fel: & in
siti mea dederunt m̄ potū acetū. Et uelut
post tale cōuiuiū epulasq; sibi hui⁹ scemōi

exhibitas mox intulit. Fiat mensa eoruz corā ipsis in muscipulā: & ī retributionē & in scandalum. Obscurent̄ oculi eoꝝ ne uideant: et dorsum eorum semp incurua. Et cetera quę nō optando sūt dicta sꝫ optandi spēm ꝓphetando predicta. Quid ergo mirum si hęc manifesta nō uidēt: quoruz oculi sūt obscurati ne uideāt? Quid mirū si cęlestia nō suspiciūt: qui ut ī terrena sit ꝓni dorsum eoꝝ semp incuruatū ē? His .n. uerbis trāslatis a corpe: uicia sigficāt̄ aīoꝝ. Ista de psalmis hoc est de ꝓphetia regis Dauid satis dcta sit. ut aliqs mod9 sit. Ignoscāt autē qui hęc legunt: et cūcta illa nouerūt: & de his quę fortasse firmiora me ꝑtermisisse uel itelligūt uel existimant non querātur. ¶ Capitlm. xx.

Regnauit ergo Dauid ī terrena hirlm fili9 cęlestis hierusalē: diuino multum testimonio predicat9. quia & delicta eius tāta pietate supata sunt ꝑ salubrimā penitēdi humilitatem: ut prorsꝰ iter eos sit de quib9 ipse ait. Beati quoꝝ remisse sunt iniqtates: & quoꝝ tecta sunt pctā. Post hūc regnauit eidē pplō uniuerso Salomō eius fili9: qui ut supra dictū est patre suo uiuēte cepit r̄gnar̄. Hic bōis iiciis malos exit9 habuit. Quippe secundę res quę sapiētū aīos fatigāt magis huic obfuerūt: quā pfuit ipsa sapiētia etiā nunc & deīceps meōrabilis: et tunc longe lateq; laudata. Prophetasse etiā ipse reperit̄ ī suis libris: qui tres recepti sunt in auctoritatē canonicam. Prouerbia: Ecclesiastes: Canticū cāticoꝝ. Alii uero duo. quoꝝ un9 Sapiētia alter Ecclesiastic9 dicitur: propter eloquii nōnullā silitudīnē ut Salomonis dicātur obtinuit consuetudo: nō autē eē ipsius nō dubitant doctores. Eos tñ ī auctoritatez maxime occidentalis antiquitus recepit ęcclesia. Quoꝝ ī uno q appellat̄ Sapiētia Salomōis: passio xpi apertissime ꝓphetat̄. Impii quippe interfectores ei9 cōmemorāt̄ dicētes. Circūueniamus iustū qm̄ ī suauis est nobis: & cōtrarius est opib9 nostris: & improperat nobis pctā legis: & īfamat in nos pctā discipline nostre. Promictit se sciētiam dei habere: et filiū dei se noīat: fact9 ē nobis intraductionē cogitationuz nostraꝝ. Grauis ē nobis etiā ad uidēdū: qm̄ dissimilis ē aliis uita illi9: et īmutate uię eius. Tanq̄ nugaces estimati sum9 ab illo: et abstinet se a uiis nostris q̄si ab immundiciis. Profert nouissima iustorum: & gloriat̄ patrē se deū habere. Videam9 ergo si ꝯmones illi9 ueri sunt: & tēptem9 quę uentura sunt illi: & sciemus quę erūt nouissima illius. Si enī iust9 est filius dei: suscipiet illum & liberabit eum de manu contrarioꝝ. Cōtumelia et tormēto interrogem9 illū: ut sciamus reuerētiā illius & ꝓbem9 paciētiaz ipius: morte turpissima cōdemnem9 eum. Erit enī ei respectus in ꝯmonib9 illi9. Hęc cogitauerūt et errauerunt. excęcauit enī illos malitia eoruz. In Ecclesiastico aūt fides gentiū futura prędicit̄ isto mō. Miserer̄ nr̄i dominator de9 omniū: & immicte timorē tuū sup omēs gentes. Extolle manū tuā sup gētes alienas: et uideāt potētiam tuā. ut sicut corā illis sanctificatus es ī nobis: ita corā nob magnificeris in illis. & agnoscāt te scd̄m qd̄ nos agnouim9 te: quia nō ē de9 pręter te domine. Hanc sub optandi & precādi spē ꝓphetiā ꝑ Ihm xpm uidem9 impletā. sꝫ aduersus cōtradictores nō tāta auctoritate ꝓferunt̄ quę scripta nō sūt ī canone iudeoꝝ. In trib9 ū illis quos Salomōis eē cōstat & iudei canonicos habēt: ut ostēdat̄ ad xpm & ęcclesiaz ꝑtinere qd̄ in eis eiusmodi reperitur: operosa disputatio necessaria est: quę nos ultra q̄ oportet si nūc adhibeat̄ extendit. Tamē qꝺ ī ꝓuerbiis legit̄ uiros impios dicere: abscondamus in terra uirū iustū iniuste: ab sorbeamus ū eum tāq̄ infernū uiuētem: & auferam9 eius memoriam de terra: possessionez eius preciosā apprehēdam9 nō ita obscurū ē:

ut de christo et possessiõe eius ęcclesia sine laboriosa expositione nõ possit intelligi. Tale quippe aliquid etiã dominus ipse ihesus p euangelicã parabolã oñdit dixisse malos colonos. Hic est heres. Venite occidamus eum: & nostra erit hereditas. Itemq illud i eodẽ libro qd iã an pstriximus cũ agerem9 de sterili quę peperit septem: nõ nisi de xpo et ęcclesia mox ut fuerit pnũtiatũ cõsueuit itelligi: ab his q xpm sapientiã dei eẽ nouerũt. Sapiẽtia ędificauit sibi domũ et suffulsit colũnas septẽ: immolauit suas uictimas: miscuit i cratere uinum suũ: & parauit mẽsã suã. Misit suos suos cõuocãs cum excellenti prędicatione ad craterem dicens. Quis ẽ isipiens diuertat ad me. Et inopib9 sensu dixit. Venite & mãducate de meis pãib9: & bibite uinũ qd miscui uobis. Hic certe agnoscim9 dei sapientiã: Hoc est uerbum patri coęternũ in utero uirginali domũ sibi ędificasse corp9 hũanum: & huic tanq̃m capiti mẽbra ęcclesiã subiũxisse: martirũ uictimas immolasse: mẽsam i uino & panib9 pręparasse. Vbi apparet etiã ad sacerdotium sm ordinẽ Melchisedech isipiẽtes & inopes sẽsu uocasse. qa sicut dicit apostol9: ifirma hui9 mundi elegit deus ut cõfunderet fortia. Quibus etiã tamẽ ifirmis qd seqr dicit. Derelinqte isipiẽtiã ut uiuatis: et quęrite prudentiã ut habeatis uitam. Participem aũt fieri mẽsę illi9: ipm ẽ incipere habere uitã. Nã et i alio libro qui uocatr ęcclesiastes ũ ait: non ẽ bonũ hõi ñ q mãducabit & bibet: quid credibili9 dicere intelligitr: q̃ qd ad participationẽ mensę huius ptinet: quam sacerdos ipe mediator testamenti noui exhibet scdm ordiẽ Melchisedech: de corpe et sanguine suo. Id.n. sacrificiũ successit oib9 ill' sacrifitiis ueteris testamẽti: quę immolabãtr i umbra futuri. Propter qd etiã uocẽ illã i psalmo tricesio et nono eiusdem mediatoris per pphetiã loqñtis agnoscim9. Sacrifitiũ et oblationẽ noluisti: corpus autem perfecisti mihi: quia p illis omnibus sacrifitiis & oblationib9 corp9 eius offertr & participãtibus ministratr. Nã istũ ęcclesiasten in hac sentẽtia mãducãdi & bibendi quã sępe repetit plurimumq commendat: non sapere carnales epulas uoluptatis satis illd oñdit ubi ait. Meli9 est ire i domũ luctus q̃ ad domũ potus. Et paulop9: cor igt sapiẽtiũ i domo luct9: et cor isipiẽtiũ i domo epularũ. Sed illud magis cõmemorandum existimo de hoc libro: qd ptinet ad ciuitates duas: unam diaboli et alteram xpi: & earum reges: diabolũ et xpm. Ve tibi terra inquit cui9 rex adolescens: & pncipes tui mane comedũt. Beata tu terra cui9 rex tuus filius ingenuorũ: et pncipes tui in tpe comedũt i fortitudine et nõ i cõfusiõe. Adolescentẽ dixit diabolum: pp stultitiã et supbiã & temeritatẽ & petulãtiã: cęteraq uicia quę huic ętati assolent abundare. Xpm autem filium ingenuorum. sãctorũ scilicet patriarcharũ ptinẽtiũ ad liberã ciuitatẽ: ex quibus est i carne pgenit9. Principes illius ciuitatis mane manducantes id est ante horam congruã: quia nõ expectant oportunam quę uera est in futuro sęculo fęlicitatem: festinãter beari huius sęculi cęlebritate cupientes. Principes aũt ciuitatis xpi: temp9 non fallacis beatitudinis paciẽter expectãt. Hoc ait in fortitudie et nõ in cõfusione: qa nõ eos fallit spes de q̃ dicit apostolus. spes autẽ nõ cõfundit. Dicit et psalmus. Etenim q te expectant non confundentr. Iam uero canticum cãticorũ spiritualis quędam sanctorum est uoluptas mentium: in coniugio illi9 regis & reginę ciuitatis: qd est xps & ęcclesia. Sed hęc uoluptas allegoricis tegminib9 inuoluta ẽ: ut desideretr arden9 uideatrq iocũdi9: & appareat spõs9 cui dicitur in eodẽ cãtico: ęqtas dilexit te: et spõsa quę ibi audit: caritas in deliciis tuis. Tacite multa trãsim9 cura hui9 opis terminandi.

CEteri post Salomonẽ ℂ Ca.xxi.
reges hebreoꝝ uix inueniũt: per
aliq̃ enigmata dictorum suorum reruꝫ ue
gestarũ: q̃d ad xp̃m et ad ęcclesiã ꝑtineat
ꝓphetasse: siue in iuda siue i israel. Sic.n.
appellatę sunt illius ppl̃i partes: ex quo
propter Salomonis offensam tempe filii
eius Roboam qui patri successit i regnuꝫ
deo uindicãte diuisus est. Proinde trib9
decẽ q̃s accepit Ieroboam ſu9 Salomoĩs
rex eis in samaria constitut9: ꝓprie uo-
cabant̃ israel: q̃uis hoc uniuersi illius ppl̃i
nomẽ eẽt. Duabus ũ tribub9 Iudę scilicet
et Beniamin: quę ꝓpter Dauid ne penit9
regnũ stirpis ei9 fuisset eradicatũ r̃mãbãt
subiacentes ciuitati hierusalẽ: Iudę nomẽ
fuit: qa ipa erat trib9 unde Dauid: Bẽia-
min uero tribus altera ad idem regnuꝫ
sicut dixi ꝑtinẽs erat: unde fuit Saul rex
ante Dauid. Sed simul istę duę tribus ut
dictũ est iuda uocabant̃: & hoc nomine
discernebant̃ ab israel: q̄ appellabãt̃ ꝓp̃e
decẽ trib9 habentes suũ regẽ. Nã tribus
Leui q̃m sacerdotalis fuit: dei non regum
seruitio mancipata: terciadecia numera-
bat̃. Ioseph q̄ppe un9 ex duodecim filiis
isrl̃: nõ unã sicut cęteri singulas: ſꝫ duas
trib9 fecit: Effrem & Manassen. Verũtñ
etiã trib9 Leui ad regnũ hierosolimitanũ
pertinebat magis: ubi erat dĩ templũ cui
seruiebat. Diuiso g̃ ppl̃o p̃mus regnauit
i hierl̃m Roboã rex iuda fili9 Salomoĩs:
et i samaria Ieroboam rex israel seruus
Salomoĩs. Et cũ uoluisset Roboam tanq̃
tirãnidem diuisę p̃tis illius bello ꝑsequi:
ꝓhibitus ẽ ppl̃s pugnare cũ f̃rib9 suis:
dicẽte deo p̃ ꝓphã se hoc fecisse. Vnde
appuit nll̃m i ea re uel regis isrl̃ uel ppl̃i
fuisse peccatũ: ſꝫ uolũtatem dñi uĩdicãtis
impletam fuisse. Qua cognita pars utraq̄
iter se pacata conqeuit. nõ enĩ religionis
ſꝫ regni fuerat facta diuisio. ℂ Ca.xxii.
VErum rex israel Ieroboam: mente
peruersa nõ credẽs deo quẽ ueracẽ
promisso sibi regno datoq̄ proba uerat:
timuit ne ueniendo ad templuꝫ dei quod
erat in hierusalem: quo sc̃dm diuinã legẽ
sacrificãdi cã uniuersę illi genti ueniẽdũ
fuit: seducer̃t ab eo ppl̃s: et stirpi Dauid
tanquã regio semini redderet̃: instituit
idolatriã i regno suo: & populũ dei secũ
simulacrorum cultu obstrictum nefanda
impietate decepit. Nec tamẽ oĩo cessauit
de9 nõ solũ illũ regẽ: ueꝝ etiã successores
& impietatis imitatores populũq̄ ipsum
arguere p̃ ꝓphetas. Nam ibi extiterũt &
magni illi insignesq̄ prophetę: qui etiam
mirabilia multa fecerũt: Helias et Heli-
seus discipul9 eius. Ibi etiam dicenti Helię
dñe ꝓphetas tuos occiderũt: altaria tua
suffoderũt: & ego relictus sum solus &
querunt aĩam meã. Responsum ẽ illic eẽ.
septemmilia uiroꝝ: qui non curuauerũt
genua ante Baal. ℂ Capitl̃m.xxiii.
ITemq̄ in regno Iuda pertinente ad
hierusalem: etiam succedentiũ regum
temporib9 nõ defuerũt ꝓphetę: sicut deo
placebat eos mictere uel ad pręnũtiãdũ
q̃d opus erat: uel ad corripienda peccata
pręcipiendamq̄ iustitiã. Naꝫ & illic & si
longe min9 q̃ in israel: tñ extiterũt reges
qui suis ĩpietatib9 deũ grauiter offẽderẽt:
et moderatis flagellis cũ ppl̃o sili plecte-
rent̃. Pioꝝ sane regum merita ibi nõ p̃ua
laudant̃. In israel aũt r̃ges alios magis:
alios minus: oẽs tñ reprobos legimus.
Vtraq̄ igitur pars sicut iubebat diuina
ꝓuidẽtia uel sinebat: uariis & erigebat̃
ꝓsperitatib9: et aduersitatib9 pręmebat̃:
& sic affligebat̃ nõ solũ exterius: uerum
etiã iter se ciuilib9 bellis: ut certis existẽ-
tibus causis misericordia dei uel ira pa-
tesceret: donec eius indignatiõe crescente
uniuersa gens illa a chaldeis de bellãtib9
nõ solũ subuerteret̃ in sedib9 suis: ſꝫ etiaꝫ
ex maxima sui p̃te transferret̃ in terras
assirioruꝫ: prius illa pars quę uocabatur
israel in tribub9 decem postea uero etiam

Iudas euersa hierusalem & templo illo nobilissimo. i q̄b⁹ terris p̄ annos septuagita captiuū egit otiū. post quos inde dimissa templū qđ euersum fuerat instaurauit. Et q̄uis plurimi eius i alienigenarū degerēt terris: nō habuit tñ deinceps duas regni partes: & duos diuersos i singulis ptib⁹ reges: s; i hierusalē p̄ncipes eorū un⁹ eorū erat: atq; ad dei templū qđ ibi erat oēs undiq; ubicūq; essent & undecūq; possēt: p̄ certa tempora ueniebāt. Sed nec tūc eis hostes ex aliis gentibus expugnatores defuerunt. Nam etiam romanorum iam tributarios eos xp̄s inuenit. ¶ Ca. xxiiii.

Toto autem illo tēpore ex q̄ rediērūt de babilonia post Malachiā: Aggeū et Zachariā q̄ tūc ꝓphauerūt et Esdrā: nō hūerūt ꝓphas usq; ad saluatoris aduentū: n̄ aliū Zachariā p̄rē Iohis: et Elizabet ei⁹ uxorē x̄ natitate iā ꝓxia: & eo iam nato Simeonē senē & Annam uiduā iāq; grandeuā: & ip̄m Iohēm nouissimū: q̄ iuuenis iā iuuenē xp̄m nō q̄dē futurū predixit: s; tñ icognitū ꝓphetica cōgnitōe mōstrauit. Propter qđ ipse dn̄s ait. lex et ꝓphe usq; ad Iohēm. Sed istorū quorūq; ꝓphatio ex euāglio nob nota ē: ubi & ipa ūgo mater dn̄i añ Iohēm ꝓphasse inuenit̄. Sed hanc istorū ꝓphetiam iudei reprobi non accipiunt. acceperunt autem qui ex eis innumerabiles euangilio crediderunt. Tunc enim uere israel diuisus est in duo: diuisione illa que p̄ Samuelem ꝓphetam Sauli regi est imutabilis prenūtiata. Malachiā ū Aggeum Zachariā & Esdrā: etiā iudei reprobi i auctoritatē canōicā r̄ceptos nouissimos hn̄t. Sūt. n. et scp̄ta eorū sicut aliorū: q̄ i magna multitudine ꝓpharūt p̄pauci: et scp̄serunt que auctoritatē canōis obtinerēt. De q̄rū predictis que ad xp̄m ecclīāq; ei⁹ ptinēt: nōnulla m̄ i hoc ope uideo ponēda eē. Quod cōmodius fiet adiuuāte domino sequenti libro: ne hūc tam ꝓlixū ulteri⁹ onerimus.

De ciuitatum duarum quarū dei una seculi huius est altera: in q̄ nunc est quātum ad hominū gen⁹ ptinet etiā ista peregrina: exortu & procursu et debitis finibus me scripturū esse ꝓmisi: cum prius inimicos ciuitatis dei qui conditori eius xp̄o deos suos prefuerūt: & liuore sibi p̄nitiosissio atrociter iuidēt x̄anis: q̄ntū me adiuuaret eius gratia refellissem: qđ uoluminib⁹ decem p̄oribus feci. De hac uero mea q̄m modo cōmemoraui tripertita ꝓmissione: decimū sequentib⁹ quatuor libris ambarū ē digestus exortus. Deinde ꝓcursus ab homine p̄mo usq; ad diluuiū libro uno: qui est huius opis q̄ntusdecim⁹: atq; ide usq; ad Abraā: rursus ambe sicut in tp̄ib⁹ ita & in nostris lr̄is cucurrerūt. Sed a p̄re Abraam usq; ad regū tēpus israelitarū: ubi sextūdecimū uolumen absoluimus: & inde usq; ad ipsius i carne saluatoris aduentum: q̄usq; decimus septimus liber tendit̄: sola uidetur i meo stilo cucurrisse dei ciuitas: cū i hoc seculo nō sola cucurrerit: s; ambe utiq; i genere humano sicut ab initio simul suo ꝓcursu tp̄a uariauerit. Verū hoc ideo feci: ut pri⁹ ex q̄ apriores dei ꝓmissiones esse ceperūt: usq; ad ei⁹ ex uirgine natiuitatē in q̄ fuerant que promictebant̄ implenda: sine interpolatione a contrario alterius ciuitatis ista que dei est ꝓcurrens distinctius appet: quamuis usq; ad reuelationem testamenti noui: nō in lumine s; in umbra cucurrerit. Nunc g° qđ intermiseram uideo esse faciendū: ut ex Abrae tēporib⁹ q̄m̄ etiā i alla cucurrerit q̄ntū satis uidet̄ actingā: ut ambe inter se possit cōsideratiōe legētiū comparari. ¶ Capitulm. ii.

Societas igitur usq; quaq; mortalium diffusa p̄ terras:

& in locorum quantislibet diuersitatibus
unius tamen eiusdemq; naturę: quadam
cōione distinctas: utilitates & cupidita-
tes suas quibusq; sectātibus: dum id qđ
appetit̄ aut nemini aut nō oībus sufficit:
qa nō ē idipm: aduersum seipam plerūq;
diuidit̄: & ps ptem quę prevalet opp̄mit
Victrici.n. uicta succūbit: dñationi scilicz
uel etiā libertati qualēcūq; pacē pręferēs
ac salutē: ita ut magnę fuerint admiratōi
qui perire q̄ suire maluerūt. Nam ī oīb9
fere gētibus quodammō uox naturę ista
psonuit: ut subiugari uictoribus mallēt
qbus cōtigit uinci: q̄ bellica oīpharia ua-
statōe deleri. Hinc factū est: ut nō sine dei
ꝓuidētia in cui9 potestate ē ut qsq; bello
subiuget̄ aut subiuget: qdā essent regnis
prędíti quidā regnātibus subditi: sz iter
plurima regna terraꝝ in quę terrenę uti-
litatis uel cupiditatis est diuisa societas:
quā ciuitatē mūdi hui9 uīuersali uocablo
nuncupamus: duo regna cernimus lōge
cęteris ꝓuenisse clariora. assirioꝝ primū:
deinde romanoꝝ: ut temporib9 ita locis
inter se ordinata atq; distincta. Nā q̄mō
illud prius: hoc posterius eo modo: illud
in oriente hoc in occidēte surrexit. Dēiq;
in illius fine huius initium cōfestim fuit.
Regna cętera cęterosq; r̄ges uelut appē-
dites istoꝝ dixerim. Ninus g̊ iā secund9
rex erat assirioꝝ: qui patri suo Belo suc-
cesserat regni illius primo regi: quādo in
terra chaldeorum natus ē Abraam. Erat
aūt tempe illo regnū sichimorū admodū
paruum: a quo ille undecūq; doctissimus
Marcus Varro scribens de gente populi
romani: uelut antiquo tempe exorsus ē.
Ab his.n. sichimoꝝ r̄gibus ad atheniēses
ꝓuenit: a qb9 ad latinos: īde ad romanos:
sz añ cōditā romā ī cōparatōe r̄gni assirioꝝ
perexigua ista memorantur. Quamuis
atheniēses ī grętia plimū claruisse fateat̄
etiam Salustius roman9 historicus: plus
tamen fama q̄ re ipsa. Nā loquens de ill':

atheniensiū iqt res gestę sicuti ego existi-
mo satis ample magn̄ficeq; fuerūt. Veruz
aliquādo fuerunt minores tamē q̄ fama
ferunt̄. Sed quia ꝓuenere ibi scriptoruz
magna ingenia p terraꝝ orbem: atheniē-
sium fcta ꝓ maximis cęlebrant̄. Ita eoꝝ
qui fecere uirtus tanta habet̄: q̄tum eam
uerbis potuere extollere pręclara īgeīa.
Accedit huic ciuitati non pua etiā lr̄is &
ph̄is gloria: q: ibi potissimuz talia studia
uiguerūt. Nam quātū actinet ad impiūz:
nullū maius primis temporib9 q̄ assirioꝝ
fuit: nec tā lōge lateq; diffusum. Quippe
ubi Ninus rex Beli filius uniuersaz asiaz
quę totius orbis ad numerū ptium tertia
dicit̄: ad magn̄tudinē uero dimidia repit̄:
usq; ad libie fines subegisse tradit̄. Solis
qppe indis in ptib9 orientis nō dñabat̄: q̊s
tamē eo defuncto Semiramis uxor ei9 est
aggressa bellando. Ita factū est: ut qcūq;
ī illis terris ppli siue reges erant: assirioꝝ
regno ditioniq; parerēt: et quidqd īp̄a-
raret̄ efficerēt. Abraam ergo in eo regno
apud chaldeos Nini tp̄ibus nat9 est. Sed
qm̄ res gręce historie multo sunt nobis q̄
assirie notiores: et per gręcos ad latinos:
ac deinde ad romanos qui etiam ipsi la-
tini sunt temporum seriem deduxerunt:
qui gentem ppli romani in originis eius
antiquitate rimati sunt: ob hoc debemus
ubi opus est assirios memorare reges: ut
appareat q̄admoduz babilonia q̄si p̄ma
roma cū peregr̄na ī hoc mūdo dei ciuitate
ꝓcurrat. Res aūt quas ꝓpter cōpatiōem
ciuitatis utriusq; terrenę scilicz & cęlestis
huic operi optet īserer̄: magnis ex gręcis
& latinis ubi & ip̄a roma quasi secunda
babilonia est debemus assumere. Quādo
g̊ natus est Abraam sęcūdi reges erant:
apud assirios Ninus: apud sichimos Cy-
crops. Primi aūt: illic Belus hic Agiale9
fuerūt. Cū uero egresso Abraaz de babi-
lonia ꝓmisit ei de9 ex illo magnā futuraz
gentem: & in eius semine omniū gentiuz

bñdictionẽ: assirii quartũ regẽ habebãt: sichimi quintũ. Apud illos enĩ regnabat filius Nini post matrem Semiramidem: quę ab illo interfecta phibet̃: ausa filium mater incestare concubitu. Hanc putãt nõnulli cõdidisse babiloñ: q̃m qdẽ potuit instaurare. Quando aũt uel quõ condita fuerit in sextodecimo libro diximꝰ. Filiũ porro Nini & Semiramidis q matri successit in regnũ: quidã etiã ipm Ninũ: qdã ũ deriuato a p̃re uocabulo Niniũ uocãt. Sichimorũ aũt regnũ tunc tenebat Tellexion. Quo regnante usq̧ adeo ibi mitia et leta tpa fuerũt: ut eum defunctũ uelut colerẽt dm̃ sacificãdo et ludos celebrãdo: q̃s ei p̃mitꝰ istitutos ferũt. ¶ Caplm̃. iii.

QVius temporibus etiam Ysaac ex p̃missione dei natus est: cẽtenario patri filius Abrãę: de Sara coniuge quę sterilis et anus iam spem prolis amiserat. Tunc et assiriis quintus erat rex Arabꝰ. Ipsi uero Ysaac sexagenario nati sũt filii gẽini Esau & Iacob: q̃s ei Rebecca uxor pepit auo eorũ Abraam adhuc uiuente: et centum sexaginta ętatis annos agente: qui explens centũ septuaginta q̃nq̧ annis defunctus est: regnãtibus apud assirios Xerse illo ãtiquo: q etiã Baleus uocabat̃: et apud sichimos Thyriaco: quem quidã Thyrimacum scribunt septimis regibꝰ. Regnũ autem argiuoꝝ simul cum Abrãę nepotibus ortum est. ubi p̃mus regnauit Ynachus. Sane qđ pretereundũ nõ fuit: etiã apđ sepulcrũ septimi sui regis Thyriaci sacrificare sichimos solet̃ Varro refert. Regnantibus porro octauis regibꝰ Armamitre assirioꝝ: sichimorum Leucippo: et p̃mo argiuoꝝ Macho: deꝰ locutus ẽ ad Ysaac: atq̧ ipsi quoq̧ eadem quę patri eius duo illa promisit: semini scilicet eius terram Chanaan: & in eius semine benedictionẽ cũctaꝝ gentium. Hęc ipsa p̃missa sunt etiam filio eius nepoti Abrãę: qui est appellatus p̃mo Iacob: post Israel: cũ iam Bellonus rex nonꝰ assiriis et Phoroneus Machi filius secũdus regnaret Argiuis: Leucippo apud sichimos adhuc p̃manẽte. His temporibus grętia sub Phoroneo Argolico rege: legũ & iuditioꝝ qbusdam clarior ẽ facta institutis. Phegous tamẽ frater huiꝰ Phoronei iunior cum eẽt mortuus: ad eius sepulcrum tẽplũ ẽ cõstitutũ in quo coleret̃ ut deꝰ: & ei boues imolarentur. Credo honore tãto ideo dignum putarunt: qa in regni sui p̃te pater q̃ppe loca ambobus distribuerat in quibus eo uiuente regnarẽt: iste sacella cõstituerat ad colendos deos: et docuerat obseruari tempora per menses atq̧ annos: qđ eoꝝ quatenus metirent̃ atq̧ numerarent. Hęc in eo noua mirãtes rudes adhuc hoĩes: morte subita deũ eẽ factũ siue opiati sũt siue uoluerũt. Nã et Yo filia Machi fuisse perhibetur: quę postea Ysis appellata: ut magna dea culta ẽ in ęgipto: q̃uis alii scribãt eã ex ethiopia i ęgiptũ uẽisse reginã: & q̧ late iusteq̧ imperauerit: eisq̧ multa cõmoda & lr̃as ĩstituerit: hũc honorẽ ei habitũ esse diuinũ posteaq̃ ibi mortua ẽ: & tãtũ honorem ut capitali crimine reus existeret: si q̃s eã fuisse hominem diceret.

REgnantibus ¶ Capitlm̃. iiii. assiriorum decimo rege Baleo: & sichimorum nono Mesappo: qui etiam cephisos a qbꝰ tradit̃: si tamen duũ nominũ homo unꝰ fuit: ac nõ potiꝰ alteꝝ p̃ altero putauerũt fuisse hoiem: q in suis posuert̃ scriptis alteꝝ nomẽ: cũ rex argiuoꝝ tertius Apis eẽt: mortuus ẽ Ysaac annorum centum. lxxx: & reliquit geminos suos ãnoꝝ centũ et uiginti. Quoꝝ minor Iacob p̃tinẽs ad ciuitatem dei de qua scribimus maiore utiq̧ r̃probato: hẽbat duodecim filios: quoꝝ illũ q uocabat̃ Ioseph: mercatoribus in ęgiptũ transeũtibus fratres adhuc Ysaac auo eoꝝ uiuẽte uẽdiderãt. Stetit autẽ ante Pharaonẽ Ioseph: q̃ndo ex humilitate quã pertulit sublimatus est

cũ triginta annoꝝ esset: qm̃ somnia regis
diuine interpretatus: prenuntiauit septẽ
ubertatis ãnos futuros: q̃ꝝ abundãtiam
prepollentem cõseqñtes alii septẽ steriles
fuerant consumpturi: & ob hoc eum rex
prefecerat egipto de carcere liberatum: q̃
eum coniecerat integritas castitatis: quã
fortiter seruans male amanti domine &
male credulo dño mentiture: ueste etiam
derelicta de manib⁹ attrahentis aufugiẽs
nõ consensit ad stuprum. Secundo autem
anno septĩo annorum sterilium: Iacob in
egiptum cũ omnibus suis uenit ad filiuꝫ:
agens annos centũ & triginta sicut inter-
rogãti rgi ipe respõdit: cũ Ioseph ageret
triginta & nouem ad triginta scilicet q̃s
agebat quãdo a rege honorat⁹ ẽ additis
septẽ ubertatis et duob⁹ famis. ¶ Ca. v.

His tẽporibus rex argiuorũ Apis
nauibus transuectus in egiptum:
ibi cum mortuus fuisset factus ẽ Serapis
omniũ maxim⁹ egiptioꝝ deus. Nominis
aũt huius cur nõ Apis etiam post mortẽ
sꝫ Serapis appellatus sit: facillimã rõem
Varro reddidit. Quia enim arca ĩ qua
mortuus ponit̃ q̃d omnes iã sarcofaguꝫ
uocãt soros dicit̃ grece: & ibi eũ sepultũ
uenerari ceperunt priusq̃ templũ eius eẽt
extructum: uelut Sorosapis uel Sorapis
primo: deinde una lr̃a ut fieri assolet cõ-
mutata: Serapis dictus est. Constitutum
est etiam de illo ut quisq̃s eũ fuisse hoĩem
dixisset: capitalem penderet penã. Et qm̃
fere in omnibus templis ubi colebantur
Ysis & Serapis: erat etiam simulacrum
q̃d digito labiis impresso admonere ui-
deret̃ ut silentiũ fieret: hoc sig̃ficare idem
Varro existimat ut hoĩes eos fuisse tace-
ret̃. Ille autem bos q̃ mirabili uarietate
decepta egiptus in eius honorem delitiis
affluẽtibus alebat: qm̃ eũ sine sarcofago
uiuũ uenerabant̃: Apis nõ Serapis uoca-
bat̃. Quo boue mortuo quoniã querebat̃
et repiebat̃ uitulus coloris eiusdẽ: hoc est
albis q̃busdam maclis similiter ĩsignit⁹:
mirum & q̃ddam diuinitus sibi ꝑcuratũ
esse credebãt. Nõ .n. magnũ erat dẽonib⁹
ad eos decipiẽdos: fantasiam talis tauri
quaꝫ sola cerneret ostẽtare uacce cõcipiẽti
atq; pregnãti: unde libido mr̃is attrahe-
ret q̃d ĩ eius fetu iã corpaliter appar̃ret:
sicut Iacob de uirgis uariatis ut oues &
capre uarie nascerent̃ effecit. Quod enim
homines coloribus & corpib⁹ ueris: hoc
dẽones figuris fictis facillĩe possũt aĩali-
bus concipiẽtibus exhibere. ¶ Ca. vi.

Apis autem rex nõ egiptiorum sed
argiuorum mortuus est ĩ egipto.
Huic filius Argus successit ĩ regnum: Ex
cui⁹ noĩe Argi & ex hoc argiui appellati
sunt. Superioribus aũt regib⁹: nõdũ uel
locus uel gens habebat hoc nomen. Hoc
regnãte apud argiuos: & apd̃ sichimos
Eracho: apd̃ assirios uero adhuc manẽte
Baleo: mortuus est Iacob ĩ egipto ãnoꝝ
cẽtũq̃dragĩtaseptẽ cũ moritur⁹ filios suos
et nepotes ex Ioseph benedixisset: xp̃mq;
apertissime ꝓphetasset dicens in bñdicti-
one Iude: non deficiet ꝑnceps ex iuda &
dux de femoribus ei⁹: donec ueniãt que
r̃posita sũt ei: et ipe erit expectatio gẽtiũ.
Regnante Argo cepit uti frugib⁹ grecia
& habere segetes in agricultura: delatis
aliũde seminibus. Argus q̃q; post obituꝫ
deus haberi cepit: tẽplo & sacrificiis ho-
noratus. Qui honor eo regnante & ante
illum delatus ẽ hoĩ priuato et fulminato
cuidã Omogiro: eo q̃ primus ad aratruꝫ
boues iunxerit. ¶ Capitulum. vii.

Regnãtibus assiriorum duodecimo
Ermasco et undecimo sichimorum
Plemmeo: et argis adhuc manẽte Argo:
mortuus est Ioseph in egipto ãnoꝝ cẽtũ
& decem. Post cuius mortem popul⁹ dei
mirabiliter crescens mansit in egipto cẽ-
tumq̃dragintaq̃nq; annos: tranquille ꝑus
donec morr̃ent̃ quib⁹ Ioseph not⁹ fuerat.
Deinde quia inuidebat̃ incrementis eius

eratq; suspectus: quousq; inde liberaret̃
psecutionibus affligebat̃ inumeris: inter
q̃s tñ diuinitus fecundata multiplicatiõe
crescebat: et laboribus premebat̃ itolle-
rabilis suitutis. In assiria ũ et grecia per
idem tempus regna eadem pmanebant.

Cum ergo regnaret ¶ Ca. viii.
assiriis quartusdecimus Safrus: et
sichimis duodecimꝰ Ortopolus: et Criasꝰ
q̃ntus argiuis: natus ẽ i egipto Moyses:
p quẽ ppl's dĩ de suitute egiptia liberatꝰ ẽ.
In qua eũ ad desiderandum sui creatoris
auxiliũ sic exerceri optebat. Regnantibꝰ
mẽoratis regibꝰ: fuisse a q̃busdam credit̃
Promotheus: quẽ ppterea ferũt de luto
formasse homines: q̃a optimus sapientie
doctor fuisse phibet̃. nec tñ ostendit̃ qui
eius tpibus fuerint sapientes. Frater eiꝰ
Athlas magnus fuisse astrologus dici-
tur. Unde occasionem fabula inuenit: ut
eũ celũ portare confingeret: q̃uis mõs eiꝰ
noĩe nuncupet̃: cuius altitudinem potius
celi portatio in opinionem uulgi uenisse
uideat̃. Multa quoq; alia ex illis i grecia
tpibus cõfingi fabulosa cepũt. s; usq; ad
Cycropem regẽ atheniensiũ: q̊ regnante
eadem ciuitas etiã tale nomẽ accepit: & q̊
regnãte deus per Moysen perduxit ex
egipto pplm suũ: relati sunt in deoꝝ nu-
meꝝ aliq̃ mortui ceca et uana cõsuetudi-
ne ac supstitione grecorũ. In q̃bus Griasi
regis cõiunx Melãcomice: et Forbas filiꝰ
eoꝝ qui post patrem rex argiuoꝝ sextꝰ
fuit: et septimi regis Triope filiꝰ Iasus: et
rex nonus Stenelas siue Steneleus: uarie
q̃ppe in diuersis auctoribus inuenit̃. His
Ad nouū enim testamentū pertinent: q̄ꝝ
dies festi ita spiritualiter innouātur: ut
in uetustateꝫ transire nō possint. Porro
per ęuāgelium exterminata sculptilia &
conflatilia id ē ydola deorum falsorum:
& obliuioni tanq̄ sepulturę tradita iam
uidemus: & hāc etiā in hac re ꝓphetiam
completam esse cognoscimus. Abacuc de
quo alio q̄ de christi aduentu qui futurus
fuerat intelligit̄ dicere: & respondit dn̄s
ad me et dixit: scribe uisū apte in buxo:
ut assequat̄ qui legit ea: quia adhuc uisio
ad tempus. & orietur in fine et nō in ua-
cuum ibit: si tardauerit sustine euꝫ: quia
ueniēs ueniet et nō morabit̄. ¶ Ca. xxxii.

IN oratione autem sua cum cantico
cui nisi domino xp̄o dicit: domine
audiui auditionem tuā & timui: domine
cōsideraui opera tua et expaui. Quid enī
hoc est nisi pręcognitę nouę ac repentinę
salutis hominuꝫ ineffabilis āmiratio. In
medio duorum animaliū cognosceris: qd
est nisi aut in medio duorū testamētoꝝ:
aut in medio duorum latronum: aut in
medio Moysi et Helię cū eo in monte ser-
mocinantiū. Dum appropinquant anni
cognosceris: in aduentu tp̄is ostenderis.
hoc quia per se patet nō est exponēdum.
Quod ū sequit̄ exponendum: in eo dum
conturbata fuerit aīa mea: in ira miseri-
cordię memor eris: quid est nisi ꝙ iudeos
in se transfigurauit de quoꝝ gente fuit: q
cum magna ira turbati crucifigerēt xp̄m:
ille misericordię mēor dixit: Pater ignosce
illis quia nesciunt quid faciūt. Deus de
theman ueniet: et sanct9 de mōte umbro-
so & cōdenso. Quod hic dictū ē de themā
ueniet: alii īterprętati sunt ab austro uel
ab affrico: ꝑ quod significat̄ meridies id
est feruor caritatis & splendor ueritatis.
Montem uero umbrosum atq; cōdēsum:
q̄uis multis modis possit intelligi: libēti9
acceperim scp̄turaꝝ altitudineꝫ diuinaꝝ:
quibus xp̄us ꝓphetatus est. Multa q̄ppe
ibi umbrosa atq; cōdensa sunt: quę mēteꝫ
quęrēntis exerceant. Inde autem uenit: cū
ibi eū q intelligit inuenit. Operuit cęlos
uirtus eius: & laudis eius plena ē terra:
quid est nisi qd̄ in psalmo etiam dicitur:
exaltare super cęlos deus: et super omneꝫ
terrā gloria tua. Splendor eius ut lumē
erit: quid est nisi fama eius credētes illu-
minabit. Cornua in manibus eius sunt:
quid est nisi tropheum crucis. Et posuit
caritatem firmā fortitudinis suę: nec ex-
ponendū ē. Ante faciem eius ibit uerbū:
& ꝓdiet in cāpū ante pedes ei9: qd ē nisi
qd̄ et ātea q̄ huc ueniret pręnūtiatus est:
& postea q̄ hinc reuersus est ānuntiatus
est. Stetit et terra cōmota est: quid est n̄
ꝙ ad subueniendū stetit: et terra cōmota
est ad credendum. Respexit et tabuerūt
gentes hoc est misertus est & fecit pp̄los
pęnitētes. Contriti sūt montes uiolētia:
hoc est uim facientibus miraculis elatorū
contrita est superbia. Defluxerunt colles
ęternales: hoc est humiliati sunt ad tēpus
ut erigerent̄ in ęternū. Ingressus ęternos
ei9 ꝓ laborib9 uidi: hoc ē nō sine mercede
ęternitatis laborem caritatis aspexi. Ta-
bernacula ethiopū expauescēt: taberna-
cula terrę madian: hoc est gentes repente
perterritę nuntio mirabiliū tuorū: etiam
quę nō sunt in iure romano erūt in pp̄lo
xp̄iano. Nunqd in fluminibus iratus es
domine: aut in flumibus furor tuus: aut

in mari impetus tuus? Hoc ideo dictum est: quia nō uenit nunc ut iudicet mūdū: sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui ascendes sup̄ equos tuos: & equitatio tua salus. hoc est ęuangelistę tui portabunt te quia reguntur a te: & ęuangelium tuum salus est eis qui credunt in te. Intendens intendes arcum tuum super sceptra dicit dominus: hoc est comminaberis iuditiū tuum etiā regibus terrę. Flumibus scindetur terra: hoc ē influētibus sermoib9 prędicantium te aperient̄ ad confitendū hominum corda: quibus dictū ē scindite corda ur̄a et nō uestimēta uestra. Quid est uidebūt te & dolebunt populi: nisi ut lugendo sint beati? Quid ē dispergens aq̄s incessu nisi ambulando in eis qui te usq̄quaq̄ ānuntiant: hac atq̄ hac dispergis fluenta doctrinę? Quid est abissus dedit uocē suam? An ꝓfunditas cordis hūani: quid ei uideret̄ expressit? Altitudo fantasię suę: tanq̄ uersus supioris ē expositio. Altitudo enim est abissus. Quod aūt ait fantasię suę subaudiēdum est uocē dedit. hoc ē quod dixim9 qđ ei uideret̄ expssit. Fantasia quippe uisio est quam nō tenuit: non operuit: sed confitēdo eructauit Eleuatus est sol: & luna stetit in ordine suo. Hoc est ascendit xp̄us in cęlū: & ordīata est ęcclesia sub rege suo. In luce iacula tua ibunt: hoc est non in occultū sed in manifestum tua uerba mictētur. In splendore coruscationis armorū tuorū subaudiendū ē iacula tua ibūt. Dixerat enim suis: quę dico uobis in tenebris dicite in luīe. In comminatione terram minorabis id ē comminando humiliabis homines: et in furore deities gentes. quia eos qui se exaltant uindicādo collides. Existi ī salutē populi tui: ut saluos faceres xp̄os tuos. misisti in capita inimicorū mortem. nihil horum exponendum ē. Excitasti uincula usq̄ ad collū. Et bona hic possunt intelligi uincula sapientię: ut uinciantur pedes in compedes eius: & collū in torquem eius. Pręcidisti in stupore mētis: subaudiam9 uincula. Excitauit enī bona: pręcidit mala: de quibus dicitur ei: dirupisti uincula mea. Et hoc in stupore mētis id ē mirabiliter. Capita potentium mouebūtur in ea scilicȝ ī ea admiratione. Adaperiēt morsus suos: sicut edēs paup̄ absconse. Potētes enim quidam iudeoꝝ cōueniebāt ad dominum: uerba eius & facta mirati: et esurientes panem doctrinę manducabāt absconse propter metū iudeorū: sicut eos prodidit ęuangelium. Et imisisti in mare equos tuos: turbantes aquas multas: quę nihil aliud sunt q̄ multi populi. Nō enim alii timore cōuerterent̄ alii furore persequęrentur: n̄ omēs turbarent̄. Obſuaui & expauit uēter meus: a uoce orationis labiorū meorum. Et introiuit tremor in ossa mea: et subt9 me turbata ē habitudo mea. Intēdit in ea quę dicebat: et ip̄e sua est oratione perterritus: quā prophetice effūdebat: et ī qua futura cernebat. Turbatis enim pp̄lis multis: uidit iminentes ęcclesię tribulationes: cōtinuoq̄ se ei9 mēbrum agnouit atq̄ ait. Requiescā in die tribulationis. Tanquam ad eos ptinens qui sunt spe gaudētes: ī tribulatione patientes. Vt ascendam inquit ad populum peregrinationis meę. Recedēs utiq̄ a populo maligno carnalis cognationis meę: nō peregrinante in hac terra: neq̄ supnā patriam requirente. Quoniam ficus inq̄t non afferet fructus: et non erunt natiuitates ī uineis. Mentiet̄ opus oliuę et cāpi non faciūt escam. Defecerūt ab esca oues: & non supsunt in pręsepib9 boues. Vidit eam gentem quę christū fuerat occisura: ubertatem copiarū spiritualiū pditurā: quas per terrenam fęcunditatem more prophetico figurauit. Et q̄a iram dei talē ꝓpterea passa ē illa gens: q̄a dei ignorans iustitiam suā uoluit constituere: iste cōtinuo: ego autem inquit in dn̄o exultabo:

gaudebo ĩ deo salutari meo. Domĩe deus
uirtus mea statuit pedes meos in consu-
mationem: super excelsa imponet me: ut
uincam in cantico eius scilicet illo cantico
de quo similia quędam dicũt̃ in psalmo.
Statuit supra petram pedes meos: et di-
rexit gressus meos: & imisit in os meum
canticum nouũ: himnum deo nostro. Ipse
ergo uincit in cantico domini qui placet
in eius laude non sua: ut qui gloriatur in
domino glorietur. Melius autẽ mihi ui-
dentur quidaꝫ codices habere gaudebo
in deo Ihesu meo: q̄ hi q uolentes id latĩe
ponere: nomen ipsum nõ posuerũt: quod
est nobis amicitius & dulcius nomĩare.

H Ieremias propheta ¶ Ca. xxxiii.
de maioribus est sicut Ysaias: nõ
de minoribus sicut & ceteri: de quorum
scriptis nonnulla iam posui. Prophetauit
aũt regnãte Iosia in hierusalem: et apud
romanos Ancomartio: iã appropĩquãte
captiuitate iudeorum. Tetendit autem
ꝓphetiam suam usq; ad quintũ mensem
captiuitatis: sicut in eius lr̃is inuenitur.
Sophonias autẽ unus de mĩoribus ad-
iungitur ei. Nam & ipse in diebus Iosię
prophetasse se dicit: sed quousq; nõ dicit.
Prophetauit ergo Hieremias non solum
Ancimarcii: uerum etiã Tarquinii prisci
temporibus: quẽ romani habuerũt qñtũ
regem. Ipse enim quãdo ẽ illa captiuitas
facta regnare iam cęperat. Prophetans
g̊ de xp̃o Hieremias: spirit9 inq̄t oris nr̃i
dominus xp̃us captus ẽ in pc̃tis nostris:
sic breuiter ostendens & dominum nr̃m
xp̃m: et passum esse pro nobis. Item alio
loco: hic deus meus inq̄t et nõ extimabi-
tur alter ad eum: qui inuenit omnem uiã
prudentię & dedit eam Iacob puero suo:
et israel dilecto suo. Post hęc ĩ terris uis9
est: & cum hominibus conuersatus ẽ: Hoc
testimoniũ quideꝫ non Hieremię ꝫ scribę
eius actribuunt: qui uocabatur Baruch:
sed Hieremię cęlebratius habet̃. Rursus
idem propheta de ipso. Ecce inquit dies
ueniũt dicit domin9: & suscitabo Dauid
germẽ iustum: et regnabit rex & sapiẽs
erit: & faciet iuditiũ et iustitiam ĩ terra.
In diebus illis saluabit̃ iuda: et israel ha-
bitabit confidenter: & hoc est nomen qđ
uocabunt eũ dominus iustus noster. De
uocatiõe aũt gentiũ quę futura fuerat: &
eã nũc impletaꝫ cernimus: sic locutus est.
Domine deus meus et refugiũ meum in
die malorũ: ad te gentes uenient ab ex-
tremo terrę: & dicẽt. Vere mendacia co-
luerunt patres nostri: simulacra et non est
in eis utilitas. Quia uero non erant eum
agnituri iudei: a quibus eum & occidi o-
portebat: sic ideꝫ ꝓp̄ha significat. Graue
cor per omĩa: et homo ẽ et quis cognoscet
eum? Huius est etiaꝫ illud quod in libro
.xvii. posui de testamento nouo: cuius ẽ
mediator xp̃us. Ipse quippe Hieremias
ait. Ecce dies ueniunt dicit dominus: &
consumabo super domũ Iacob testamẽtũ
nouũ: & cętera quę ibi legunt̃. Sophonię
aũt prophetę qui cum Hieremia ꝓpheti-
zabat: hęc predicta interim de xp̃o inter-
ponam. Expecta me dicit dominus ĩ die
resurrectionis meę in futuꝝ: q̄a iuditiuꝫ
meũ ut cõgregeꝫ gẽtes: & colligã regna.
Et iterum. Horribilis inq̄t dominus sup̃
eos: & exterminabit omnes deos terrę:
et adorabit eũ uir de loco suo: om̃es ĩsulę
gentium. Et paulopost. Tunc inq̄t trans-
uertam in populos linguam & ꝓgenies
eius: ut omnes inuocent nomen domini:
& seruiant ei sub uno iugo. A finib9 flu-
minum ethiopię afferẽt mihi hostias. In
illo die non confunderis ex om̃ibus ad-
inuentionibus tuis: quas impie egisti in
me. quia tunc auferam abs te prauitates
iniurię tuę: & iam nõ adicies ut magni-
ficeris super montem sanctum meum. Et
subrelinquam in te populũ mansuetũ &
humilem: et uerebunt̃ in nomine domini
qui reliqui fuerit israel. Hę sunt reliquię:

de quibus alibi ꝓphetat᷑: quod apostolus etiã cõmemorat. Si fuerit numerus filioꝝ israel sicut arena maris: reliq̄ salue fient. He quippe in christũ illius gẽtis reliquie crediderunt. ❡ Capitlm .xxxiiii.

IN ipsa porro captiuitate babilonie Daniel & Ezechiel prophetauerunt prius: alii scilicet duo ex ꝓphetis maioribus. Quorũ Daniel etiam tempus quo uẽturus xp̃s fuerat atq; passurꝰ. numero diffiniuit annoꝝ: qđ longũ ẽ cõputando monstrare: & ab aliis factitatum est an̄nos. De ptãte uero eius et gloria sic locutus est. Videbam inq̄t in uisione noctis. & ecce cũ nubibꝰ celi filius homĩs ueniẽs erat: et usq; ad uetustum dieꝝ ꝑuenit. In conspectu eius prelatus est: et ipi datus est pricipatus et honor et regnũ: et omẽs populi: tribus et lingue ipi seruient. Potestas eius ptãs ꝑpetua: que nõ trãsibit: et regnũ eius quod nõ corrũpet᷑. Ezechiel quoq; more prophetico per Dauid xp̃m significans. quia carnem de Dauid semĩe assumpsit. propter quã formã serui qua factus est homo etiã seruus dei dicit᷑ ideꝫ dei filius. sic euꝫ ꝓphetando prenũtiat ex ꝑsona dei patris. Et suscitabo inquit sup pecora mea pastorem unũ: qui pascat ea seruũ meũ Dauid: & ipe pascet ea: et ipe erit his in pastorem. Ego autem dñs ero eis in deũ: & seruꝰ meus Dauid pñceps in medio eoꝝ: ego dñs locutus sũ. Et alio loco: et rex inquit unus erit omĩbus imperans et non erunt ultra due gentes nec diuidentur amplius in duo regna: neq; polluent᷑ ultra in ydolis suis: et abhominationibus suis; et i cunctis iniquitatibꝰ suis. Et saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis: i q̄bus peccauerũt et mũdabo eos: et erunt mihi populus: et ego ero eis deus: et seruus meus rex Dauid sup eos: & pastor unꝰ erit oĩm eoꝝ. ❡ Ca. xxxv.

REstant tres minores ꝓphete: qui ꝓphetauerũt in fine captiuitatis. Aggeus: Zacharias: Malachias. Quorũ Aggeus christum et ecclesiam hac aptius breuitate prophetat. Hec dicit dominus exercituũ. Adhuc unũ modicum: et ego cõmouebo celũ & terrã et mare et aridã: et omnes gẽtes mouebo: et ueniet desideratus cunctis gentibꝰ. Hec ꝓphetia ptim iam completa cernitur: partim speratur in fine cõplenda. Mouit enĩ celũ anglo꞉ꝝ et sideꝝ testimonio: qñ xp̃us incarnatꝰ ẽ. Mouit terrã ingẽti miraculo: de ipo uirginis partu. Mouit mare & aridã: & in insulis et in orbe toto xp̃us ãnuntiat᷑. Ita moueri omnes gẽtes uidemus ad fidem. Iam uero qđ sequit᷑: & ueniet desideratꝰ cunctis gentibꝰ: de nouissimo eius expectatur aduentu: Vt enim desideratus esset & expectandus cunctis gentibus: prius oportuit eum dilectum esse credentibus. Zacharias de xp̃o et ecclesia: exulta inq̄t ualde filia syon: iubila filia hierusalẽ. Ecce rex tuus ueniet tibi iustꝰ & saluator. Ipe pauper et ascendens super asinũ: et super pullum filium asine. Et ptãs eius a mari usq; ad mare: & a flumĩbus usq; ad fines terre. Hoc quãdo factũ sit: ut dñs xp̃us i itinere iumento huius generis uteretur: in euangelio legitur ubi & hec ꝓphetia cõmemoratur: ex parte quantuꝫ illi loco sufficere uisum ẽ. Alio loco ad ipsũ xp̃m in spiritu ꝓphetie loquens de remissione peccatorũ per eius sanguinem: tu quoq; inquit in sanguine testamẽti tui emisisti uinctos tuos: de lacu in quo nõ est aqua. Quid per hunc lacũ uelit intelligi: possũt diuersa sentiri: etiam scd̃m rectam fideꝫ. Mihi tñ uidet᷑ nõ eo significari melius: q̃ humane miserie siccã ꝓfũditatẽ q̄dãmodo & sterilem: ubi nõ sunt fluenta iustitie: sꝫ iniq̄tatis lutũ. De hoc q̄ppe lacu i psalmo etiam dicit᷑: et eduxit me de lacu miserie & de luto fecis. Malachias prophetans ecclesiam quam per christũ iam cernimus propagatam: iudeis dicit apertissime ex

persona dei. Non est mihi uoluntas in uobis: et munus non suscipiam de manu ura. Ab ortu eni solis usq ad occasum magnū est nomen meū in gētibus: & in omni loco sacrificabitur et offeretur nomini meo oblatio mūda: quia magnū nomen meum in gentibus dicit dominus. Hoc sacrifitiū per sacerdotiū xpi scdm ordinē Melchisedech: cum in omni loco a solis ortu usq ad occasum deo iam uideamus offerri. Sacrifitiū autē iudeorum quibus dictū est: nō est mihi uolūtas in uobis: nec accipiā de manibus uris munus: cessasse negare nō possunt. qui adhuc expectant aliū xpm: cū hoc quod pphetatum legunt et ipletū uident: impleri nō potuerit nisi per ipm. Dicit enim paulopost ex persona dei de ipso. Testamentū meū erit cum eo uitę et pacis: & dedi ei ut timore me timeret: & a facie nois mei reuereret. Lex ueritatis erit in ore eius: in pace dirigēs ābulabit mecū: et multos ab iniquitate cōuertet: quoniā labia sacerdotis custodiēt sciam: et legem inquirent de ore eius quoniam angelus domi omnipotentis est. Nec mirandū est: quia omnipotentis dni āgelus dictus est xpus Ihesus. Sicut eni seruus ppter formam serui in qua uenit ad hoies: sic angelus ppter euāgelium qd nūtiauit hominibus. Nam si grece ista ita iterpretemur: et euangelium bona nūtiatio est & āgelus nūtius. De ipo quippe iterum dicit. Ecce angelum meū mictā: et pspitiet uiam ante faciem meam: & subito ueniet i templum suū dns quē nos queritis: & angls testamenti quem uos uultis. Ecce ueniet dicit dns deus omnipotens. et quis sustinebit diem introitus eius? ant quis sistet in aspectu eius? Hoc loco & primum & secundum xpi prenunciauit aduentum. Primū scilicet de quo ait. Et subito i tēplū suū ueniet dns id ē in carnem suā: de qua dicit in euangelio: soluite templū hoc & in triduo resuscitabo illud. Secūdū uero

ubi ait. Ecce uenit dicit dns omnipotens: et quis sustinebit diē introitus eius: aut quis persistet in aspectu eius? Quod aūt dixit dns quem uos queritis: & angelus testamenti quem uos uultis: significauit utiq etiam iudeos scdm scripturas quas legunt christū querere et uelle. Sed multi eorum quem quesierunt et uoluerunt: uenisse nō agnouerūt: excecati in cordibus suis precedētibus meritis suis. Quod sane hic noiat testamentū: uel supra ubi ait testamentū meū erit cū eo: uel hic ubi dixit eū angelū testamēti: nouū procul dubio debemus accipere testamentū ubi sempiterna: non uetus ubi temporalia sunt promissa: que pro magno hic habētes plimi infirmi: & deo uero taliū rerum mercede seruiētes: quādo uident impios abūdare turbant. Propterea idē ppheta: ut noui testamēti eternam beatitudinem que nō nisi bonis dabit: distigueret a ueteris terrēa felicitate que plerūq datur & malis: igrauastis inquit sup me uerba ura dicit dominus et dixistis. In quo detraximus de te? Dixistis. uanus est omnis qui seruit deo. Et quid plus nobis quia custodiuimus obseruationes eius. et quia ambulauimus supplicantes ante faciem domi omipotentis? Et nunc uos beatificatis alienos: & reedificantur omes qui faciūt iniqua: aduersati sūt deo & salui facti sunt. Hec oblocuti sunt qui timebant dnm: unusquisq ad proximum suum. Et animaduertit dns. et audiuit: et scripsit librū memorie in cōspectu suo: eis qui timent dnm et reuerentur nomē eius. Per istū librū significatū est testamentum nouū. Deniq quod sequitur audiamus. Et erunt mihi dicit dns omipotēs in die quā ego facio in acquisitionem: & eligam eos sicut homo eligit filium suum seruientem sibi. Et cōuertemini et uidebitis inter iustū et iniustū: & inter seruientem deo et nō seruientem. Quoniam ecce dies ueniet ardēs sicut clibanus: & cōcremabit eos. Et erūt

omnes alienigenę et omnes facientes iniq̄tatem sicut stipula: & incendet illos dies qui adueniet dicit dn̄s omīpotens: et nō derelinquetur eorū radix neq̄ sarmētū. Et orietur uobis timentibus nomen meū sol iustitię: & sanitas ī pēnis eius. Et exibitis et exultabitis sicut uituli ex uinclis resoluti. Et conculcabitis iniquos et erūt cinis sub pedibus ur̄is in die in quo ego facio: dicit dn̄s omīpotens. Hic est q̄ dicit̄ dies iudicii: de q̊ suo loco si deus uoluerit loquemur uberius.

¶ Cap. .xxxvi.

Post hos tres prophetas: Aggeū: Zachariam: Malachiam: per idē tempus liberationis populi ex babilōica seruitute scripsit etiā Esdras: qui magis rerū gestaꝝ scriptor ē habitus q̄ ꝓpħa: sicuti ē & liber qui appellat̄ Hester. Cui9 res gesta in laudem dei non longe ab his temporibus inuenitur. Nisi forte Esdras in eo xp̄m ꝓphetasse intelligendus est: q̄ inter iuuenes quosdam orta questiōe qd amplius ualeret in rebus: cum reges un9 dixisset: alter uinū: tertius mulieres: quę plerūq̄ regibus imperarēt: idem tn̄ terti9 ueritatem super omnia demonstrauit esse uictricem. Consulto aūt euangelio xp̄m cognoscimus eē ueritatem. Ab hoc tempe apud iudeos restituto templo: nō reges sed pricipes fuerūt usq̄ ad Aristobolū. Quoꝝ supputatio tēporū nō ī scripturis sanctis quę canonicę appellantur: sed in aliis inuenit̄. in q̄bus sūt & machabeoꝝ libri: quos non iudei s; ecclesia ꝓ canōicis habet: ꝓpter quorūdā martiꝝ passiōes uehemētes atq̄ mirabiles: q̄ anteq̄ xp̄us uenisset in carnem: usq̄ ad mortem ꝓ dei lege certauerūt: & mala grauissima atq̄ horribilia pertulerūt.

¶ Ca. .xxxvii.

Tempore igitur nostroꝝ ꝓphetarū quorū iam scripta ad notitiam fere omniū gentiū peruenerunt: pħi gentium nondū erant: q̄ hoc etiā nomie uocarent̄: quod cepit a samio Pitagora: q̄ eo tempe quo iudeorum soluta est captiuitas: cępit excellere atq̄ cognosci. Multo ḡ magis cęteri philosophi: post ꝓpħas reperiunt̄ fuisse. Nā ipse Socrates atheniens̄ magr̄ omniū qui tūc maxime claruerūt: tenēs in ea parte quę moralis uel actia dicitur principatū: post Esdrā ī cronicis īuenit̄. Non multo post etiā Plato est natus: qui longe cęteros Socratis discip̄los āteiret. Quibus si addam9 etiā supiores qui nondū philosophi uocabantur: septem scilic; sapientes: ac deinde pħicos qui Thaleti successerūt: in perscrutanda natura rerū studiū eius imitati: Anaximādrū scilic; & Anaximenē et Anaxagoram: aliosq̄ nōnullos anteq̄ Pitagoras prim9 pħiam ꝓfiteretur: nec illi prophetas nostros uł uniuersos tempoꝝ āntiquitate precedūt. qn̄ q̄dē Thales post quem cęteri fuerūt regnāte Romulo eminuisse fertur: qn̄ de fōtibus israel ī eis lr̄is quę toto orbe manarent ꝓpħię flumē erupit. Soli igit̄ illi theologi poetę: Orphe9: Linus: Museus: & si q̄s alius apd̄ grecos fuit: his ꝓpħis hebreis quoꝝ scripta in auct͡te habemus: annis reperiūtur ꝑores. Sed nec ipi ueꝝ theologū nostrū Moysen: qui unū deum uerum ueraciter predicauit: cuius nunc scripta in auctoritatis canone prima sūt: tempore preuenerūt. Ac per hoc quantū ad grecos actinet: in qua ligua lr̄ę huius sęculi maxime floruerūt: nihil habēt ūde sapientiam suam iactent: q̊ religione nr̄a ubi uera est sapientia: si non supior saltim uideatur antiquior. Verū quod fatendū est: non quidem in grętia sed in barbaris gentibus sicut iā in egipto ante Moysen nōnulla doctrina fuerat quę illorū sapiā diceret̄. Aliogn non esset scriptū in sc̄tis libris: Moysen eruditū fuisse oīni sapiā egiptioꝝ: tūc utiq̄ quādo ibi natus est: & a filia Pharaonis adoptatus atq̄ nutrit9 etiā liberaliter educatus ē. Sed nec sapiā egiptiorū sapientiam ꝓphetarū nostrorū

tempore antecedere potuit quãdo qdem
et abraam ꝓpheta fuit. Quid autē sapiẽ
esse potuit in egipto: anteq̃ eis Ysis quã
mortuam tanquã magnam deam colẽdã
putarẽt lrãs traderet? Ysis porro Ynachi
filia fuisse proditur: qui primus regnare
cepit argiuis: quãdo iam Abrae nepotes
repiuntur exorti. ¶ Capitulũ .xxxviii.

IAm uero si lõge antiquiora repetam:
& ante illud grande diluuiũ noster
erat utiq; Noe patriarcha: quem ꝓphetam
quoq; non immerito dixerim. Siquidē ipa
arca quam fecit: & in qua cũ suis euasit:
ꝓpheta nostrorum temporũ fuit. Quid
Enoch septimus ab Adam? Nõne etiam
in canonica epla apostoli Iude ꝓphetasse
predicatur? Quorũ scripta ut apd iudeos
& apud nos in auctẽte nõ eẽnt. nimia fecit
antiquitas: ꝓpter qd uidebantur suspecta
esse habenda: ne ꝓferrentur falsa ꝓ ueris.
Nam et proferũtur quedam que ipoꝝ eẽ
dicãtur: ab eis qui ꝓ suo sensu passim qd
uolunt credunt. Sʒ ea castitas canonis nõ
recepit. non ꝙ eoꝝ hominũ qui deo pla-
cuerũt reprobetur auctoritas: sed ꝙ ista eẽ
nõ credantur ipoꝝ. Nec mirũ debet uideri
ꝙ suspecta habentur: que sub tãte ãtiqtatis
nomine ꝓferuntur. qñ qdem i ipa historia
regũ iude & regum israel: que res gestas
continet: de quibus eidẽ scripture canõice
credimus: cõmemorantur plima que ibi nõ
explicãtur: & dicuntur i libris aliis iueiri
quos ꝓphete scripserũt. et alicubi eorum
quoq; ꝓphetaꝝ nomĩa non tacentur: nec
tamen inueniũtur in canone quem ppls
dei recepit. Cuius rei fateor causa me latet
nisi ꝙ existimo etiam ipos quibus ea que
i auctoritate religiõis eẽ deberẽt: sãctus
utiq; spũs reuelabat. alia sicut homines
historica diligentia: alia sicut prophetas
inspiratione diuĩa scribere potuisse: atq;
hec ita fuisse distincta: ut illa tanq̃ ipsis:
ista uero tanquam deo per ipos loquenti
iudicarentur eẽ tribuẽda: ac sic illa ptinerẽt

ad ubertatẽ cognitiõis: hec ad religionis
auctẽ i qua auctoritate custodit canon.
Preter que si qua iam etiam sub nomine
uerorũ prophetarũ scripta ꝓferuntur: nec
ad ipam copiam sciẽ ualent. Quoniã utrũ
eorũ sint quorũ esse dicuntur incertum est:
& ob hoc eis non adhibetur fides. maxime
his in quibus etiam contra fidem libroꝝ
canonicoꝝ quedã leguntur: propter quod
ea prorsus illorum non eẽ apparet.

NOn itaq; credendũ ¶ Ca. xxxix.
ẽ: quod nõnulli arbitrantur hebreã
tantum linguam per illũ qui uocabatur
Heber: unde hebreoꝝ uocabulũ est fuisse
seruatã: atq; inde ad Abraam ꝑuenisse:
hebreas autẽ lrãs a lege cepisse que data
est per Moysen: sed potius per illã suc-
cessionem patrũ memoratam linguã cum
suis lrĩs custoditam. Deniq; in pplo dei
Moyses constituit qui docendis literis
preessẽt: priusq̃ diuĩe legis ullas nossent
literas. Hos appellat scriptura gramatos
ysagogos. qui latine dici possunt lrãrum
inductores uel introductores: eo ꝙ eas
inducãt id est introducãt quodãmodo
in corda discentiũ. uel in eas potius ipos
quos docent. Nulla igitur gens de anti-
quitate sapientie sue super patriarchas et
ꝓphetas nr̃os quibus inerat diuĩa sapiã:
ulla se iniq̃ uanitate iactauerit: quando
nec egiptus inuenitur que solet falso &
inaniter de suaꝝ doctrinaꝝ antiquitate
glãri: qualicũq; sua sapientia: patriarchaꝝ
nr̃oꝝ tẽpe sapiam preuenisse. Neq; enim
quisq̃ dicere audebit: mirabiliũ disciplia-
rum eos peritissimos fuisse antequã lrãs
nossent: id ẽ anq̃ã Ysis eo uenisset: easq;
ibi docuisset. Ipsa porro eoꝝ mẽorabilis
doctrina que appellata est sapientia: qd
erat nisi maxime astronomia: & si quid
aliud taliũ discipliaꝝ magis ad exercẽda
ingenia: q̃ ad illuminandas mẽtes sapia
uera ualere solet? Nam quod ad phiam
actinet: que se docere aliquid profitetur

unde fiant homines beati: circa tempora
Mercurii quē Trismegistū uocauerūt: in
illis terris eiusmōi studia claruerūt. Lō-
ge quidem ante sapientes q̄ philosophos
habuit grecia. sed tamen post Abraam et
Ysaac: et Iacob et Ioseph. Nimirū etiam
post ip̄m Moysen. Eo quippe tempore q̄
Moyses natus est fuisse reperitur Athlas
ille magn9 astrologus frater Promothei
maternus: auus Mercurii maioris: cuius
nepos fuit Trismegistus iste Mercuri9.

F Rustra itaq; ¶ Capitlm .xl.
uanissima presumptione garriunt
quidam dicētes: ex quo egiptus ratōem
sideꝝ cōprehendit: āplius q̄ centū ānorū
milia numerari. In qbus enim libris istū
collegerunt numerū: qui non multū ante
annoꝝ duo milia literas magistra Yside
didicerūt. Non eniȝ paruus ē auctor in
historia Varro qui hoc prodidit: quod a
lrāꝝ etiaȝ diuinarū ueritate nō dissonat.
Cū enī ab ip̄o primo homie q appellatus
ē Adam: nōdū sex ānoꝝ milia cōpleanť:
quō non isti ridendi poti9 q̄ refellendi sūt:
q de spatio temporū tam diuersa & huic
explorate ueritati tam cōtraria psuadere
conanť. Cui enī narranti meli9 preterita
credimus: q̄ qui etiam futura predixerit
que presentia iam uidemus. Nam et ip̄a
historicoꝝ iter se dissonātia: copiā nobis
prebet ut eis potius credere debeamus:
qui diuine quaȝ tenemus non repugnant
historie. Porro aūt ciues impie ciuitatis
diffusi usq;quaq; per terras: cum legunt
doctissimos hoīes q̄ꝝ nulli9 cōtempnēda
uideať auctoritas: inter se de reb9 gestis
ab etatis nr̄e memoria remotissimis dis-
crepantes: cui potius credere debeāt nō
inueniunt. Nos uero in nostre religionis
historia fulti auctē diuina: quidquid ei
resistit nō dubitamus esse falsissimū: quō-
libet sese habeant cetera in secularib9 lrīs:
que siue uera seu falsa sint: nihil momenti
afferūt quo recte beateq; uiuamus.

A T autem cognitionē ¶ Ca.xli.
omictamus historie: ipi ph̄i a qb9
ad ista progressi sumus: qui non uidenť
laborasse in studiis suis: nisi ut iuenirent
quō uiuēdū eēt accōmodate ad btitudieȝ
capessendaȝ: cur dissenserūt & a magr̄is
discipuli & inter se condiscipuli: nisi quia
ut homines humanis sensibus et hūanis
ratiocinationib9 ista quesierūt. Vbi q̄uis
esse potuerit & studiuȝ gl'andi: quo q̄sq;
alio sapiētior et acutior uideri cupit: nec
sententie quodāmō addictus aliene: ſȝ sui
dogmatis et opinionis inuentor: tamē ut
nōnullos uel etiam eoruȝ plurimos fuisse
cōcedaȝ: quos a suis doctorib9 ul' discēdi
sociis amor ueritatis abruperit: ut ꝓ ea
certarent quā ueritateȝ putarent: siue illa
esset siue nō eēt: cum aiūt quo uel qua ad
beatitudineȝ ꝑueniať: hūana se porrigit
infelicitas: si diuīa non ducit auctoritas.
Demiq; auctores nr̄i in quibus nō frustra
sacraꝝ lrārū figitur & terminať canon:
absit ut inter se aliqua ratione dissentiāt.
Vnde non imerito cum illa scriberent eis
deū uel per eos locutū non pauci in scolis
atq; gimnasiis litigiosis disputationibus
garruli: sed in agris atq; in urbibus cum
doctis atq; idoctis tot tātiq; populi cre-
diderūt. Ipsi sane pauci esse debuerunt ne
multitudine uilesceret: qđ carū religione
eē oporteret. nec tamen ita pauci: ut eorū
non sit miranda consensio. Neq; enim in
multitudine ph̄orū qui labore etiā lrārio
monimēta suoruȝ dogmatū reliquerunt:
facile quis iuenerit inter quos cūcta que
sensere conueniant: qđ ostendere hoc ope
longū ē. Quis aūt secte cuiuslibet auctor
sic est in hac lacedemonicola ciuitate ap-
ꝓbat9: ut ceteri iprobarenť qui diuersa
& aduersa senserūt. Nōne apđ athenas
et epicurei clarebāt: asserētes res hūanas
ad deoꝝ curam non ptinere: & stoici qui
cōtraria sētiētes: eas regi atq; muniri diis
adiutoribus atq; tutoribus disputabāt.

Vnde miror cur Anaxagoras reus fact9 sit: qa solem dixit eē lapidem ardentem: negans utiq; deū cū in eadem ciuitate gl'a floruerit Epicurus: uixeritq; securus: nō solū solem ul' ullū siderum deum esse non credens: sed nec Iouem nec ullū deoꝝ oīo in mūdo habitare cōtendens: sed ad quē preces hoīm supplicationesq; perueniāt. Nōne ibi Aristippus in uoluptate corpis summū bonū ponēs: ibi Antistenes ūtute aīmi potius hoīem beatū fieri asseuerans: duo philosophi nobiles & ambo socratici in tam diuersis atq; īter se cōtrariis fiīib9 uite summā locātes. quoꝝ etiā ille fugiēdam: iste āmīstrandā sapienti dicebat esse rem publicam: & ad suam quisq; sectam sectandam discipl'os cōgregabat. Nēpe palam in cōspicua & notissima porticu: ī gimnasiis: ac priuatis cateruatī: et ī ortulis: ī locis publicis: pro sua qsq; opīone certabant. Alii asserētes unū: alii īnumerabiles mūdos. ipm autē unū alii ortū eē: alii uero initiū nō habere: alii interituꝝ: alii semper futuꝝ: alii mente diuina: alii fortuitu & casibus agi. Alii mortales eē animas: alii īmortales. Et qui īmortales alii reuolui in bestias: alii nequaq̄. Qui ū mortales: alii mox interire post corpus: alii uiuere etiā postea ul' paululū: ul' diutius: nō tñ sp. Alii cōstituētes ī corpe finez boni: alii ī aīo: alii ī utroq;. Alii extrīsec9 posita etiam bona ad animam & corpus addētes. Alii sensibus corpis sp: alii non semp. Alii putantes nūq̄ eē credēdū. Has & alias pene innumerabiles dissensiones phoꝝ: quis unq̄ populus: qs senatus: que ptās ul' dignitas publica impie ciuitatis: diiudicandas: et alias ꝓbādas ac rcipiendas: alias īprobandas repudiandasq; curauit: ac nō passiz sine ullo iudicio cōfuseq; habuit in gmio suo tot cōtrouersias hoīm dissidentiū: non de agris et domib9 uel quacūq; pecuniaria ratōne: sed de his rebus quibus aut misere uiuit aut bte.

Vbi et si uera aliqua dicebantur: eadem et f'la ꝑri9 licentia dicebant: ut nō frustra talis ciuitas misticū uocabulū babilonis accepit. Babilon qppe iterpretat cōfusio: qd nos iam dixisse memim9. Nec interest diabolo regi ei9 q̄ cōtrariis iter se rixent erroribus: quos merito multe uarieq; ipietatis piter possidet. At uero ille ppl's: gens illa: illa ciuitas: illa res publica: illi israelite qbus credita sunt eloga dei: nll'o modo pseudo ꝓphetas cū ueris prophis pari licentia cōfuderūt: sed cōcordes iter se atq; in nullo dissentientes: sacraꝝ lrāꝝ ueraces ab eis agnoscebant & tenebātur auctores. Ipsi erant eis philosophi: hoc ē amatores sapie: ipi sapiētes: ipsi theologi: ipi prophete: ipi doctores probitatis atq; pietatis. Quicūq; scd'm illos sapuit et uixit: nō scd'm homīes sed scd'm deū qui per illos locutus est sapuit et uixit. Ibi si ꝓhibitū est sacrilegiū: deus ꝓhibuit. Si dictum ē honora prēm tuū & matrē tuā: iussit deus. Si dictū est nō mechaberis: nō homicidiū facies: nō furaberis: et cetera huiusmodi nō hec ora humana sed diuia oracula fuderūt. Quidqd phi quidā iter f'la que opiati sunt ueꝝ uidere potuerūt: & laboriosis disputatōnibus persuadere moliti sunt: q mūdum istū deus fecerit: eūq; ipe prouidentissimus ammīstret: de honestate uirtutum: de amore patrie: de fide amicitie: de bonis opibus atq; oībus ad mores probos ptinentibus reb9: q̄uis nescientes ad quē finem & quo nā modo essent ista omīa referēda: ꝓpheticis hoc est diuinis uocibus: q̄uis per hoīes ī illa ciuitate populo cōmendata sunt: non argumētatōnū concertatōnibus inculcata: ut nō hominis ingenium sed dei eloqum cōtempnere formidarz: q illa cog'sceret.

Caplm .xlii.

Has sacras lrās etiā unus Ptolomeoꝝ regum egipti nosse studuit & habere. Nam post Alexandri macedonis qui etiaz magnus

cognominatꝰ est mirificētissimā minimeqꝫ diuturnā potentiam: ꝗ̄ uniuersam asiam imo pene totum orbem ꝑtim ui & armis: ꝑtim terrore subegerat: quādo īter cętera orientis regna etiā iudeam ingressus obtinuit: Eo mortuo comites eius cū regnū illud amplissimū nō pacifice inter se possessuri diuisissent: uł potiꝰ dissipassēt bellis omia uastaturi: Ptolomeos reges haberꝭ cępit egiptus: quorū primus Lagi filius multos ex iudea captiuos ī egiptū transtulit. Huic aūt succedens Ptolomeus aliꝰ qui appellatus est Philadelphus: omnes quos ille adduxerat subiugatos liberos redire ꝑmisit: insup et dona regia ī tēplū domini misit: petiuitqꝫ ab Eleazaro tunc pōtifice dari sibi scripturas: quas ꝓfecto fama audierat prędicāte diuīas: et ideo concupiuerat habere in biblioteca quam nobilissimaꝫ fecerat. Has ei cū misisset idē pontifex hebreas post etiā illę īterprętes postulauit: & dati sūt ei .lxxii. de singlis tribubus duodecim seni homines linguę utriusqꝫ doctissimi: hebreę scilicꝫ atqꝫ grecę. Quoꝝ interpretatō ut .lxx. uocetur iā obtinuit cōsuetudo. Tradiꝭ sane tam mirabilem ac stupēdū planeqꝫ diuinū ī eorū uerbis fuisse consensum: ut cū ad hoc opꝰ sepatim singli sederint: ita enim eoꝝ fidē Ptolomeo placuit explorare: ī nullo uerbo qđ idē significaret et tantūdē ualeret: et ī uerboꝝ ordine alter ab altero discreparet: sed tāquā unus esset interpręs. ita qđ omnes interpręctati sunt unū erat. qm̄ re uera spiritus erat unus in omibus. Et ideo tam mirabile dei munꝰ acceperant: ut illaꝝ scripturaꝝ non tanꝗ̄ humanarū: sed sicut erant tanꝗ̄ diuinaꝝ etiā isto mō cōmendareꝭ auctoritas: credituris qnqꝫ gentibus profutura: quod iam uidemus effectum.

¶ Capitulū .xliii.

Nam cū fuerint & alii interpręctes qui ex hebrea in grecam linguam sacra illa eloquia transtulerūt: sicut Aquila: Simachus: Theodotion: sicut etiā illa est interpretatio cuius auctor non apparet: et ob hoc sine noīe interpretis qnta editio nūcupatur: hanc tamē quę septuaginta ē tanꝗ̄ sola eēt sic recipit ęcclesia: eaqꝫ utūꝭ gręci populi christiani. quoꝝ pleriqꝫ utꝝ alia sit aliꝗ̄ ignorant. Ex hac septuaginta interpretatiōe etiaꝫ in latinā linguā īterpretatū ē quod latinę ęcclesię tenēt. ꝗ̄uis non defuerit in nr̄is tempibus presbiter Hieronimꝰ: homo doctissimꝰ et oīm triū linguaꝝ peritus: qui non ex gręco sed ex hebreo in latinū eloquiū easdem cōuertit scripturas. Sed eius tantū lrāꝝ laborem ꝗ̄uis iudei fateanꝭ eē ueracem: lxx. uero interpretes in multis errasse contendāt: tn̄ ęcclesię xp̄i tot hominū auctoritati ab Eleazaro tūc pōtifice: ad hoc tantū opus electorū neminē iudicant prefere̅dū: qa & si non in eis unus apparuisset spiritus sine dubitatōne diuinꝰ: sed inter se uerba interpretatōis suę .lxx. docti more hoīm contulissent ut qđ placuisset omibus hoc maneret: nullus eis unꝰ interpres debuit anteponi. Cū uero tantū in eis signū diuinitatis apparuit: ꝓfecto quisqs alius illaꝝ scripturaꝝ ex hebrea in quamlibet aliaꝫ linguā interpręs est uerax: aut cōgruit illis .lxx. īterpretibꝰ: aut si cōgruere non uideꝭ: altitudo ibi ꝓphetica esse credenda est. Spiritus enim q in ꝓphetis erat quādo illa dixerūt: idem ipe erat in .lxx. uiris qn̄ illa sunt interpretati. Qui ꝓfecto auc̄te diuia et aliud diceꝭ potuit: tanꝗ̄ ꝓpheta ille utrūqꝫ dixisset: qa utrūqꝫ idem sp̄us diceret: et hoc ip̄m aliter. ut si nō eadem uerba: idem tamen sensus bene intelligētibus dilucesseret. & aliqd pretermictere et aliquid addere: etiā ut hinc ostendereꝭ non humanam fuisse ī illo ope seruitutē quā uerbis debebat interpręs: sed diuinā potius potestatem quę mentē replebat & agebat interpretis. Nōnulli autē codices grecos interpretatiōis .lxx.

& ex hebreis codicibus emēdandos pu-
tarunt: nec tamē ausi sunt detrahere quod
hebrei non habebant & .lxx. posuerunt:
sed tantūmodo addiderūt que ī hebreis
inuenta apud .lxx. non erant: eaqꝫ signis
quibusdam in stellaꝝ modum factis: ad
capita eorūdem uersuū notauerunt. que
signa asteriscos uocant. Illa uero que non
habent hebrei: habent autem .lxx. siliter
ad capita uersuū iacētibus uirgulis sicut
scribunt̄ uncie signauerūt. Et multi codi-
ces greci has notas habentes usqꝫquaqꝫ
diffusi sunt: & latini. Que autem nō pre-
termissa uel addita: sed aliter dicta sunt:
siue aliū sensum faciant etiā ipm non ab-
horrentem: siue alio modo eūdem sensum
explicare monstrētur: n̄ utrisqꝫ codicib⁹
inspectis nequeunt reperiri. Si igitur ut
oportet nihil aliud intueamur ī scp̄turis
illis n̄ qd per hoīes dixerit dei spiritus:
quidqd est in hebreis codicibus & nō est
apud interpretes .lxx: noluit hoc p istos
sed p illos ꝓphas dei spūs dicer̄. quidqd
uero ē apud .lxx: in hebreis aūt codicib⁹
non est: per istos maluit q̄ per illos idem
spūs dicere: sic ostendens utrosqꝫ fuisse
ꝓphas. Isto .n. modo alia p Ysaiam: alia
per Hieremiam: alia per aliū atqꝫ alium
ꝓphetam: uł aliter eadem per hunc ac p
illū dixit ut uoluit. Quidqd porro apud
utrosqꝫ inuenit̄: per utrosqꝫ dicere uoluit
unus atqꝫ idem spūs: sed ita ut illi prece-
derent ꝓphetando: isti sequerent̄ ꝓphice
illos iterpretādo. Quia sicut in illis uera
& concordantiā dicentibus spirit⁹ pacis
unus fuit: sic et ī istis non secū cōferētib⁹
& tamē tanq̄ ore uno cuncta interpretā-
tibus: idem spiritus unus apparuit.

Sed ait aliquis. Caplm .xliiii.
Quomodo sciam qd Ionas ꝓpha
dixerit niniuitis: utrum triduū et niniue
euertet̄: an .xl. dies? Quis .n. non uideat
non potuisse utrūqꝫ tunc dici a ꝓpheta: q
miss⁹ fuerat terrere cōminatione immētis
exitii ciuitatē: cui si tertio die fuerat fu-
turus interitus: nō utiqꝫ die q̄dragesimo.
si aūt q̄adragesimo non utiqꝫ tertio? Si g̊
a me querit̄ quid Ionas hoꝝ dixerit: hoc
puto potius quod legitur ī hebreo: qua-
dragita dies et niniue subuertet̄. Septu-
aginta quippe lōge posterius iterpretati
aliud dicere potuerūt: quod tamē ad rē
ptineret: & in unū eūdemqꝫ sensum q̄uis
sub altera significatōne concurreret: am-
moneretqꝫ lectorem utraqꝫ auctoritate nō
spreta: ab historia sese attoller̄: ad ea re-
quirēda propter que sig̃ficanda historia
ipa conscripta est. Gesta sunt quippe illa
ī niniue ciuitate: sꝫ aliqd etiā sig̃ficauerūt
quod modū illius ciuitatis excedat: sicut
gestū ē qꝫ ipe ꝓpheta ī uentre ceti triduo
fuit: & tamē aliū significauit in profūdo
inferni triduo futuꝝ: qui dn̄s est omniū
ꝓphetaꝝ. Quapropter si p illā ciuitatem
recte accipitur ecclesia gentiū: ꝓphetice
figuratur euersa scilicet per penitentiā: ut
qualis fuerat iam non eēt. Hoc quoniā p
christū factū est in ecclesia gentiū: cui⁹ illa
niniue figurā gerebat: siue p .xl. dies siue
p triduū idē ipe sig̃ficatus ē xp̄s. Per .xl.
scilꝫ quia tot dies peregit cū discipulis suis
post resurrectionē suam et ascēdit ī celū:
per triduū uero qa die tertio resurrexit.
tanq̄ lectorem nihil aliud q̄ historie rerū
gestaꝝ inherere cupientem de somno ex-
citauerit .lxx. interpretes iidemqꝫ ꝓphe:
ad pscrutandū altitudinem prophetie: et
quodāmodo dixerint: in .xl. diebus ipm
quere in quo & triduū poteris inuenire.
illud in ascensione hoc in eius resurrectōe
reperies. Propter quod utroqꝫ numero
significari cōuenientissime potuit: quorū
unū per Ionam ꝓphetā: alterūqꝫ p .lxx.
interpretū ꝓphetiam: tamē unus atqꝫ idē
spūs dixit. Longitudinē fugio. ut nō hec
per multa demonstrarem: in quibus ab
hebraica ueritate putant̄ .lxx. iterpretes
discrepare: & bene intellecti inueniunt̄

esse concordes. Vnde etiam ego pro meo modulo uestigia sequēs apostolorū: quia & ipsi ex utrisq; id est ex hebreis & ex .lxx. testimonia ꝓphica posuerūt: utraq; auctoritate utēdū putaui. quoniā utraq; una atq; diuina est. Sed iam que restant ut possumus exeq̄mur. ¶ Caplm .xlv.

POsteaq̄ gens iudea cepit nō haberē ꝓphetas: ꝓculdubio deterior fcā ē. eo scilȝ tpe q̄ se sperabat īstaurato tēplo post captiuitatem que fuit in babilonia futuram eē meliorem. Sic qppe intelligebat populus ille carnalis qd̄ prenūtiatū est per Aggeū ꝓphetam dicentē. Magna erit gloria domus istius nouissime plus q̄ prime. quod de nouo testamēto dictū eē paulo supius demonstrauit: ubi ait apte xp̄m promictens: et mouebo omēs gētes: & ueniet desideratus cūctis gētib9. Quo loco .lxx. interpretes aliū sensum magis corpori q̄ capiti: hoc ē magis ecclesie q̄ x̄ couenientem prophetica auctē dixerūt. Veniēt que electa sunt dn̄i de cūctis gē‐tibus: id est homīes de quibus ip̄e Ihesus in euāgelio: multi inquit uocati: pauci ū electi. Talibus .n. electis gentiū: domus dei edificat̄ p testamentū nouū lapidib9 uiuis: lōge glōsior q̄ templū illud fuit qd̄ a rege Salomone constructū est: & post captiuitatem instauratū. Propter hoc ḡ nec ꝓphetas ex illo tēpe habuit illa gens: sed multis cladibus afflicta est ab alie‐nigenis regibus: ipisq; romanis: ne hanc Aggei ꝓphetiam in illa instauratōe tēpli opinaretur impletam. Nō multo .n. post aduenïente Alexandro subiugata est: qn̄ & si nulla facta est uastatio: qm̄ non sunt ausi ei resistere: et ideo placatū facillime subditi receperūt: non erat tamē gl̄a tāta domus illius: quāta fuit in suorū regum libera potestate. Hostias sane Alexāder immolauit in dei templo: nō ad ei9 cultuȝ uera pietate conuersus: sȝ impia uanitate cū diis eū falsis colendū putans. Deinde Ptolomeus Lagi filius: quod supra cōme‐moraui post Alexandri mortē captiuos inde i egiptū transtulit: quos ei9 successor Ptolomeus Philadelfus beniuolētissime inde dimisit. per quem factū est qd̄ paulo ante narraui: ut .lxx. iterpretū scp̄turas haberem9. Deinde cōtriti sunt bellis que in machabeorū libris explicantur. Post hec capti a rege alexandrie Ptolomeo q̄ est appellat9 Epifanes: inde ab Antiocho rege syrie multis et grauissimis malis ad idola colēda cōpulsi: tēplūq; ip̄m repletū sacrilegis supstitionibus gentiū: quod tn̄ dux eoꝝ strēnuissimus Iudas qui etiam Machabeus dictus ē Antiochi ducibus pulsis: ab illa omni idolatrie cōtamīatōe mūdauit. Non autē multo post Alchim9 quidam per ambitionem cuȝ a genere sa‐cerdotali eēt alien9: qd̄ nefas erat pōtifex factus est. Hinc iam post annos fere qn‐quaginta: in quibus eis tamen pax non fuit: q̄uis aliqua et ꝓspere gesserint: p̄m9 apud eos Aristobolus assūpto diadēate & rex et pontifex factus ē. Antea qppe ex q̄o de babilonie captiuitate ṙuersi sunt: templūq; instauratum est: non reges sed duces ul' principes habuerūt. q̄uis et qui rex est possit dici princeps a principatu impandi: & dux eo q sit ductor excitus. Sed non continuo quicūq; principes uel duces sunt: etiā reges dici possunt: quod iste Aristobolus fuit. Cui successit Alex‐ander etiam ip̄e rex et pontifex: q crude‐liter in suos regnasse traditur. Post hunc uxor ei9 Alexandra regina iudeoꝝ fuit. ex cuius deinceps tempore mala sūt eos secuta grauiora. Filii qppe hui9 Alexādre Aristobolus & Hircanus: iter se de im‐perio dimicantes: uires aduersus israeli‐ticā gentē ꝓuocauere romanas. Hircan9 nāq; ab eis contra frēm poposcit auxiliū. Tunc iaȝ roma subiugauerat affricam et greciam: lateq; etiā aliis orbis partibus imperans: tanq̄ seipam ferre non ualens:

se suaq; q̊dammō magnitudine fregerat. Peruenerat quippe ad seditōes domesticas graues: atq; inde ad bella socialia: moxq; ciuilia. Tantūq; se cōminuerat atq; cōtri-uerat: ut ei mutandus rei publicę status quo regeret̄ regib9 immineret. Pompeius ergo romani popli pręclarissim9 pnceps: iudeam cū exercitu ingressus ciuitatem capit: templum reserat: nō deuotōne sup-plicis sed iure uictoris: et ad sancta scō⁊ quo nisi summū sacerdotem non licebat intrare: nō ut uenerator s; ut pphanator accedit. Cōfirmatoq; Hircani pōtificatu: & subiugatę gēti iposito custode Anti-patro: quos tūc procuratores uocabāt: uinctū secu; Aristobolū ducit. Et ex illo die iudei etiā tributarii romanorum esse cęperūt. Postea Cassius etiā templu; ex-poliauit. Deinde post paucos ānos etia; Herodem alienigenā rege; hr̄e meruer̄t. quo regnante natus est christus. Iam eni uenerat plēitudo tpis: significata pphīco spū per os patriarchę Iacob: ubi ait. Nō deficiet princeps ex Iuda neq; dux de fę-moribus eius: donec ueniat cui repositū est: & ipe erit expectatio gentiū. Non g̊ defuit iudeo⁊ prīceps ex iudeis usq; ad istum Herodem: quem primū acceperunt alienigenam regem. Tempus ergo erat ut ueniret ille cui repositu; erat: qd̄ nouo promissū ē testamēto: ut ipe eēt expecta-tio gētiū. Fieri aūt nō posset ut expctarēt gentes eū uenturum: sicut eu; cernimus expectari ut ueniat ad faciendū iuditiū in claritate potētię: n̄ prius crederent in eū cum uenit ad patiendū iuditiū in hūi-litate patientię.

Capitlm .xlvi.

Regnante g̊ Herode in iudea: apud romāos aūt iā mutato rei publicę statu imperante Cęsare Augusto: et p eū orbe terrę pacato: natus est christ9 scd̄m precedentē pphetiam in bethleem Iudę. homo manifestus ex homīe uirgīe: deus occultus ex deo patre. Sic enim pphetapręd ixerat. Ecce uirgo in utero accipiet et pariet filium: & uocabitur nomē eius Emanuel: quod est interpretatū nobiscū deus. Qui ut se cōmendaret deum multa miracula fecit: ex quibus quędam q̄ntū ad eum prędicandū satis uisum est esse scriptura euangelica cōtinet. Quo⁊ pmū est q tā mirabiliter natus est: ultimū aūt q cum suo resuscitato corpore a mortuis ascendit ad cęlum. Iudei autem qui eum occiderūt & in eū credere noluerūt: quia oportebat eu; mori et resurgere: uastati infelici9 a romanis funditusq; a suo r̄gno ubi iam eis aliēigenę dn̄abant̄ eradicati sunt: dispersiq; per terras. Quādoquidē ubiq; non desunt: per scp̄turas suas testi-monio nobis sūt pphīas nos nō finxisse de xp̄o. Quas plurimi eo⁊ cōsiderantes: et ante passione; et maxime post eius re-surrectōnem crediderūt in eū: de quibus prędictū est. Si fuerit numerus filiorum israel sicut arena maris: reliquię saluę fient. Cęteri ũ excęcati sūt. de quib9 prędc̄tm est. Fiat mensa eo⁊ coram ipis in laqueū et in retributōnem et in scandalū. obscu-rentur oculi eo⁊ ne uideant: & dorsum eo⁊ semp incurua. Proinde cū scripturis nostris nō credūt: cōplent̄ in eis suę quas cęci legunt. Nisi quis forte dixerit illas prophetias xp̄ianos finxisse de christo: quę Sibillę nomīe uel alio⁊ pferuntur: si quę sunt quę nō ptinēt ad pplin iudeorū. Nobis quidem illę sufficiūt: quę de nr̄o⁊ inimicorum codicibus pferuntur: quos ag̊scimus propter hoc testimoniu; quod nobis inuiti phibēt: eosdem codices hn̄do atq; seruando per oīes gentes: etiā ipos esse dispersos quaq̄uersu; christi ecclesia dilatatur. Nam ppheta in psalmis quos etiā legūt de hac re premissa est ubi scp̄tū ē. Deus meus misericordia eius pręueniet me. Deus me9 demonstrauit m̄ de inimicis meis. Ne occideris eos neq̄n obliuiscant̄ legem tuā. Disperge eos & i uirtute tua

Demonstrauit ergo deus ęcclesię in eius inimicis iudeis gratiam misericordię suę. qm̄ sicut dicit ap̄ls delictū eorū salus est in gentibus. Et ideo nō eos occidit: id est non in eis perdidit ꝙ sunt iudei: quāuis deuicti et oppressi fuerint a romanis: ne obliti legez dei ad hoc de quo agim⁹ testimoniū nihil ualeret. Ideo parum fuit ut diceret ne occideris eos neq̄ obliuiscant̄ legem tuā: nisi etiā adderet disperge eos. qm̄ si cū isto testimonio scripturaꝝ in sua tantūmō terra nō ubiq; eēnt: ꝓfcto ęccl̄ia quę ubiq; est eos ꝓpẖiarū quę de christo premissę sunt testes in oīnibus gentibus habere nō posset.

¶ Capl̄m .xlvii.

Quapropter quisqs alienigena id est nō ex israel ꝓgenit⁹: nec ab illo ppl̄o in canonē sacrarū literaꝝ receptus: legitur aliquid ꝓphasse de xp̄o: si i nr̄az notitiam uenit aut uenerit: ad cumulum a nobis cōmeōrari potest: nō ꝙ necessari⁹ sit etiaz si desit: sed quia non credit̄ fuisse incōgrue et i aliis gentibus hoīes qb⁹ hoc misteriū reuelatū est: & qui hoc etiā predicere impulsi sūt: siue participes eiusdē gratię fuerint siue exptes: siue per malos angelos docti sint: quos presentē christuz quem iudei nō agnoscebant scimus fuisse cōfessos. Nec ipos iudeos existio audere contendere: neminem ptinuisse ad deum preter israelitas: ex quo propagatō israel eē cępit reprobato ei⁹ fratre maiore. Popul⁹. n. reuera qui dei ppl̄s ꝓprie diceret̄ nullus alius fuit. Homīes autem quosdā non terrena sed societate cęlesti ad ueros israelitas supnę ciues patrię ptinētes: etiā in aliis gentibus fuisse negare nō possūt. Quia si negāt facillime cōuincunt̄ de scō & mirabili uiro Iob: qui nec idigena nec proselitus id ē aduena populi israel fuit: sed ex gente ydumea genus ducens: ibi ortus ibidem mortuus. Qui diuino sic laudat̄ eloquio: ut quod ad iustitiā pietatemq; actinet etiā nullus ei homo suoꝝ

temporꝝ coequetur. Quę tp̄a eius q̄uis nō inueniamus in cronicis: colligim⁹ tamen ex libro eius quē pro sui merito isrl̄itę in auctem canonicam receperunt: tertia generatōne posteriorē fuisse ꝗ israel. Diuit⁹ autem fuisse ꝓuisū nō dubito: ut ex hoc uno sciremus etiam per alias gentes esse potuisse: q scd̄m deū uixerūt eiq; placuerunt ptinētes ad sp̄ualem hierosolimā. Quod nemini cōcessum fuisse credendum est: nisi cui diuinitus reuelatus est unus mediator dei & hoīm homo xp̄s Ihesus: qui uenturus i carne sic antiquis sanctis prenūtiabatur: q̄madmodū nobis uenisse nūtiatus est. ut una eademq; fides ꝑ ipm oīnes i dei ciuitatem: dei domū: dei templum: predestinatos perducat ad deuz. Sed quęcūq; alioꝝ ꝓphetię de dei ꝑ Ihm xp̄m gratia ꝓferuntur: possunt putari a x̄anis esse confictę. Ideo nihil est firmius ad conuincendos quoslibet alienos: si de hac re cōtenderint nostrosq; fulturos si recte sapuerint: ꝗ ut diuina predicta de xp̄o ea ꝓferant̄: quę in iudeoꝝ codicib⁹ sunt scripta. Quibus auulsis de propriis sedibus: & propter hoc testimoniū toto orbe dispersis: xp̄i usq̄q̄q; creuit ęccl̄ia.

¶ Cap. xlviii.

Hec domus dei maioris est glię: ꝗ fuerat illa pma: lignis & lapidib⁹ cęterisq; pretiosis reb⁹ metallisq; cōstructa. Non itaq; Aggei ꝓphetia i templi illius instauratōe cōpleta est. Ex quo. n. instauratū est: nunꝗ oñdit̄ tantam gl̄am habuisse q̄ntam habuit tp̄e Salomonis: imo potius ostēditur primū cessatione ꝓphię fuisse domus illius gl̄az diminutam: deinde ipius gētis cladibus tantis usq; ad ultimū excidiū quod fc̄m est a romanis: sicut ea quę supra sunt cōmemorata testant̄. Hęc autez domus ad nouū pertinens testamentum: tanto utiq; maioris est glię: quāto meliores sūt lapides uiui: quibus credentibus r̄nouatisq; construitur. Sed ideo per instaurationez

templi illius significata est: quia ipsa renouatio illius edificii significat eloquo prophetico alterum testamentum quod appellatur nouum. Quod ergo dixit deus per memoratum prophetam: & dabo pacem in loco isto: per significantem locum ille qui eo significatur est intelligendus. Vt quia illo loco instaurato signata est ecclesia que fuerat edificanda per xpm: nihil accipiatur quod dictum est dabo pacem in loco isto: nisi dabo pacem in loco quem significat locus iste. Quia quodammodo omnia significantia uidentur earum rerum quas significant sustinere personas: sicut dictum est ab apostolo petra erat christus: quoniam petra illa de qua hoc est dictum significabat utique xpm. Maior est itaque gloria domus huius noui testamenti: quam domus prioris ueteris testamenti: et tunc apparebit maior cum dedicabitur. Tunc enim ueniet desideratus cunctis gentibus: sicut legitur in hebreo. Nam primus aduentus eius nondum erat desideratus omnibus gentibus. Non enim quem debebant desiderare sciebant: in quem non crediderant. Tunc etiam secundum .lxx. interpretes: quia et ipse est propheticus sensus: uenient que electa sunt domini de cunctis gentibus. Tunc enim uere non uenient nisi electa de quibus dicit apostolus. sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ipse quippe architectus qui dixit: multi uocati pauci uero electi: non de his dixit qui uocati sic uenerunt ut de conuiuio pellerentur: sed de electis demonstraturus est edificatam domum que nullam deinceps formidabit ruinam. Nunc autem et hi quando replent ecclesias: quos tanquam in area uentilabro separabit: non apparet tanta gloria domus huius: quanta tunc apparebit quando quisquis ibi erit semper erit. ¶ Ca. xlix.

In hoc ergo maligno seculo in his diebus malis: ubi per humilitatem presentem futuram comparat ecclesia celsitudinem: et timorum stimulis: dolorum tormentis: laborum molestiis: temptationum periculis eruditur: sola spe gaudens quando sane gaudet: multi reprobi miscentur bonis: & utrique tanquam in sagenam euangelicam colliguntur: et in hoc mundo tanquam in mari utrique inclusi retibus indiscrete natant: donec perueniatur ad litus ubi mali segregentur a bonis: & in bonis tanquam in templo suo sit deus omnia in omnibus. Proinde uocem nunc agnoscimus eius implerit qui loquebatur in psalmo atque dicebat. Annunciaui et locutus sum multiplicati sunt super numerum. Hoc fit nunc ex quo primum per os precursoris sui Iohannis deinde per os proprium annunciauit: & locutus est dicens. Agite penitentiam: appropinquit enim regnum celorum. Elegit discipulos quos & apostolos nominauit: humiliter natos: inhonoratos illiteratos. ut quicquid magnum essent & facerent: ipse in eis esset & faceret. Habuit inter illos unum: quo malo utens bene: et sue passionis dispositum impleret: et ecclesie sue tollerandorum malorum preberet exemplum. Seminato quantum per eius oportebat presentiam corporalem sancto euangelio: passus est: mortuus est: resurrexit: passione ostendens quid sustinere pro ueritate: resurrectione quid sperare in eternitate debeamus: excepta altitudine sacramenti quo sanguis eius in remissionem peccatorum fusus est. Conuersatus est in terra .xl. dies cum discipulis suis: atque ipsis uidentibus ascendit in celum: & post dies .x. promissum spiritum sanctum misit patris sui: cuius aduenientis in eos qui crediderant tunc erat signum maximum: et maxime necessarium: ut unusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur. ita significans unitatem catholice ecclesie per omnes gentes futuram: ac sic linguis omnibus locuturam.

Deinde secundum illam ¶ Capitulum .l. prophetiam. Ex syon lex prodiet et uerbum domini de hierusalem: et secundum domini ipsius christi predicta: ubi post resurrectionem stupentibus eum discipulis suis aperuit sensum ut intelligerent scripturas: & dixit eis quoniam sic scriptum est: et sic oportebat xpm pati et resurgere a mortuis die tertia: et predicari in eius nomine penitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes: incipientibus

ab hierl'm. Et ubi rursus eis de aduentu
eius nouissimo regrentib9 rñdit atq; ait.
Non est uestrũ nosse tpa uel mométa que
pater posuit in sua ptãte. sed accipietis
ũtutem spũs sancti supuemẽtis i uos: &
eritis testes mihi i hierl'm: et i tota iudea
& samaria: et usq; i fines terrę. Primũ se
ab hierl'm diffudit ęcclia: et cũ3 in iudea
atq; samaria plimi credidissẽt: et in alias
gentes semiatũ est eis ãnuntiãtibus ęuã-
geliũ: quos ipe sicut lũiaria coaptauerat
uerbo: et accenderat spũ sancto. Dixerat
enĩ eis nolite timere eos q corp9 occidũt:
aĩam autem non possunt occidere. qui ut
frigidi timore nõ eẽnt: igne caritatis ar-
debant. Deniq; per ipos nõ solũ qui eum
ante passionem et post resurrectõnez suã
uiderant et audierant: uerũ etiã p9 obitũ
eoꝝ p posteros eoꝝ inter horrẽdas pse-
secutõnes et uarios cruciatus: ac funera
martiꝝ prędicatũ ẽ toto orbe ęuãgeliũ:
cõtestante dño signis et ostentis et uariis
uirtutibus: & spũs sancti muneribus: ut
~~ut~~ populi gentiũ credentes in eũ qui pro
eorũ redemptione crucifixus est: xpiano
amore uenerarent̃ sanguinẽ martiꝝ: quẽ
diabolico furore fuderunt: ipsiq; reges
quoꝝ legibus uastabat̃ ęcclesia: eius nõi
salubriter subderent̃: quod de terra cru-
deliter auferri conati sũt: et falsos deos
inciperẽt persequi: quoꝝ cã cultores dei
ueri fuerant antea persecuti.

Uidens autem ¶ Capitlm .li.
diabolus templa dęmonũ deseri:
et ad nomẽ liberãtis mediatoris currere
genus hũanum: hereticos mouit qui sub
uocabulo christiano doctrinę resisterent
xpianę: q̃si possent indifferenter sine ulla
correptõne haberi in ciuitate dei: sicut ci-
uitas cõfusiõis idifferẽter habuit phos
inter se diuersa et aduersa sentiẽtes. Qui
ergo in dei ęcclia morbidũ aliqd prauũq;
sapiũt: si correpti ut sanũ rectũq; sapiãt
resistunt contumaciter: suaq; pestifera &
mortifera dogmata emendare nolunt: s3
defensare persistũt: heretici fiũt: et foras
exeũtes hñtur i exercentib9 inimicis: etiã sic
quippiã ueris illis catholicis mẽbris xpi
malo suo prosunt. Dum enĩ3 deus utitur
et malis bene et diligentibus eum omnia
coopant̃ in bonum: inimici omẽs ęcclesię
quolibet errore cęcent̃ ul' malitia depra-
uent̃: si accipiũt ptãtẽ corpalr̃ affligẽdi:
exercent ei9 patientiã: si tantũmodo male
sentiẽdo aduersantur: exercẽt ei9 sapiã3.
Ut autem etiam inimici diligant̃: excẽt
eius beniuolentiã: aut etiã beneficentiam:
siue suasibili doctrina cũ eis agatur: siue
terribili disciplina. Ac per hoc diabolus
princeps impię ciuitatis: aduersus pegri-
nantem in hoc mũdo ciuitatem dei uasa
propria cõmouendo: nihil ei nocere per-
mittitur: cui pculdubio et rebus psperis
cõsolatio ut nõ frangat̃ aduersis: excitatõ
ut non corrũpatur psperis: per diuinam
prouidentiã pcuratur. atq; ita temperat̃
utrunq; ab alterutro: ut in psalmo illam
uocem nõ aliũde cognoscamus exortam:
scd'm multitudinem doloꝝ meoꝝ i corde
meo: cõsolationes tuę iocũdauerũt aĩam
meam. Hinc est et illd' apli: spe gaudẽtes:
in tribulatione patientes. Nam & id qd'
ait ide3 doctor quicunq; uolũt pie uiuere
in xp̃o psecutionem patiũtur: nullis pu-
tandu3 est deesse posse tempibus. quia &
cum ab eis qui foris sunt non seuiẽtibus
uidet̃ eẽ tranqllitas: et reuera est: plimũq;
consolationis affert infirmis maxime. nõ
tamẽ desunt imo multi sũt intus: q corda
pie uiuentiũ suis pditis moribus cruciãt:
qm̃ per eos blasphematur xpianũ et ca-
tholicũ nomen. Quod quanto est carius
eis qui uolũt pie uiuere in christo: tanto
magis dolent q p malos itus positos fit:
ut minus q̃ pioꝝ mẽtes desiderãt diligat̃.
Ipsi quoq; heretici cũ xpianũ cogitantur
habere nomen & sacramenta xpiana: &
scpturas et professionem: magnũ dolorẽ

faciunt in cordibus pioꝝ: quia & multi uolētes esse xp̄iani ꝓpter eoꝝ dissensiōes hesitare cogunt̄: et multi maledici etiā in his inueniūt materiā blasphemādi xp̄ianū nomē: qa et ipi q̄quomō x̄ani appellant̄. His atq; hui⁹modi prauis moribus & erroribus hoīm: psecutōnem patiūtur qui uolūt in christo pie uiuere: etiā nullo infestante neq; uexante corpus illorum. Patiūtur q̄ppe hanc persecutōnem nō in corpibus sed i cordibus. Vnde illa uox est. scd̄m multitudinem dolorū meorū in corde meo. Non. n. ait in corpe meo. Sed rursus qm̄ cogitātur immutabilia diuia promissa & quod ait apostol⁹ nouit dn̄s qui sunt ei⁹. q̄s enī p̄sciuit et predestiauit cōformes fieri imaginis filii sui: ex eis nullus perire potest. ideo sequitur in illo psalmo: cōsolatōes tuę iocūdauerūt aīaȝ meam. Dolor aūt ipe qui fit in cordibus pioꝝ: quos persecūtur mores xp̄ianorū maloꝝ: siue falsorum: ꝓdest dolentibus: q̄niā de caritate descendit qua eos perire nolūt: nec impedire salutē alioꝝ. Deniq; magnę cōsolatōnes fiūt: etiā de correctionib⁹ eoꝝ: qui pioꝝ aīas tanta iocūditate perfūdunt: q̄ntis de sua pditōe dolorib⁹ cruciauerāt. Sic in hoc sc̄lo i his diebus malis: nō solum a tpe corpalis presentię xp̄i et apostolorū eius: sed ab ipso Abel quem p̄mū iustuȝ impius frater occidit: et deinceps usq; ad huius seculi finē: iter persecutōnes mundi et consolationes dei peregrinādo ꝓcurrit ęcclia. ¶ Ca. .lii.

PRoinde nec illū q̄deȝ temere puto esse dicendū siue credendum: quod nōnullis uisum est ul' uidet̄: non amplius ęcclesiam suam passuram psecutōnes usq; ad tempus Antichristi: q̄ q̄ iaȝ passa est: id ē decē: et undecia eadēq; sit ab Antix̄ nouissia. Primā q̄ppe cōputāt a Nerone: Secūdā a Domitiano: Tertiā a Traiano: Quartaȝ ab Antonino: Quītā a Seuero: Sextam a Maximino: Septimā a Decio: Octauā a Valeriāo: Nonā ab Aureliano: Decimā a Diocletiano et Maximiāo. Plagas. n. egiptioꝝ: qm̄ decē fuerūt ātē q̄ inde exire inciperet popl's dei: putant ad hunc intellectū eē referēdas: ut nouissia Antichristi psecutio similis uideat̄ undecimę plagę: qua egiptii dum hostiliter p̄sequerent̄ hebreos: in mari rubro poplo dei per siccū transeūte perierūt. Sed ego illa re gesta in egipto istas persecutōnes prophetice significatas esse nō arbitror: q̄uis ab eis qui hoc putant exquisite & ingeniose illa singula his singulis cōpata uideant̄: nō ꝓphetico spū sed coniectura mentis humanę: qua aliquādo ad ueruȝ peruenitur: aliqn̄ fallitur. Quid. n. q̄ hoc sentiūt dicturi sunt de psecutiōe qua ipse dn̄s crucifixus est? In quo eam numero posituri? Si autē hac excepta existimant cōputandū: tanq̄ illę numerandę sint quę ad corpus ptinent: nō qua ipm caput est appetitū et occisū: quid agent de illa quę posteaq̄m xp̄us ascendit in celum hierosolimis facta est: ubi beatus Stephanus lapidatus ē: ubi Iacobus frater Iohānis gladio trucidat⁹ est: ubi ap̄l's Petrus ut occideret̄ inclusus est: et per angelū liberat⁹: ubi fugati atq; dispersi de hierosolimis fratres: ubi Saulus q̄ postea Paulus apostolus factus est uastabat ęcclesiam: ubi ipe quoq; iaȝ fidem quā psequębatur ęuangelizans: qualia faciebat est passus: siue per iudeā siue p alias gentes: q̄cunq; christū feruentissime prędicabat? Cur ḡ eis a Nerone uidetur ordiendū: cum ad Neronis tpa iter atrocissimas psecutiōes de q̄bus nimis ē longū cūcta dicer̄: ęcclesia crescēdo puenerit? Quod si a regibus fcās psecutōes i numero existimāt eē debet̄: rex fuit Herodes q̄ etiā post ascensū dn̄i grauissimam fecit. Deinde q̄d rn̄dent etiā de Iuliano: quē nō numerāt in decē? An ipe nō est ęcclesiaȝ psecutus: q̄ x̄anos liberales literas docere ac discere uetuit:

sub quo Valentinianus maior q post eũ
terciꝰ imperator fuit: fidei xp̃ianę cõfessor
extitit: militiaq; priuatus est. Vt omictam
quę apud anthiochiam facere ceperat: nisi
unius fidelissimi et cõstantissimi iuuenis:
qui cũ multis apprehensis ut torquerent
per totũ diem primus ẽ tortus: inter ungu-
las cruciatusq; psallentis: libertatem atq;
hilaritatẽ miratꝰ exhorruisset: et in ceteris
deformius erubescere timuisset. Postremo
nr̃a memoria Valẽs supradicti Valẽtiniani
frater arrianus: nonne magna psecutione
per orientis partes catholicam uastauit
ecclesiam. Quale est autem nõ cõsiderare
ecclesiam per totũ mũdũ fructificantem
atq; crescentem. posse in aliqbus gentibꝰ
psecutõnem pati a regibus: et qñ in aliis
nõ patit. Nisi forte nõ est persecutio cõ-
putãda: quãdo rex gothoꝶ in ipa gothia
persecutus ẽ xp̃ianos crudelitate mirabili:
cũ ibi nõ essent nisi catholici: quoꝶ plimi
martirio coronati sunt: sicut a qbusdam
fratribus qui tũc illic pueri fuerant: et se
ista uidisse incunctanter recordabantur
audiuimus. Quid modo in pside. Nõne
ita in xp̃ianos ferbuit persecutio: si tñ iã
quieuit: ut fugiẽtes inde nõnulli usq; ad
romana opida peruenerint. Hęc atq; huiꝰ-
modi mihi cogitanti nõ uidet̃ eẽ diffiniẽdꝰ
numerus persecutõnum: quibus exerceri
oportet ecclesiam. Sed rursus affirmare
aliquas futuras a regibus pręter illã no-
uissimam de qua nullus ambigit xp̃ianus:
non minoris est temeritatis. Itaq; hoc in
medio relinquamꝰ: neutram partẽ qõnis
huius astruentes siue destruẽtes: sʒ tãmmõ
ab affirmãdi quodlibet horum audaceʒ
pręsũptionem reuocãtes. Illam sane no-
uissimã persecutõnem quę ab Antichristo
futura ẽ: pręsentia sua extiguet ipe Ihus.
Sic enim scriptũ est ꝙ eum interficiet spũ
oris sui: et euacuabit illũiatiõe pręsentię
suę. Hic queri solet quãdo istud erit: im-
portune oĩo. Si. n. hoc nobis nosse pdeẽt:

a quo melius q̃ ab ipso deo magistro in-
terrogantibus discipulis diceret. Non
eni siluerũt inde apud eũ: sed a pręsente
quęsierũt dicentes. Dñe si hoc tpe repre-
sentabis regnũ israel. At ille non est inqt
ur̃m nosse tpa: quę pr̃ i sua posuit ptãte.
Non utiq; illi de hora: ul' die: uel anno: sʒ
de tpe interrogauerũt: quãdo illud acce-
pere responsum. Frustra igitur ãnos qui
huic sec̃ulo remanẽt cõputare ac diffinire
conamur: cũ hoc scire nõ esse nr̃m ex ore
ueritatis audiamus. Quos tamen alii q̃-
dringentos: alii qngentos: alii etiã mille:
ab ascensiõe domini usq; ad eius ultimuʒ
aduentũ cõpleri posse dixerunt. Quẽad-
modũ aũt quisq; eoꝶ astruat opinionem
suaʒ: longũ est demr̃are: et nõ necessariũ.

Coniecturis qppe ¶ Cap. liiii.
utitur hũanis: non ab eis aliquid
certũ de auctẽe scpturę canonicę pfertur.
Omniũ uero de hac re calculãtiũ digitos
resoluit: et quiescere iubet ille q dicit. Nõ
est uestrũ scire tpa quę pater in sua posuit
ptãte. Sed hęc qa euãglica sñia ẽ: mirũ ẽ
non ea repressos fuisse deorũ multorum
falsorũq; cultores: quo minꝰ fingerent de-
monũ responsis q̃s tanq̃ deos colũt: defi-
nitũ esse q̃to tpe mãsura eẽt religio xp̃ana.
Cũ. n. uiderẽt nec tot tantisq; psecutõibꝰ
eam potuisse consumi: sed his potiꝰ incre-
menta mira sũpsisse: excogitauerũt nescio
quos uersus gręcos: tanq̃ cõsulenti cuidã
diuino oraculo effusos. Vbi xp̃m quideʒ
ab huius tanq̃ sacrilegii crimine faciunt
innocentem: Petrũ autem malefitia fecisse
subiũgunt: ut coleretur xp̃i nomen p tre-
centos sexagintaquinq; annos. Deinde
completo memorato numero annoꝶ: sine
mora sumeret finẽ. O hoĩm corda docto-
ruʒ: o ingenia literata: digna credere ista
de christo: qui credere nõ uultis in xp̃m:
ꝙ eius discipulus Petrus ab eo magicas
artes nõ didicerit: sed ab ipso innocente
tñ eius discipulus maleficꝰ fuerit: nomẽq;

illius q̄ suum coli maluerit magicis suis artibus: magnis laborib9 et periclis suis: postremo etiam effusione sanguinis sui? Si Petrus maleficus fecit ut christum sic diligeret mũdus: quid fecit innocẽs xp̄s ut eũ sic diligeret Petrus? Respondeant igitur sibiipsi et si possunt intelligant: illa supna gratia factum esse: ut propter eternam uitam christũ diligeret mũdus: qua gratia factum est ut propter eternã uitã ab illo accipiendam: et usq; ad temparia; mortem pro illo patiendã xp̄m diligeret Petrus. Deinde isti dii qui sunt: qui possũt ista predicere: nec possũt auertere ita succumbentes uni malefico et uni sceleri magico quo puer ut dicunt ãniculus occisus: & dilaniat9 et ritu nefario sepult9 est: ut sectam sibi aduersariam taz plixo tempore conualescere: tot tantarũq; persecutionum horrendas crudelitates non resistendo sed patiendo supare: & ad suorum simulacroz: templorũ: sacrorum: oraculorũ: euersionẽ puenire pmitterẽt? Quis postremo est deus: non noster utiq; sed ipsorum: qui uel illectus tanto scelere uel impulsus est ista prestare? Non enim alicui demoni hoc ascribitur: sed dicunt illi uersus: hec Petruz arte magica diffinisse. Talem deum habent: qui christum non habent.

Capitlm .liiii.

Hec atq; huiusmõi multa colligerẽ: si nondũ ãnus iste transisset quem diuinatio ficta pmisit: & decepta uanitas credidit. Cum uero ex quo nomis christi cultus per eius in carne presentiã: et per apostolos institutus est: ante aliqt annos ãni trecenti sexagintaq; cõpleti sint: qd aliud querim9 ũde ista falsitas refellat? Vt eniz in christi natiuitate huius rei nõ ponam9 initiũ: quia infans et puer discipulos non habebat, tamen quãdo habere cepit: proculdubio tunc innotuit per ei9 presentiam corporalem doctrina et religio xana: id est posteaq̄ in fluuio iordãe misterio Iohannis est baptizat9. Propter hoc enĩ de illo prophetia illa precesserat: dominabitur a mari usq; ad mare: et a flumie usq; ad termios orbis terre. Sed quoniã priusq̄ eẽt passus et resurrexisset a mortuis: nondum fides oĩbus fuerat definita, in resurrectione qppe christi definita est. Nã sic apostolus Paulus atheniensib9 loquitur dicẽs. Iam nũc ãnũtiat hominibus omẽs ubiq; agere penitentiã: eo q statuit diem iudicare orbem in eqtate in uiro quo diffiniuit fidem omnib9: resuscitans illum a mortuis: melius i hac questione soluenda inde initium sumim9: presertim quia tunc etiam datus spirit9 est sanctus: sicut eũ dari post resurrectionem christi oportebat in ea ciuitate ex qua debuit incipere lex secunda: hoc est testamentũ nouũ. Prima enim data fuit lex in monte syna per Moysen: qđ testamentum uocatur uetus. De hac autẽ que per christum danda erat predictum est. Ex syon lex prodiet: et uerbum domini ex hierusalẽ. Vnde et ipse p omẽs gentes dixit predicari oportere in nomine suo penitentiam: sed tamen incipientibus ab hierusalem. Ibi g̊ exortus est hui9 nomis cultus: ut in Ihesum christũ qui crucifix9 fuerat & resurrexerat crederet̃. Vbi hec fides tam insignibus initiis icanduit: ut aliquot hominũ milia in christi nomine mirabili alacritate cõuersa: uenditis suis rebus ut egenis distribuerent̃: pposito sancto et ardentissima caritate ad paupertatem uoluntariam puenirent: atq; inter frementes & sanguinem sitientes iudeos se usq; ad mortez pro ueritate certare nõ armata potẽtia: sed potentiore patientia prepararẽt. Hoc si nullis magicis artib9 factum est: cur credere dubitant eadem uirtute diuina per totum munduz idem fieri potuisse qua hic factũ est? Si autem ut in hierosolimis sic ad cultum hui9 nominis christi accenderet̃ tanta hominum

multitudo: quę illum in cruce uel fixerat comprehensum: uel riserat fixū: iam malefitiū illud fecerat Petrus: ex ipso anno querendum est: quando trecentisexagintaquinq; completi sūt. Mortuus est ergo xp̄us duob9 geminis consulibus: viii. Kl's Aprilis. Resurrexit tertio die: sicut apli sui etiam sensibus probauerunt. Deinde post. xl. dies ascendit in cęlum: post decē dies id est quinquagesimo die post suam resurrectionem: misit spiritum sanctum. Tunc tria milia hominū apostolis eum prędicantibus crediderunt. Tunc itaq; nominis illius cultus exortus est: sicut nos credimus et ueritas habet: efficatia spūs sancti. Sicut autem finxit uanitas impia uel putauit magicis artib9 Petri. Paulo post etiam signo mirabili facto: quādo ad uerbum ipsius Petri quidaz mendicus ab utero matris ita claud9 ut ab aliis portaretur: et ad portam templi ubi stipem peteret poneretur: in nomie Ihesu christi saluus exiliit: quinq; milia hominū crediderūt. Ac deinde aliis atq; aliis accessibus credentium creuit ęcclesia. Ac per hoc colligitur etiam dies ex quo ann9 ipe sumpsit initium: scilicet quādo missus est spiritus sanctus: id est per ydus mayas. Numeratis deinde cōsulibus: ccclxv. āni reperiuntur impleti per easdē ydus mayas: cōsulatu Honorii et Eutitiani. Porro sequenti anno cum sotium accepisset Honorius consulem Mallium Theodorum: quando iam secundum illud oraculū dęmonum aut figmentum hominum nulla debuit eē religio christiana: quid p alias terrarum partes forsitan factum sit: non fuit necesse perquirere. Interim qd scim9 in ciuitate notissima & eminentissima carthagine affricę: Gaudentius & Iouius comites impatoris Honorii quartodecio Kalendas Aplis falsorum deorū templa euerterunt: et simulacra fregerunt. Ex q usq; ad hoc tempus per. xxx. fere ānos: quis non uideat quantuz creuerit cultus nominis christi: prefertim posteaq̄ multi eorū christiani sunt facti: qui tanq̄m illa uera diuiatione reuocabantur a fide: eāq; completo eodem annoruz numero inanē irridendamq; uiderunt. Nos igitur qui sumus uocamurq; christiani: nō in Petrū credimus sz in quē credidit Petrus: Petri de christo ędificati sermonibus: non carminibus ueneficis: nec decepti malefitiis: sz benefitiis ei9 adiuti. Ille Petri magister xp̄s i doctrina quę ad uitā ducit ęternaz ipe est magr̄ noster. Sed aliquando iam claudamus hunc librū: hucusq; disserentes et quantū satis uisuz ē demōstrantes: quis naz sit duarū ciuitatum cęlestis atq; terrnę ab initio usq; ad finez permixtaꝝ mortalis excursus: quarum illa quę terrena ē fecit sibi quos uoluit: ul' undecūq; uel etiam ex hominibus deos falsos: quib9 sacrificando seruiret. Illa autem cęlestis quę peregrinatur in terra: falsos deos nō facit: sed a uero deo ipa fit: cuius uerum sacrifitium ipa sit. Ambę tamen tpalibus uel bonis utūtur pariter: uel malis piter affliguntur: diuersa fide: diuersa spe: diuerso amore: donec ultio iuditio sepenr̄: et percipiat unaqueq; suum finem cuius nullus est finis. De quibus ambaꝝ finib9 deinceps disserendum est.

QVoniam de ciuitatis utriusq; terrenę scilz & cęlestis debitis finibus deinceps mihi uideo disputanduz: prius exponenda sūt quanta operis huius terminandi ratio patitur argumēta mortalium: qbus sibiipsi beatitudinem facere in huius uitę infęlicitate moliti sunt: ut ab eoꝝ uanis reb9 spes nostra quid differat quā deus nobis dedit & res ipsa hoc est uera beatitudo

quam dabit: non tantum auctoritate di-
uina sed ī dubitata etiam ratione: qualem
propter īfideles possumus adhibere cla-
rescat. De finibus eniꝫ malorū et bonoꝝ
multa & multipliciter īter se philosophi
disputarunt. Quam questionem maxima
intentione uersantes: conati sunt inuēire
quid effitiat hominem beatū. Illud enim
est finis boni nostri propter quod appe-
tenda sunt cetera: ipsum autem propter
seipsum. Et illud finis mali propter quod
uitanda sunt cetera: ipsum autem ꝓpter
seipsum. Finem ergo boni nunc dicimus:
non quo consumatur ut non sit: sed quo
perficitur ut plenum sit: & finem mali nō
quo esse desinat. sed quousqꝫ nocendo per-
ducat. Fines itaqꝫ isti sunt: summū bonū:
et summū malum. de quibus inueniendis
atqꝫ ita ī hac uita summo bono adipiscē-
do: uitando autem summo malo: multuꝫ
sicut dixi laborauerunt qui studiū sapię
in huius sęculi uanitate professi sunt. nec
tamen eos q̄uis diuersis errantes modis:
naturę limes intantū ab itinere ueritatis
deuiare permisit: ut non alii in aīmo: alii
in corpore: alii in utroqꝫ fines bonorum
ponerent et malorum. Ex qua tripertita
uelut generalium distributione sectaruꝫ:
Marcus Varro in libro de philosophia
tam multam dogmatum uarietatem di-
ligenter et subtiliter scrutatus aduertit:
ut ad ducentas octoginta & octo sectas
non quę iam essent: sed quę esse possent:
adhibens quasdam differētias facillime
perueniret. Quod ut breuiter ostendam
inde oportet incipiam: qđ ipse aduertit
et posuit in libro memorato: quatuor esse
quędam quę hoīes sine magistro: sine ullo
doctrinę adminiculo: sine īdustria uel arte
uiuendi quę uirtus dicitur et ꝓcul dubio
discitur: uelut naturaliter appetunt. aut
uoluptatem qua delectabiliter mouetur
corporis sensus: aut qeteꝫ qua fit ut nul-
lam molestiam corporis quisqꝫ patiatur:
aut utranqꝫ quaꝫ tamen uno nomine uo-
luptatis Epicurꝰ appellat: aut uniuersa-
liter prima naturę in quibus et hęc sunt
& alia: uel in corpore ut membroruꝫ in-
tegritas: & salus atqꝫ incolumitas eius:
uel in animo ut sunt ea quę uel parua uel
magna in hominū reperiuntur ingeniis.
Hęc igit̄ quatuor id est uoluptas: quies:
utrūqꝫ: prima naturę: ita sūt in nobis ut
uel uirtus quam postea doctrina inserit:
propter hęc appetēda sit: aut ista ꝓpter
uirtutem: aut utraqꝫ propter seipsam. Ac
per hoc fiūt hinc duodeciꝫ sectę. Per hāc
enim rationem triplicantur singulę: quod
cum in una demonstrauero: difficile non
erit in ceteris id inuenire. Cum ergo uo-
luptas corporis animi uirtuti aut sbdit̄:
aut prefertur: aut iungitur: triptita ua-
riatur diuersitate sectarum. Subdit̄ aūt
uirtuti quādo in usū uirtutis assumitur.
Pertinet quippe ad uirtutis offitium: &
uiuere patrię: et propter patriam: filios
procreare: quorum neutrum fieri potest
sine corporis uoluptate. Nam sine illa nec
cibus nec potus sumitur ut uiuatur: nec
concūbitur ut generatio propaget̄. Cum
uero prefertur uirtuti ipa appetit̄ ꝓpter
seipsam: uirtus autem assumenda credit̄
propter illam: id est ut nihil uirtus agat
nisi ad consequendam uel conseruandaꝫ
corporis uoluptatē: quę uita deformis
est. Quippe ubi uirtus seruit dominę uo-
luptati: q̄uis nullo modo hęc dicenda sit
uirtus. Sed tamen etiam ista horribilis
turpitudo habuit quosdam philosophos
p̄ronos & defensores suos. Virtuti por-
ro uoluptas iungitur: quādo eoꝝ neutra
propter alteram: sed propter seipas ābę
appetuntur. Quapropter sicut uoluptas
uel subdita uel prelata ul' iuncta uirtuti:
tres sectas facit: ita quies: ita utraqꝫ: ita
prima naturę: alias ternas inueniuntur
efficere. Pro uarietate quippe humanaꝝ
opinionum uirtuti aliquando subdūtur:

aliquando preferuntur: aliquando iun-
guntur: ac sic ad duodenarium sectaruʒ
numerum peruenitur. Sed iste quoqꝫ nu-
merus duplicat̃: adhibita una differẽtia
solius uidelicet uitę: q̃niam quisqs sectat̃
aliquam istaꝝ duodecim sectaꝝ: ꝓfecto
aut propter se tantum id agit: aut etiam
propter sotium cui debet hoc uelle quod
sibi. Quocirca duodecim sunt eorum qui
propter se tantũmodo unãquanqꝫ tenẽ-
dam putant: & alię duodecim eoruʒ qui
nõ solum propter se si quid uelint philo-
sophandum eẽ decernunt: sed etiã ꝓpter
alios quorum bonum appetũt sicut suũ.
Hę autem sectę. xxiiii. iterũ geminantur:
addita differẽtia ex achademicis nouis.
et fiunt. xlviii. Illaꝝ quippe. xxiiii. unã-
quanqꝫ sectarum potest quisqꝫ sic tenere
ac defendere ut certam: q̃admodũ stoici
defenderunt: ꝙ hominis bonũ quo beat9
esset in animi tñmodo uirtute cõsisteret.
Potest alius ut incertam: quẽadmodum
defenderunt achademici noui: qđ eis et si
non certum tamen uerisimile uidebatur.
Vigintiquatuor ergo fiunt ꝑ eos qui ue-
lut eas certas propter ueritatem: & alię
uigintiquatuor per eos qui easdem uelut
incertas propter ueri similitudinẽ sequẽ-
das putant. Rursus qa unãquanqꝫ istaꝝ
quadragintaocto sectarum potest quisqꝫ
sequi: habitu ceterorum philosophorum.
Itemqꝫ alius potest habitu cynicorũ. ex
hac etiam differentia duplicantur et no-
nagintasex fiunt. Deinde qa eaꝝ singłas
quasqꝫ intueri hoies possunt atqꝫ sectari:
ut aut otiosam diligant uitam: sicut hi q
tantũmodo studiis doctrinę uacare uo-
luerunt atqꝫ ualuerunt: aut negotiosam
sicut hi qui cum philosopharentur: tamen
amministratiõe reipublicę regẽdisqꝫ reb9
humanis occupatissimi fuerunt: aut ex
utroqꝫ genere temperataʒ: sicut hi q ꝑtim
erudito otio: partim necessario negotio:
alternantia uitę suę tempora tribuerunt.

Propter has differentias potest etiam
triplicari numerus iste sectarum: & ad
ducentas octogintaocto perduci. Hęc de
Varronis libro quãtum potui breuiter
ac dilucide posui: sententias eius meis
uerbis explicãs. Quomodo autẽ refuta-
tis ceteris unã eligat: quã uult esse acha-
demicorum ueterum: quos a Platone in-
stitutos usqꝫ ad Polemonem: qui ab illo
quartus eius scolã tenuit quę achademia
est dicta: habuisse certa dogmata uult ui-
deri: et ob hoc distiguit ab achademicis
nouis quibus incerta sunt omnia: quod
philosophię genus ab Archesilao cępit
successore Polemonis: eamqꝫ sectam id ẽ
ueterum achademicorũ sicut dubitatiõe:
ita omni errore carere arbitret̃. Lõgum
est per omnia demonstrare: nec tamen ex
omni parte res omictenda est. Remouet
igitur prius omnes illas differẽtias: quę
numeruʒ multiplicauere sectarũ: q̃s ideo
remouendas putat: quia nõ in eis ẽ finis
boni. Neqꝫ enim existimat ullaʒ philoso-
phię sectam esse dicendam: quę non in eo
distet a ceteris ꝙ diuersos habeat fines
bonorum et malorum. quando quidem
nulla est homini causa philosophandi: ñ
ut beatus sit. Quod autem beatum facit:
ipse est boni finis. Nulla est igitur causa
philosophãdi: nisi finis boni. Quãobrem
quę nullum boni finem sectat̃: nulla phię
secta dicenda est. Cum ergo queritur de
sotiali uita utrum tenenda sit sapienti: ut
summuʒ bonum quo fit homo beatus ita
uelit et curet amici sui q̃admodum suuʒ:
an suę tantũmodo beatitudinis causa fa-
tiat quidqđ facit: non de ipso sũmo bono
quęstio est: sed de assumendo uel nõ assu-
sumendo sotio ad huius participatiõnem
boni: non propter seipsum sed propter
eundem sotiuʒ: ut eius bono ita gaudeat
sicut suo gaudet. Item cũ queritr̃ de acha-
demicis nouis: qbus incerta sũt oĩa: utꝝ
ita sint res habendę in quibus ph̃andum

est: an sicut aliis philosophis placuit c̃tas eas habere debeamus: nõ queritur quid in fine boni sectandum sit: sed de ipsius boni ueritate quod uidetur sectandum: utrum sit nec ne dubitandũ. hoc est ut id planius eloquar: utrum ita sectandu; sit: ut qui sectatur dicat eẽ uerum: an ita ut qui sectatur dicat uerum sibi uideri: etiã si forte sit falsum: tamen uterq; sectetur unũ atq; idem bonũ. In illa eni differẽtia que adhibetur ex habitu et consuetudine cynicoꝝ: non queritur quis nam sit boni finis: sed utrum in illo habitu et cõsuetudine sit uiuendum ei qui uerum sectatur bonum: quodlibet ei uerum esse uideatur atq; sectandum. Deniq; sunt qui cum bona finalia sequerentur: alii uirtutem: alii uoluptatem: eundem tamen habitum & consuetudinem tenebant. ex quo cynici appellabantur. Ita illud quidqd ẽ unde philosophi cynici discernũtur a ceteris: ad eligendum ac tenendum bonum quo beati fierent: utiq; nil ualebat. Nam si ad hoc aliqd interesset: ꝑfecto ide; habitus eundem finem sequi cogeret: & diuersus habitus eundem sequi finem nõ sineret.

In tribus ¶ Caplm .ii.

In quoq; illis uite generibus: uno scilicet non segniter sed in contẽplatione uel inqsitõne ueritatis ocioso: altero in gerẽdis rebus hũanis negocioso: tertio ex utroq; genere temperato: cum queritur quid sit horum potius eligendum: non finis boni habet controuersiam: sed quid horũ triũ difficultatem uel facilitate; afferat ad cõsequendum uel retinendum finem boni: id in ista questione uersatur. Finis enim boni cum ad eũ quisq; peruenerit: ꝓtin9 facit beatum. In ocio autem literato ul' in negocio publico: ul' quãdo utrunq; uicib9 agit̃: non continuo qsq; beat9 est. Multi quippe in quolibet horum trium uiuere possunt: et in appetendo boni finem quo sit homo beat9 errare. Alia est igr̃ questio de finibus maloꝝ et bonorum: que unãquanq; philosophorum sectam facit: & alie sũt qõnes de sociali uita: de cũctatõe achademicoru;: & de uictu et uestitu cynicoru;: de tribus uite generibus: ocioso: actuoso: ex utroq; modificato. Quorum nulla est in qua de bonorum et malorum finibus disputat̃. Proinde qñiam Marc9 Varro has q̃tuor adhibens differẽtias: id est ex uita sociali: ex achademicis nouis: ex cynicis: ex isto uite genere tripartito: ad sectas ducẽtas octogitaocto ꝑueñit. & si que alie possũt similiter adici: remotis eis omnibus qm̃ de sectando summo bono nullam inferunt questione;: et ideo secte non sunt nec uocande sunt: ad illas duodecim ĩ qbus queritur quid sit bonũ hominis: quo assecuto fit beat9: ut ex eis unam ueram ceteras falsas ostendat esse reuertitur. Nam remoto illo tripartito genere uite: due partes hui9 numeri detrahunt̃: et secte nonagintasex remanẽt. Remota uero differentia ex cynicis addita: ad dimidium redigũtur et quadragintaocto fiunt. Auferamus etiam quod ex achademicis nouis adhibitũ est: rurs9 dimidia pars r̃manet: id ẽ uigintiq̃tuor. De sociali quoq; uita qd̃ accesserat siliter auferatur: & duodecim sũt relique quas ista differentia ut uigintiquatuor fierẽt duplicauerat. De his ergo duodeci; nihil dici potest cur secte non sunt habende. Nihil quippe aliud ĩ eis queritur: q̃ finis bonorum & malorum. Inuentis autem bonorum finibus: ꝑfecto econtrario sũt malorum. Hec aũt ut ita fiant duodecim secte: illa quatuor triplicãtur: uoluptas: quies: utrunq;: et prima nature: que primigenia Varro uocat. Hec qppe q̃tuor dum singillatim uirtuti aliquando subdũtur: ut non propter seipsa sed propter uirtutis offitium appetenda uideantur: aliqñ preferunt̃: ut non ꝑpter seipsa sed propter hec adipiscenda uel conseruãda

necessaria uirtus putetur: aliquãdo iun-
guntur: ut propter seipsa et uirtus et ipa
appetenda credãtur: quaternarium nu-
merum triplũ reddunt: et ad duodecim
sectas perueniunt. Ex illis autem q̃tuor
rebus tres Varro tollit: uoluptatem scil;
et quietem & utrũq;. nõ ꝙ eas improbet:
sed ꝙ primigẽia illa naturę et uoluptatẽ
in se habeant et quietem. Quid ergo op⁹
est ex his duabus quedã tria facere: duo
scilicet dũ singillatim appetunt̃ uoluptas
aut qes: et tertium cum ambę simul: q̃n-
doqdem prima naturę: et ipsas et pręter
ipsas alia multa contineant? De tribus
ergo sectis ei placet diligẽter esse tractã-
dum: quę nam sit potius eligenda. Non
enim ueram plusq̃m unam uera ratio esse
permictit: siue ĩ his tribus sit siue alicubi
alibi: quod post uidebimus. Interim de
his tribus quomodo una; Varro eligat:
quantis breuiter aperteq; possumus dis-
seramus. Istę nanq; tres sectę ita fiunt: cũ
uel prima naturę propter uirtutem: uel
uirtus propter prima naturę: uel utraq;
id est uirtus et prima naturę ꝓpter seipa
sunt expetenda. ¶ Capitulũ .iii.

QVid ergo istorum triũ sit ueru;
atq; sectandũ: isto modo ꝑsuadere
conatur. Primum quia summũ bonu; in
philosophia non arboris: nõ pecoris: non
dei sed hoĩs queritur: quid sit ipse homo
querendum putat. Sentit quippe in eius
natura duo esse quędam: corpus et aĩam.
Et horum quidem duũ melius esse aĩam:
longeq; pręstabilius omĩno nõ dubitat.
Sed utrum anima sola sit homo: ut ita sit
ei corpus tanq̃ equus equiti: querendum
putat. Eques enim non homo et equus: s;
solus homo est. ideo tamen eques dicitur:
ꝙ aliquo modo se habeat ad equum. An
corpus solũ sit homo: aliquo modo se ha-
bens ad aĩam: sicut poculum ad potionẽ.
Non enim calix & potio quam continet
calix simul dicitur poculũ: sed calix sol⁹:
ideo tamen ꝙ potioni continendę sit ac-
cõmodatus. An uero nec anima sola: nec
solum corpus: sed simul utrũq; sit homo:
cuius sit pars una siue anima siue corp⁹:
ille autẽ totus ex utroq; constet ut homo
sit. sicut iunctos duos eq̃s bigas uocam⁹:
quorum siue dexter siue sinister pars sit
bigarum: unũ uero eorum quoquomodo
se habeat ad alterum bigas nõ dicimus:
sed ambos siml'. Horum autem triũ: hoc
eligit tertium: hominemq; nec animam
solam nec corpus solum: sed animam sil'
et corpus esse arbitratur. Proinde sumũ
bonum hoĩs quo fit beatus: ex utriusq;
rei bonis constare dicit: et animę scilicet
& corporis: Ac ꝑ hoc prima illa naturę
propter seipsa existimat esse appetenda:
ipamq; uirtutem quam doctrina inserit:
uelut artem uiuendi quę in animę bonis
est: excellentissimũ bonum. Quapropter
eadem uirtus id est ars agendę uitę: cu;
acceperit prima naturę: quę sine illa erãt
sed tamen erant. etiam quando eis adhuc
doctrina deerat: omnia propter seipsam
appetit simulq; etiam seipsa;: omnibusq;
simul et seipsa utitur: eo fine ut omnibus
delectetur atq; perfruat̃: magis min⁹q;:
ut queq; inter se maiora atq; minora sũt:
tamen omnibus gaudens. et quedam mi-
nora si necessitas postulat, ꝓpter maiora
uel adipiscenda uel tenẽda contẽpnens.
Omniũ autem bonorũ uel animi uel cor-
poris nihil sibi uirtus omĩno pręponat.
hęc enim bene utitur & seipsa: & cęteris
quę hominem faciunt beatu; bonis. Vbi
uero ipa nõ est: quãlibet bona sint multa:
non bono eius sunt cuius sũt: Ac per hoc
nec ei⁹ ia; bona dicẽda sunt: cũ male utẽti
utilia esse non possunt. Hęc g̃ uita hoĩs
quę uirtute et aliis animi et corpis bonis
sine quibus esse non potest fruitur: beata
eẽ dicitur. Si uero et aliis sine quibus esse
uirtus potest uel ullis uel pluribus: bea-
tior. Si autem prorsus omnibus ut nllm

omnino bonū desit uel animi uel corpis: beatissima. Non.n.hoc est uita qđ uirtus. quoniam non oīs uita sed sapiens uita uirtus est. Et tamen qualiscunq; uita sine ulla uirtute potest esse: uirtus uo sine ulla uita esse non potest. Hoc & de memoria dixerim atq; ratione: et si quid aliud tale est in homie. Sunt.n.hęc et añ doctrinā; sine his aūt non potest ulla esse doctrina. ac per hoc nec uirtus quę utiq; discit̃. Bñ autem currere: pulcrū esse corpe: uiribꝰ preualere ingētibꝰ: et cętera huiusmodi: talia sunt ut et uirtus sine his eē possit: et ipa sinę uirtute. Bona sunt tamē: et scđm istos etiam ipsa ꝓpter seipsam diligitur uirtus: utiturq; illis et fruit̃ sicut uirtutē decet. Hanc uitam beatam etiam eē perhibent socialem: quę amicoꝝ bona ꝓpter seipa diligat sicut sua: eisq; ꝓpter seipsos hoc uelit quod sibi: siue in domo sint sicut coniunx & liberi: et quicunq; domestici: siue in loco ubi domus eius est sicut urbs est: ut sunt hi qui ciues uocantur: siue in orbe toto ut sunt gentes quas eis societas humana cōiungit: siue in ipso mūdo qui censet̃ nomie cęli et terrę: sicut dicunt esse deos quos uolūt amicos esse homī sapienti: q̄s nos familiarius angelos dicimꝰ. De bonorum autem et econtrario maloꝝ finibus: negant ullo modo esse dubitādū. & hāc inter se et nouos achademicos affirmant esse distantiam. Nec eoꝝ interest quicquā siue cynico siue aliī q̄libet hītu et uictu: in his finibus quos ueros putāt qualiter quisq; philosophetur. Ex tribus porro illis uitę generibꝰ: ocioso: actuoso: et quod ex utroq; est cōpositū: hoc tertiū sibi placer̃ asseuerāt. Hoc sensisse atq; docuisse achademicos ueter̃s Varro asserit: Anthiocho auctore magistro Ciceronis et suo: quem sane Cicero in pluribꝰ fuisse stoicum: q̄ achademicum mirabilem uult uideri. Sed quid ad nos: qui potius de rebꝰ ipsis iudicare debemus: q̄ ꝓ magno de hominibus quid quisq; scire senserit?

Capitlm .iiii.

Si igitur queratur a nobis quid ciuitas dei de his singulis interrogata respōdeat: ac primum de finibus bonoruꝫ malorumq; quid sentiat: respondebit: ęternam uitā esse sūmum bonuꝫ: ęternam uero mortem summū malum. Propter illam proinde adipiscendam istamq; uitandam: recte nobis esse uiuendum. propter qđ scriptū est iustus ex fide uiuit. Quoniā neq; bonum nostrum iā uidemus: unde oportet ut credendo queramus. Neq; ipsum rcte uiuere nobis ex nobis est: nisi credentes adiuuet et orantes qui et ipsā fidē dedit: qua nos ab illo adiuuādos eē credamꝰ. Illi autem qui in ista uita fines bonorum & malorum esse putauerunt: siue in corpore siue in aīma: siue in utroq; ponētes summū bonuꝫ: atq; ut id efficatius eloq̄r: siue in uoluptate: siue in uirtute: siue in utroq;: siue in uoluptate simul et quiete; siue in uirtute; siue ī utrisq;: siue in ꝑmis naturę: siue in uirtute: siue ī utrisq;. Hinc beati esse: et a seipsis beati fieri mira uanitate uoluerunt. Irrisit hos ueritas per prophetam dicentē. Nouit dominus cogitationes hominū quoniam uanę sunt. Aut sicut hoc testimoniū posuit apostolꝰ Paulus. Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam uanę sunt. Quis eniꝫ sufficit quantouis eloquentię flumie uitę huius miserias explicare: quā lamentatꝰ est Cicero in consolatione de morte filię sicut potuit? Sed quantum est quod potuit? Ea quippe quę dicuntur prima naturę: quādo: ubi: quomodo: tam bene se in hac uita habere possūt: ut nō sb īcertis casibus fluctuent? Quis.n.dolor cōtrariꝰ uoluptati: quę inquietudo cōtraria qeti: in corpus sapientis cadere non potest? Membrorū certe amputatio ul' mēbrorū debilitas: homīs expugnat īcolumitatē: deformitas pulcritudinem; imbecillitas

sanitatem: uires lassitudo: mobilitatem
corpor ac tarditas. Et quid horum est qđ
nequeat in carnem sapiētis irruere? Sta-
tus quoq; corporis atq; mot⁹: cū decētes
atq; congruentes sunt: inter nature ꝑma
numerantur. Sed quid si aliqua mala ua-
litudo membra tremore cōcutiat? Quid
si usq; ad ponēdas manus ī terram dorsi
spina curuetur: et hominem quodāmodo
quadrupedem faciat? Nonne omnē sta-
tuendi corporis & mouēdi spēm decusq;
peruertet? Quid ipsius animi ꝑmigenia
que appellant̄ bona: ubi duo ꝑma ponūt
propter comprehensionem perceptionēq;
ueritatis sensum et intellectum? Sed q̄lis
quantuscūq; sensus remanet: ut si alia ta-
ceam fiat homo cecus & surdus? Ratio
uero et intelligētia quo r̄cedet ubi sopit̄:
si aliq̄ morbo efficiatur insanus? Frenetici
multa absurda cū dicunt ul' faciunt: plu-
rimūq; a bono suo proposito & moribus
aliēa imo suo bono proposito moribusq;
contraria: siue illa cogitemus siue illa ui-
deam⁹: si digne consideremus lacrimas
tener̄ uix possum⁹: aut forte nec possum⁹.
Quid dicam de his qui demonū patiunt̄
incursus? Vbi habent abscōditam et ob-
rutam intelligentiam suam: quādo scđm
suam uoluntatem et anima eoꝝ et corpe
malignus utitur spiritus? Et quis cōfidit
hoc malum in hac uita sapiēti euenire nō
posse? Deinde perceptio ueritatis in hac
carne qualis aut quanta est: quādo sicut
legimus in ueraci libro sapientie. corpus
corruptibile aggrauat animaꝫ et deꝑmit
terrena inhabitatio sensū multa cogitan-
tem? Impetus porro ul' actōis appetit⁹:
si hoc modo recte latini appellant eā quā
greci uocant ormen: quia ipsam primis
bonis nature deputant. nonne ipe ē quo
geruntur etiam insanoruꝫ illi motus mi-
serabiles: et facta que horremus: quādo
peruertitur sensus ratioq; sopitur? Porro
ipsa uirtus que nō est inter ꝑma nature:

quoniā eis doctrina postea introducente
superuenit: cū sibi bonoꝝ culmē uindicet
humanorum: quid hic agit nisi perpetua
bella cum uiciis: nec exterioribus sed in-
terioribus; nec alienis sed plane nostris
& ꝓpriis: maxīe illa que grece sophros
siue latine temperantia nominatur: qua
carnales frenantur libidines: ne in queq;
flagitia mentem consentientem trahant.
Neq; enim nullum est uiciū cū sicut dicit
apostolus caro cōcupiscit aduersus spi-
ritū: cui uitio contraria uirtus est: sicut
dicit idem. spiritus concupiscit aduersus
carnem. Hec enim inquit sibi inuicem ad-
uersantur ut non ea que uultis faciatis.
Quid autem facere uolumus cum perfici
uolumus finem summi boni: nisi ut caro
aduersus spiritum non concupiscat: nec
sit in nobis hoc uicium contra quod spūs
concupiscat? Quod in hac uita q̄uis ueli-
mus quoniam facere non ualem⁹: id saltē
in dei adiutorio faciamus, ne carni con-
cupiscenti aduersus spiritum: succūbente
spiritu cedamus: et ad ꝑpetranduꝫ pc̄tm
nostra consensione pertrahamur. Absit
autem ut quamdiu in hoc bello intestino
sumus: iam nos beatitudinem ad quam
uincendo uolumus peruēire adeptos esse
credamus. Et quis est usq; adeo sapiens:
ut contra libidines nulluꝫ habeat omino
conflictū? Quid illa uirtus que pruden-
tia dicitur? Nōne tota uigilātia sua bona
discernit a malis: ut in illis appetendis
istisq; uitandis error nullus obrepat? Ac
per hoc & ipsa nos in malis: uel in nobis
esse mala testatur. Ipsa enim docet nos:
malum esse ad peccandum cōsentire: bo-
nūq; esse ad peccandum nō consentire li-
bidini. Illud tamen malum cui nos non
consentire prudentia docet: facit tpantia.
Nec prudentia nec temperantia omnino
uel imprudentiam uel intempantiā tollit
huic uite. Quid iustitia: cuius munus est
sua cuiq; tribuere: unde fit in ipso homie

quidam iustus ordo naturę: ut aīa sub-
datur deo et animę caro: ac per hoc deo
et anima & caro? Nonne demonstrat in
eo se adhuc ope laborare potius q̄ in hui9
operis iam fine requiescere? Tanto ꝙppe
minus anima subditur deo: quāto min9
deum in ipsis suis cogitatōnibus cōcipit.
& tanto minus animę subdit̄ caro: q̄nto
magis aduersus spm̄ cōcupiscit. Quādiu
ergo nobis īest infirmitas: hęc pestis: hic
languor: quomodo nos iam saluos: & si
nondum saluos: quomodo iaꝫ beatos illa
finali beatitudine dicere audebimus? Iā
uero illa uirtus cui9 nomen est fortitudo:
in q̄ntacunqꝫ sapientia euidētissima testis
est malorum humanorum: quę cōpellitur
patientia tolerare. Quę mala stoici phi
miror qua frōte mala non esse cōtendāt:
ꝗbus fatētur si tanta fuerint: ut ea sapiēs
uel non possit uel nō debeat sustinere: euꝫ
cogi mortem sibimet inferre: atqꝫ ex hac
uita migrare. Tantus autē superbię stu-
por est in his hominibus: hic se habere
finem boni et a seipsis fieri beatos putan-
tibus: ut sapiens eorum hoc est qualem
mirabili uanitate describunt: etiā si cęcet̄:
absurdescat: obmutescat: membris debi-
litetur: doloribus crucietur: et si ꝗd aliud
talium malorum dici aut cogitari potest
incidat in eum: quo sibi mortem cogatur
inferre: hanc in his malis uitā constitutā
eos non pudeat uocare beatam. O uita
beata: quę ut finiat̄ mortis quęrit auxi-
lium. Si beata est maneatur ī ea. Si uero
propter ista mala fugitur ab ea: quomō
est beata? Aut quomō ista non sūt mala:
quę uincunt fortitudinis bonum: eādēqꝫ
fortitudinem non solum sibi cedere: ueꝝ
etiam delirare compellunt: ut & eandem
uitam dicant beatam: et persuadeant esse
fugiendam? Quis usqꝫadeo cęcus est ut
non uideat: ut si beata esset fugienda non
esset? Sed si propter infirmitatis pond9
qua pręmitur hanc fugiendam fatētur:

Quid igit̄ causę est cur non etiā miseram
fracta superbię ceruice fateantur? Verū
obsecro Cato ille patientia: an potius im-
patientia se peremit? Non eni hoc fecisset
nisi uictoriā cęsaris impatienter tulisset.
Vbi est fortitudo? Nempe cessit: nempe
succubuit: nempe usqꝫadeo superata ē: ut
uitam beatam derelinquęret: desereret:
ac fugeret. An nō erat iaꝫ beata? Misera
ergo erat. Quomodo ergo mala nō erāt:
quę uitam miseram fugiendāqꝫ faciebāt?
Quapropter etiam ipsi qui mala ista esse
confessi sunt: sicut peripatetici: sicut ue-
teres achademici: quoruꝫ sectam Varro
defendit: tollerabilius quidem loquūtur:
sed eorum quoqꝫ mirus est error. ꝙ ī his
malis & si tam grauia sunt ut morte fu-
gienda sint: ab ipso sibimet illata qui hęc
patitur: uitam beatam tamen esse conten-
dunt. Mala sunt inqt tormenta atqꝫ cru-
ciatus corporis. et tanto sunt peiora q̄nto
potuerunt esse maiora: quibus ut careas
ex hac uita fugiendū est. Qua uita obse-
cro? Hac inquit: quę tantis aggrauatur
malis. Certe ergo beata est in eisdem ipsis
malis: propter quę dicis esse fugiendam.
an ideo beataꝫ dicis quia licet tibi ab his
malis morte r̄ceder̄? Quid si ergo in eis aliq̄
diuino tenereris iuditio: nec pmicteris
mori: nec unq̄ sine illis esse sinereris? Nē-
pe tunc saltem miseram diceres talē uitā.
Non igitur propterea misera non est: ꝗa
cito relinquitur: quādoquidem si sempi-
terna sit: etiā abs teipso misera iudicabit̄.
non itaqꝫ propterea quia breuis est nll'a
miseria uideri debet. aut quod ē absur-
dius: quia breuis miseria est ideo etiam
beatitudo appellari. Magna uis est ī eis
malis: quę cogunt hominem sc̄d̄m ipsos
etiam sapiētem: sibimet auferre ꝙ homo
est. cum dicant & uerum dicant hāc esse
naturę primam quodammodo et maxi-
mam uirtutē: ut homo concilietur sibi: et
ꝓpterea mortem naturaliter fugiat. ita

sibi amicus ut esse animal: & in hac con-
iunctione corpis atq; anime uelit uiuere
uehementerq; appetat. Magna uis est in
eis malis quibus iste nature uincit̄ sens9:
quo mors omnimodo omnibus uiribus
conatibusq; uitatur: et ita uicitur ut que
uitabatur optetur: appetatur: & si non
potuerit aliunde contingere: ab ipso ho-
mine sibimet inferatur. Magna uis est in
eis malis: que fortitudinē fatiunt homi-
cidā: si tamē adhuc dicenda ē fortitudo:
que ita his malis uincitur: ut hominem
quem sicut uirtus regendum tuendumq;
suscepit: non modo non possit p patiētiam
custodire sed ipsa insuper cogatur occi-
dere. Debet quidem etiam mortem ferre
sapiens patienter: sed que accidit aliūde.
Scd̄m istos autem si eam sibiipsi inferre
compellitur: profecto fatēdum est eis: nō
solum mala sed intolerabilia etiam mala
esse que hoc eum perpetrare compellunt.
Vita igitur que istorum tam magnorum
tam grauiumq; malorum aut premitur
oneribus aut subiacet casib9: nullo modo
beata diceretur: si homines q hoc dicunt
sicut uicti malis ingrauescentibus cū sibi
mortem ingerunt: cedunt infelicitati: ita
uicti certis rationibus cū querunt beataʒ
uitam dignarētur cedere ueritati: & non
sibi in ista mortalitate putarent sine sūmi
boni esse gaudendum: ubi ipse uirtutes
qbus hic nihil certe melius atq; utilius in
homine reperitur: quanto maiora sunt
adiutoria cōtra uim squaloꝝ: laboꝝ: do-
loꝝ: tanto fideliora testimonia miseriaꝝ.
Si enim uere uirtutes sunt: que nisi in eis
quibus uera inest pietas esse non possunt:
nō se profitentur hoc posse: ut nullas mi-
serias homines patiantur in quibus sūt.
Neq; enim mendaces sunt uere uirtutes:
ut hoc profiteantur. sed ut uita humana
que tot & tantis huius seculi malis cogit̄
misera: spe futuri seculi sit beata sicut &
salua. Quomō enim beata est: que nō duʒ
salua ē? Vnde et apostolus Paulus non
de hominibus imprudentibus: impatiē-
tibus: intemperantibus et iniquis: sed de
his qui scd̄m ueram pietatem uiuerent: &
ideo uirtutes quas habēt ueras haberēt
ait. Spe eniʒ salui facti sumus. Spes aūt
que uidetur non est spes. Quod eniʒ quis
uidet: quid sperat? Si autem quod non
uidemus speramus: per patientiam ex-
pectamus. Sicut g° spe salui: ita spe beati
facti sumus. & sicut salutem ita beatitu-
dinem non iam tenemus presentem: sed
expectamus futuram: et hoc p patientiā.
quia in malis sumus que patienter tole-
rare debemus: donec ad illa ueniamus
bona: ubi omnia erunt quibus ineffabilr̄
delectemur: nihil erit autem quod iam
tolerare debeamus. Talis salus que in
futuro seculo erit: ipsa erit etiam finalis
beatitudo. Quam beatitudinem ipsi phi-
losophi quoniam non uidentes nolunt
credere: hic sibi conantur falsissimam fa-
bricare: quāto supbiore tanto mēdatiore
uirtute.

Capitulum .V.

Quod autē socialem uitam eē uolūt sapientes: nos multo amplius ap-
probamus. Nam unde ista dei ciuitas de
qua huius operis ecce iam unde nonum-
decimum librum uersamus in manibus:
uel inchoaretur exortu: uel progrederet̄
excursu: ul' debitos apprehēderet fines:
si non esset socialis uita sanctoꝝ? Sed in
hui9 mortalitatis erumna: q̊t et q̄ntis ab-
undet malis hūana societas qs enumerar̄
ualeat? Quis existimare suffitiat? Au-
diant apud amicos suos: hominem cum
sensu atq; consensu oīum hominū dicere.
duxi uxorem. quam ibi miseriam uidi:
nati filii alia cura. Quid itideʒ illa que in
amore uicia cōmemorat idem Terentius:
iniurie: suspitiones: inimicitie: bellū: pax
rursum? Nonne res humanas ubiq; im-
pleuerunt? Nonne hec & in amicorum
honestis amoribus plerūq; contingunt?

Nonne his usqquaq plene sunt res hu-
manę: ubi iniurias: suspitiões: inimicitias:
bellum: certa mala sentimus: pacem uero
incertum bonum: quoniam corda eoruz
cum quibus eam tenere uolumus igno-
ramus. et si hodie nosse possemus: qualia
cras futura essent utiq nesciremus? Qui
porro inter se amiciores solent esse uel
debent: q̃ qui una domo etiã continent?
Et tamen quis inde securus est: cuz tanta
sępe mala ex eorum occultis isidiis exti-
terint: tanto amariora q̃nto dulcior pax
fuit: quę uera putata est cum astutissime
fingeretur? Propter qđ omnium pectora
sic actingit: ut cogat in gemitum: qđ ait
Tullius. Nullę sunt occultiores insidię:
q̃ hę quę latent in simulatione offitii: aut
in aliquo necessitudinis nomine. Nam eũ
qui palam est aduersarius facile cauẽdo
uitare possis; hoc nero occultũ: intestinũ
ac domesticum malum: nõ solum existit:
uerum etiam opprimit anteq̃m pspicere
atq explorare potueris. Propter quod
etiaz diuina uox illa: & inimici hominis
domestici eius: cum magno dolor cordis
auditur. quia et si quisq tam fortis sit ut
ęquo aio perferat: ul' tam uigilãs ut pro-
uido consilio caueat: quę aduersus eum
molitur amicitia simulata: eorum tamen
hominum perfidorum mala cum eos esse
pessimos experitur: si ipse bonus est gra-
uiter excrutietur necesse est: siue semper
mali fuerint et se bonos finxerint: siue in
istam malitiam ex bonitate mutati sint.
Si ergo domus commune perfugium in
his malis humani generis tuta non est:
quid ciuitas: quę quanto maior est tanto
forum eius litibus ciuilibus & crimina-
libus plenum: etiam si quiescant non solũ
turbulentę: uerum etiam sępius et cruẽtę
seditiões et bella ciuilia. a quoꝝ euentib9
sunt aliquando liberę ciuitates: a piculis
nunq̃m? ¶ Capitlm .vi.

Quid ipsa iuditia hominũ de hoib9:
quę ciuitatib9 etiam quãtalibet pace ma-
nentibus deesse nõ possũt: qualia putam9
esse: q̃ misera: q̃ dolenda. quãdo quidem
hi iudicant qui conscientias eoꝝ de qbus
iudicant cernere nequeũt. Vnde sępe co-
guntur tormentis innocentium testium
ad alienam causam pertinentem quęrere
ueritatem. Quid cum in sua causa quisq
torquętur: et cũ quęritur utrum sit nocẽs
crutiatur. & innocens luit pro incerto
scelere certissimas pęnas. non quia illud
commisisse detegitur: sed quia non com-
misisse nescit? Ac per hoc ignorantia iu-
dicis plęrumq est calamitas innocentis.
Sed quod intolerabilius ẽ magisq plan-
gendum: rigandũq si fieri posset fõtibus
lacrimarum: cũ ppterea iudex torquęat
accusatũ: ne occidat nesciens innocẽtem:
fit per ignorantię miseriam: ut et tortum
& innocentem occidat: quẽ ne innocẽtem
occideret torserat. Si enim scđm istorum
sapientiam delegerit ex hac uita fugere:
q̃ diutius illa sustiner tormenta: quod nõ
commisit cõmisisse se dicit. Quo damnato
et occiso: utrum nocẽtem aut innocẽtem
iudex occiderit adhuc nescit: quẽ ne in-
nocentem nesciens occideret torsit. ac per
hoc inocẽtẽ et ut sciret torsit: et dũ nesci-
ret occidit. In his tenebris uitę sotialis
sedebit iudex ille sapiens: an non aude-
bit? Sedebit ille plane. Constringit enim
eum & ad hoc offitium pertrahit hũana
sotietas: quam deserere nefas ducit. Hoc
enim nefas esse non ducit: q testes inno-
centes in causis torquentur alienis: q hi
qui arguuntur ui doloris plęrũq supati
et de se falsa cõfessi: etiam puniuntur in-
nocentes: cũ iam torti fuerint innocẽtes.
Quod et si non morte puniantur: in ipsis
uel ex ipsis tormentis plęrumq moriun-
tur. Quod aliquando et ipsi qui arguunt
humanę sotietati fortasse ne crimina im-
punita sint pdesse cupiẽtes: et mẽtientib9
testib9 reoq ipso cõtra tormenta durante

immaniter nec fatente: ꝓbare quod obi-
tiunt non ualentes q̃uis uera obiecerint:
a iudice nesciente damnantur. Hec tot &
tanta mala non deputat esse peccata. Non
enī hec facit sapiens iudex uoluntate no-
cendi: sed necessitate nesciendi. & tamen
quia cogit humana societas iudicādi etiā
necessitate. Hec est ergo quam dicimus
miseria certe hominis: & si nō malitia sa-
pientis. An uero necessitate nesciendi atq;
iudicādi torqueat isontes: punit insōtes:
et paꝝ ē illi ꝙ nō est reus: si nō sit insup et
beatus? Quanto consideratius et homine
dignius & hominem agnoscit in ista ne-
cessitate: eamq; miseriā in se odit: et si pie
sapit clamat ad deum. de necessitatibus
meis erue me.

Capitlm .vii.

POst ciuitatem uel urbem sequitur
orbis terrę: in quo tertium gradū
ponunt societatis humanę: incipientes a
domo atq; inde ad urbē: deinde ad or-
bem terrę progrediendo uenientes. Qui
utiq; sicut aquarū congeries q̃nto maior
est tanto periculis plenior. In quo p̄mum
linguarum diuersitas hominem alienat
ab homine. Nam si duo sibimet inuicem
fiant obuiam: neq; prӕterire sed simul eē
aliqua necessitate cogantur: quoꝝ neuter
nouit linguam alterius: facilius sibi ani-
malia muta etiam diuersi generis: q̃ cum
illi sint homines ambo sociantur. Quādo
enim quę sentiunt inter se communicare
non possunt propter solam linguarum
diuersitatem: nihil prodest ad sociandos
homines tanta similitudo naturę: ita ut
libentius homo sit cum cane suo: q̃ cum
homine alieno. At enim opera data est ut
imperiosa ciuitas: non solum iugum ueꝝ
etiam linguam suam domitis gentibus ꝑ
pacem societatis imponeret: per quā non
deesset imo et abundaret etiā interpretū
copia. Verū ē. Sed hoc q̃ multis & q̃ grā-
dibus bellis: quanta strage hominū: q̃nta
effusione humani sanguinis comparatū
est? Quibus transactis: non est tamen eo-
rundem malorum finita miseria. Quāuis
enim nō defuerit neq; hostes desint exer-
cere nationes: contra quas semper bella
gesta sunt & geruntur: tamen etiam ipsa
imperii latitudo peperit peioris generis
bella: socialia scilicet atq; ciuilia: quibus
miserabilius quatitur genus humanum:
siue cum belligeratur ut aliquando con-
quiescāt: siue cū timetur ne rursus exur-
gant. Quorum malorū multas et multi-
plices clades: duras & diras necessitates:
si ut dignum est eloqui uelim: q̃q̃m neq̃q̃
sicut res postulat possim: quis erit ꝓlixę
disputationis modus? Sed sapiens in-
quiunt iusta bella gesturus est. Quasi nō
si se hominem meminit: multo magis do-
lebit iustorum necessitates sibi extitisse
bellorum: quia nisi iusta essent: ei gerēda
non essent. Ac per hoc sapiēti nulla bella
essent. Iniquitas enī partis aduersę iusta
bella ingerit gerenda sapiēti. quę iniq̃tas
homini utiq; est dolenda quia hominum
est: & si nulla ex ea bellandi necessitas
nasceretur. Hęc itaq; mala tā magna: tam
horrenda: tam seua: quisquis cum dolore
considerat: miseriam necesse est fateatur.
Quisquis autem uł patitur ea sine animi
dolore uel cogitat: multo utiq; miserius
ideo se putat beatum: quia et humanum
perdidit sensum.

Capitlm .viii.

SI autem non contingat quędam
ignorantia similis dementię: quę ta-
men in huius uitę misera conditione sępe
contingit: ut credatur uel amicus esse qui
inimicus est: uel inimicus qui amicus est:
quid nos consolatur in hac humana soci-
etate erroribus erumnisq; plenissima: nisi
fides non ficta: et mutua dilectio uerorū
bonorumq; amicorum. quos quanto plu-
res & in pluribus locis habemus: tanto
longius latiusq; metuimus: ne quid eis
cōtingat mali de tantis malorū aggerib9
huius sęculi? Nō enim tantūmodo solliciti

sumus ne fame: ne bellis: ne morbis: ne
captiuitatibus affligantur: ne in eadem
seruitute talia patiantur qualia nec cogi-
tare sufficimus: uerum etiam ubi timor
multo amarior est: ne in perfidiam: mali-
tiam: nequitiamq; mutentur. Et quando
ista contingunt: tanto utiq; plura quãto
illi sunt plures: & in pluribus locis: et in
nostram notitiam proferuntur: quibus
cor nostrum flagris uratur. quis potest
nisi qui talia sentit aduertere? Mortuos
quippe mallemus audire: q̃muis & hoc
sine dolore audire non possemus. Quorũ
enim nos uita propter amicitię spetialis
solatia delectabat: ũde fieri potest ut eo-
rum mors nobis nullam ingerat mesti-
tudinem? Quam qui prohibet: ꝓhibeat
si potest amica colloquia: interdicat ami-
cabilem societatem: uel intercidat affectũ
omnium humanaruz necessitudinũ: uin-
cula mentis immitis immiti stupore di-
rumpat. aut si eis utendum censeat: ut
nulla ex eis animum dulcedo perfũdat.
Quod si fieri nullo modo potest: etiã hoc
quo pacto futurum ẽ ut eius nobis ama-
ra mors nõ sit: cuius dulcis est uita? Hinc
est enim & luctus quidam: in humano
corde quasi uuln9 aut ulcus: cui sanando
adhibentur offitiosę consolationes. Non
enim propterea non est quod sanetur: q̊-
niam quanto est animus melior: tanto in
eo facilius citiusq; sanatur. Cũ igitur etiã
de carissimorum mortib9: maxime quo-
ruz sunt hũanę societati offitia necessaria:
nunc mitius nunc asperius affligat̃ uita
mortalium: tamen eos mortuos quos di-
ligimus: q̃uis a fide uel a bonis moribus
lapsos: hoc est in ipsa anima mortuos:
audire seu uidere mallemus. Qua ingẽti
materia malorum plena est terra. ꝓpter
quod scriptum est. Nũquid nõ temptatio
est uita hũana super terram? Et propter
quod dominus ipse ait. ue mundo a scã-
dalis. Et iterum. Quoniam abundauit
inquit iniquitas refrigescet caritas mul-
torum. Ex q̊ fit ut bonis amicis mortuis
gratulemur: et tamen mors eorũ nos cõ-
tristet: ipa nos certius consoletur: q̃ntuz
malis caruerunt quibus in hac uita etiaz
boni homines uel cõteruntur: uel depra-
uantur: uel in utroq; periclitantur.

Capl'm .ix.

IN societate uero
sanctorum angelorum: quam philo-
sophi illi qui nobis deos eẽ amicos uolu-
erunt quarto constituerũt loco: uelut ad
mundum uenientes ab orbe terrarum: ut
sic quodãmodo complecterentur et cęlũ:
nullo modo quidem metuimus: ne tales
amici uel morte nos sua uel deprauatõne
contristent. Sed quia nobis non ea qua
homines familiaritate miscentur: quod
etiam ipsum ad erumnas pertinet huius
uitę: et aliqñ sathanas sicut legim9 trãsfi-
gurat se in angelũ lucis: ad tẽptandũ eos
q̊s ita ul' erudiri opus est: uel decipi iustũ
est: magna dei misericordia necessaria ẽ:
ne quisq̃m cum bonos angelos amicos se
habere putat: habeat malos demones a-
micos fictos: eosq; tanto nocentiores: q̃nto
astutiores ac fallatiores patiatur inimi-
cos. Et cui magna dei misericordia ista
est necessaria: nisi magnę humãę miserię:
quę ignorantia tanta premitur: ut facile
istorum simulatione fallatur? Et illos
quidem philosophos in impia ciuitate
qui deos sibi amicos esse dixerũt: in de-
mones malignos incidisse certissimũ est:
quibus tota ipsa ciuitas subditur: ęter-
num cum eis habitura supplitiũ. Ex eoꝝ
quippe sacris uel potius sacrilegiis: qb9
eos colendos: & ex ludis immũdissimis
ubi eorum crimina cęlebrantur: quibus
eos placandos putauerunt: eisdem ipsis
auctoribus et exactoribus talium tan-
torumq; dedecorũ: satis ab eis q colãtur
apertum est.

Capitl'm .x.

SEd neq; sancti & fideles unius ue-
ri dei summiq; cultores: ab eorum

fallatiis et multiformi temptatōne securi
sunt. In hoc enim loco infirmitatis et di-
ebus malignis: etiam ista solicitudo non
est inutilis: ut illa securitas ubi pax ple-
nissima atq; certissima est: desiderio fer-
uētiore queratur. Ibi erunt enim naturę
munera: hoc ē quę nostrę naturę ab oīm
naturarum creatore donantur. nō solum
bona uerum etiam sempiterna: nō solum
in animo qui sanabitur per sapientiam:
uerum etiā in corpore quod resurrectōe
renouabitur. Ibi uirtutes nō contra ulla
uicia uel mala quęcūq; certantes: sed ha-
bentes uictorię premium ęternā pacem:
quam nullus aduersarius inquietet. Ipsa
est enim beatitudo finalis: ipsa pfectōnis
finis: qui cōsumentem finem non habet.
Hic autem dicimur beati: quādo pacem
habemus: quantulacunq; hic haberi pōt
in uita bona. Sed hec beatitudo illi quā
finalem dicimus beatitudini comparata:
prorsus miseria reperitur. ¶ Ca. xi.

HAnc ergo pacem qualis hic potest
esse: mortales homines in rebus
mortalibus quando habemus: si uiuim⁹
recte bonis eius recte utit̄ uirtus: q̄ndo
uero eam non habemus: etiam malis quę
homo patitur bene utitur uirt⁹. Sed tūc
est uera uirtus: quando & omnia bona
quibus utitur bene: et quidquid in bono
usu bonorum & malorum facit: et seipā
ad eum finem refert: ubi nobis talis &
tanta pax erit: qua melior & maior esse
non possit. Quapropter possumus dicere
fines bonorum nostrorum esse pacē: sicut
ęternam diximus uitam. presertim quia
ipsi ciuitati dei de qua nobis est ista ope-
rosissima disputatō: in sancto dr̄ psalmo.
Lauda hierusalem dominum: lauda deū
tuum syon. Quoniam confortauit seras
portarum tuarum: benedixit filios tuos
in te. Qui posuit fines tuos pacem. Quo-
niam confirmatę fuerunt serę portarum
eius: iam in illam nullus intrabit: nec ab
illa ullus exibit. Ac ꝑ hoc fines eius eam
debemus hic intelligere pacem: quā uo-
lumus demonstrare finalem. Nam et ipi⁹
ciuitatis misticum nomē id est hierusalē:
quod ut āte iam diximus uisio pacis in-
terpretatur. Sed quoniam pacis nomen
etiam ī his rebus mortalibus freq̄ntatur:
ubi utiq; non est uita ęterna: propterea
finem ciuitatis huius ubi erit eius sūmū
bonum: ęternam uitam maluimus com-
memorare q̄ pacem. De quo fine apostol⁹
ait. Nunc ů a peccato liberati: serui autē
facti deo: habetis fructum uestrum in
sanctificationem: finem uero uitam ęter-
nam. Sed rursus quia uita ęterna ab eis
qui familiaritatem non habent cum scp̄-
turis sanctis: potest etiam accipi malorū
uita: uel etiam scd̄m quosdā: philosophos
propter animę immortalitatem: ul' etiam
scd̄m fidem nostram propter pęnas īter-
minabiles impiorum: qui utiq; in ęternū
cruciari non poterūt: nisi etiam uixerint
in ęternum: profecto finis ciuitatis hui⁹
in quo summum bonum habebit: ul' pax
in uita ęterna: uel uita ęterna in pace di-
cendus est. ut ab omnibus facilius possit
intelligi. Tantum est enim pacis bonum:
ut etiam in rebus terrenis atq; mortalib⁹
nihil gratius soleat audiri: nihil deside-
rabilius concupisci: nihil postremo possit
melius inueniri. De quo si aliquāto diu-
tius loqui uoluerimus: non erimus q̄ntū
arbitror onerosi legentibus. & propter
finem ciuitatis huius de qua nobis sermo
est: & propter ipsam dulcedinem pacis
quę omnib⁹ est cara. ¶ Cap. .xii.

QVod enim quisquis mecū res hu-
manas naturamq; cōmunē utcūq;
intuetur: agnoscit. Sicut enim nemo est q
gaudeř nolit: ita nemo est qui pacem ha-
bere nolit. Quandoquidem et ipsi q bella
uolunt nihil aliud q̄ uincere uolunt. Ad
gloriosam ergo pacem bellando cupiunt
peruenire. Nam quid aliud est uictoria:

nisi subiectio repugnantium? Quod cum factum fuerit: pax erit. Pacis ergo intẽtione geruntur et bella: ab his etiam qui uirtutem bellicam student exercere: imperando atq; pugnando. Vnde pacẽ constat belli esse optabilem finem. Omnis. n. homo etiam belligerando pacem requirit: nemo autem bellum: pacificando. Nam & illi qui pacem in qua sunt perturbari uolunt: non pacem oderunt: sed eam pro arbitrio suo cupiunt cõmutari. Nõ ergo ut sit pax nolũt: sed ut ea sit quã uolunt. Deniq; et si per seditionem se ab aliis separauerint: cum eis ipsis conspiratis uel cõiuratis suis nisi q̃lemcunq; pacis spẽm teneant: non efficiunt quod intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehementius et tutius infesti sint paci cęterorũ: pacem uolunt habere sociorum. Sed & si unus sit tam prępollens uiribus et conscios ita cauens: ut nulli socio se cõmittat: solusq; insidians & pręualens quibus potuerit oppressis et extinctis: prędas agat cum eis certe quos occidere nõ potest: et quos uult latere quod facit: qualemcunq; umbram pacis tenet. In domo autem sua: cũ uxore cũ filiis et si q̃s alios illic habet studet ꝑfecto esse pacat9. eis q̃ppe ad nutũ obtꝑantib9 sine dubio delectat̃. Nã et si nõ fiat indignatur: corripit: uindicat. & dom9 suę pacẽ si ita necesse sit etiã seuiẽdo componit: quam sentit esse non posse: nisi cuidam principio quod ipse ĩ domo sua est: cętera in eadem domestica societate subiecta sint. ideoq; si offerret̃ ei seruit9 plurium: uel ciuitatis uel gentis: ita ut sic ei seruirent quemadmoduz sibi domi suę seruiri uolebat: non se iam latronem latebris conderet: sed regem conspicuum sublimaret: cum eadem in illo cupiditas & malitia permaneret. Pacem itaq; cum suis omnes habere cupiunt: quos ad suũ arbitrium uolunt uiuere. Nam & cum quibus bellum gerũt: suos facere si possunt uolũt: eisq; subiectis leges suę pacis imponere. Sed faciamus aliquem: qualẽ canit poetica et fabulosa narratiõ. Quem fortasse propter ipsam insociabilem feritatem: semihominem q̃ hominem dicere maluerunt. Quãuis ergo huius regnum dirę speluncę fuerit solitudo: tamq; malitia fuerit singularis: ut ex hac ei nomẽ sit inuentum: nã malus grece cacos dicitur: quod ille uocabatur ut nulla coniunx ei blande ferret referret q; sermonem: nllis filiis uel alluderet paruulis: uel grandiusculis imperaret: nullo amici colloquio frueretur: nec Vulcãi patris: quo ul' huic tantum non parum fęlicior fuit: quia tale monstrum ipse non genuit. nihil cuiq̃m daret: sed a quo posset quidquid uellet et quantum & quando posset: & quantum uellet auferret. Tamen in ipsa sua spelunca solitaria: cuius ut describitur semꝑ recenti cede tepebat humus: nihil aliud q̃ pacem uolebat in qua nemo illi molest9 esset: nec eius quietem uis ullius terrorq; turbaret. Cum corpore suo deniq; pacez habere cupiebat. & quantũ habebat tantum illi bene erat. Quandoquidem membris obtemperantibus imperabat: & ut suam mortalitatem aduersuz se ex indigentia rebellantem: ac seditionem famis ad dissociandam atq; excludendam de corpore animam concitantem: quanta posset festinatione pacaret: rapiebat: necabat: uorabat. & q̃uis ĩmanis ac ferus: paci tamen suę uitę ac salutis immaniter ac ferociter cõsulebat. Ac per hoc si pacẽ quã in sua spelunca atq; in seipso habere satagebat: cum aliis etiam habere uellet: nec malus: nec monstrum: nec semihomo uocaretur. Aut si eius corporis forma & atrorũ ignium uomitus: ab eo deterrebat hoĩm societatem: forte nõ nocendi cupiditate sed uiuẽdi necessitate seuiebat. Verum iste non fuerit: uel quod magis credendum est talis non fuerit: qualis

uanitate poetica describit̃. Nisi .n. nimis accusaretur Cacus: parum Hercules laudaretur. Talis ergo homo siue semihomo melius ut dixi creditur non fuisse: sicut multa figmenta poetarum. Ipse enim ferę seuissimę unde ille partē habuit feritatis: nam et semiferus dictus est: genus proprium quadam pace custodiunt: coeūdo: gignendo: pariendo: fętus fouendo atq̧ nutriēdo: cum sint plerę q̧ insotiabiles & soliuagę. Nō scilicz ut oues: cerui: colūbę: sturni: apes. sed ut leões: uulpes: aquilę: noctuę. Quę eniz tigris nō filiis suis mitis immurmurat: et pacata feritate blādit̃? Quis miluus & quantumlibet solitarius rapinis circumuolet: non coniugium copulat: nidū congerit: oua cōfouet: pullos alit: et quasi cum sua matrefamilias sotietatem domesticam quanta potest pace conseruat? Quantomagis homo fertur quodammodo naturę suę legibus: ad ineundam sotietatem pacemq̧ cum hōibus quantum in ipso est omnibus obtinendā: cum etiaz mali pro pace suoꝝ belligerēt: omnesq̧ si possent suos facere uelint: ut uni cuncti et cuncta deseruiāt. quo pacto nisi ut in eius pacem uel amādo uel timēdo cōsentiant? Sic enim superbia ꝑuerse deum imitatur. Deum nanq̧ odit: cū suis sotiis non ęqualitatem sub illo: sꝫ imponer̃ uult sotiis dominationem suam pro illo. Odit ergo iustam pacem dei: et amat iniquam pacem suam. Non amare tamen qualēcunq̧ pacē nullomodo potest. Nullum quippe uicū: ita contra naturam est: q̄ ut naturę deleat etiā extrema uestigia. Itaq̧ pacem iniquorum in pacis comparatione iustorum: ille uidet nec pacem eē dicendam: q̧ nouit pręponere recta prauis: & ordinata peruersis. Quod autem etiam est peruersum: hoc necesse est ut in aliqua et ex aliqua et cum aliqua rerum parte pacatum sit: in quibus est uel ex q̧bus constat. Alioquin nihil esset omino.

Velut si quisq̃m capite deorsum pēdeat: peruersus est utiq̧ situs corporis et ordo membrorum. quia id quod desuper esse natura postulat: subtus est. et quod illa subter uult esse desuper factum est. Conturbabit carnis pacem ista peruersitas: & ideo est molesta. Veruntamen anima corpori suo pacata est: et pro eius salute satagit: & ideo est qui doleat. Quę si molestiis eius exclusa discesserit: q̄diu māet compago membrorum non est sine q̄dam partium pace qđ remanet. Et ideo adhuc est qui pendeat: et ꝙ terrenuꝫ corpus in terram nititur: & uinculo quo suspēsum est renititur: in suę pacis ordinē tendit: & locum quo requiescat quodammodo ponderis uoce poscit. iamq̧ exanime sine ullo sensu: a pace tamen naturali sui ordinis non recedit. uel cum tenet eam: uel cū fertur ad eam. Si enim adhibeantur medicamenta atq̧ curatio: quę formam cadaueris dissolui dilabiq̧ nō sinat: adhuc pax quędam partes partibus iungit: totamq̧ molē applicat terreno et cōuenienti: ac per hoc loco pacato. Si autem nulla adhibeat̃ cura condiēdi: sed naturali cursu relinquatur: tam diu quasi tumultuatur dissidentibus exalationibus: & nostro incōuenientibus sensui: id enim est quod in putore sentitur: donec mūdi cōueniat elementis: & in eorum pacem ꝑticulatim paulatimq̧ discedat. Nullo modo tamen inde aliquid legibus sūmi illius creatoris ordinatorisq̧ subtrahitur: a quo pax uniuersitatis administratur. Quia et si de cadauere maioris animātis aīalia minuta nascātur: eadē lege creatoris quęq̧ corpuscula in salutis pace suis animalib9 seruiunt: Et si mortuorum carnes ab aliis animalibus deuorentur: easdem leges ꝑ cuncta diffusas ad salutē generis cuiusq̧ mortalium congrua congruis pacificantes: quaquauersum trahantur: & rebus quibuscunq̧ iungantur: & in res q̄slibet

conuertantur et commutentur inueniūt.

Capitlm .xiii.

PAx itaq; corporis ē ordinata temperatura partium. Pax animę irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animę rationalis: ordinata cognitionis actiōisq; consensio. Pax corporis & animę: ordinata uita et salus animantis. Pax homīs mortalis est dei immortalis ordinata in fide sub ęterna lege obedientia. Pax hominum: ordinata cōcordia. Pax domus ordinata imperandi atq; obediendi concordia cohītātiū. Pax ciuitatis ordīata imperandi obediendiq; concordia ciuiū. Pax cęlestis ciuitatis: ordinatissima & concordissima societas fruendi deo et inuicem uidendi deum. Pax oīum rerum: tranquillitas ordinis. Ordo est parium disparium q; rerum: sua cuiq; loca distribuens dispositio. Proinde miseri inq̄ntuz miseri utiq; in pace non sūt. Tranqllitate quidem ordinis carent: ubi perturbatio nulla est. Verūtamen quia merito iusteq; miseri sunt: in ea quoq; ipsa sua miseria pręter ordinem esse nō possunt. nō qdem cōiuncti beatis: sed ab eis tamen ordinis lege seiuncti. Qui cum sine perturbatiōe nō sint: rebus qbus sunt quātacunq; congruētia coaptantur. Ac per hoc est in eis ordinis nōnulla tranquillitas. inest ergo nonnulla pax. Verum ideo miseri sunt: quia et si in aliqua securitate non dolent: non tamē ibi sūt ubi securi esse ac dolere non debeāt. Miseriores autem si pax eis cum ipsa lege non est: qua naturalis ordo administratur. Cum autem dolent: ex q̄ parte dolent pacis perturbatiō facta est. nulla uero adhuc pax est ī qua nec dolor urit: nec compago ipsa dissoluitur. Sicut ergo est quędam uita sine dolore: dolor autē sine aliqua uita esse non potest: sic est quędam pax sine ullo bello: bellum uero sine aliqua pace esse non potest. non scd̄m id qd̄ bellum est: sed scd̄m id quod ab eis uel in eis geritur: quę aliquę naturę sunt. quod nullo modo essent si non qualicunq; pace subsisterent. Quapropter natura est in qua nullum malum est: uel etiam ī qua nullum malum esse potest. Esse autem natura in qua nullum bonum sit nō potest. Proīde nec ipsius diaboli natura in q̄ntū natura est malum est: sed peruersitas eam malam facit. Itaq; in ueritate non stetit: sed ueritatis iuditium nō euasit. Quia in ordinis tranquillitate nō mansit: nec ideo tamen a potestate ordinatoris effugit. Bonum dei quod illi est in natura: nō eū subtrahit iustitię dei: q̄ ordinatur ī pęna. nec ibi deus insequitur bonū qd̄ creauit: sed malum quod ille commisit. Neq; eniz totum aufert quod naturę dedit: sʒ aliqd adimit aliquid relinquit. ut sit qui doleat quod ademit: & ipse dolor testimonium est boni adempti: et boni relicti. Nisi eniz bonum relictum esset: bonū amissum dolere non posset. Nam qui peccat peior est si lętatur in damno ęquitatis. Qui uero cruciatᷣ: si inde nihil boni adqrat: dolet damnum salutis. Et quoniam ęquitas ac salus utrunq; bonum est: boniq; amissiōe dolendum est potius q̄ lętandum: si tamē non sit compensatio melioris. Melior est autem animi ęquitas q̄ corporis sanitas. Profecto cōuenientius iniustus dolet in supplitio q̄ lętatus est in delicto. Sicut g̊ lętitia deserti boni in peccato: testis ē uolūtatis malę: ita dolor amissi boni ī supplitio: testis est bonę naturę. Qui enim dolet amissam naturę suę pacē: ex aliqb9 reliquiis pacis id dolet: quibus fit ut natura sibi amica sit. Hoc autem in extremo supplitio recte fit: ut iniqui & impii naturalium bonorum damna in cruciatib9 defleant: sentiētes eorum ablatorem iustissimum deum: quem contempserunt benignissimū largitorem. Deus g̊ naturaꝝ oīm sapientissimus cōditor et iustissimus ordinator: qui terrenorū ornamētorum

maximum instituit mortale genus hu-
manum: dedit hominibus quędam bona
huic uitę congrua; id est pacem tempalez
pro modulo mortalis uitę. in ipsa salute
& incolumitate ac sotietate sui generis:
et quęq; huic paci uel tuendę uel recupe-
randę sunt necessaria: sicut ea quę apte
ac conuenienter adiacent sensib9: lux ista
uisibilis: aurę spirales: aquę potabiles:
& quidquid ad alendum uel tegendum:
curandum: ornandumq; corpus cōgruit.
eo pacto ęquissimo: ut quicunq; mortalis
bonis talibus paci mortalium accommo-
datis rc̄te usus fuerit: accipiat ampliora
atq; meliora: ipam scilicet immortalitatis
pacem: eiq; conuenientem gloriam et ho-
norem in uitam ęternam: ad fruendum
deo & proximo in deo. Qui autem per-
peram id ē iniuste: nec illa accipiat et hęc
amictat.

Capitlm .xiiii.

OMnis igitur usus rerum tempo-
ralium refertur ad fructū terrenę
pacis in ciuitate terrena. in celesti autem
ciuitate: refertur ad fructū pacis ęternę.
Quapropter si irrationabilia essemus a-
nimantia: nihil appeteremus pręter or-
dinatam temperaturam partium corpis:
& requiē appetitionis. Nihil igit̄ pręter
quietem carnis & copiam uoluptatum:
ut pars corporis prodesset paci animę.
Si enim desit pax corporis: impeditur
etiam rationalis pax animę. quia reqem
appetitionū consequi non potest. Vtrūq;
autem simul eius paci prodest: quā inter
se habent anima & corpus: id est ordi-
natę uitę ac salutis. Sicut enim pacem
corporis amare se ostendunt animantia
cum fugiunt dolorem: & pacem animę
cum propter explendas indigentias ap-
petitionem uoluptatum consequūtur: ita
mortem fugiendo satis indicant quantū
diligant pacem: qua sibi conciliantur a-
nima et corpus. Sed quia homini rōnalis
anima inest: totū hoc quod habet cōmūe
cum bestiis: subdit paci animę ratiōalis:
ut mente aliquid contempletur: & scd̄m
hoc aliquid agat: ut sit ei ordiata cogni-
tionis actionisq; consensio: quam pacem
rationalis animę dixeramus. Ad hoc eni
uelle debet nec dolore molestari: nec de-
siderio perturbari: nec morte dissolui: ut
aliquid utile cognoscat: & scd̄m eaz cog̃-
tionem uitam moresq; componat. Sed ne
ipso cognitōnis studio propter humanę
mentis infirmitatem: in pestem alicuius
erroris incurrat: opus habet magisterio
diuino cui certius obtemperet: & adiu-
torio ut liber obtemperet. Et quoniam
q̃mdiu est in corpore mortali isto: pere-
grinatur a domino: per fidem ambulat
nō per spetiem. ac per hoc omnem pacem
uel corporis ul' animę: uel simul corporis
et animę refert ad illam pacem: quę ho-
mini mortali est cum deo immortali: ut ei
sit ordinata in fide sub ęterna lege obedi-
entia. Iam uero quia duo pręcipua prę-
cepta hoc est dilectionē dei & dilectionem
proximi docet magister deus: in quibus
homo tria inuenit quę diligat: deum: se-
ipsum: & proximū. atq; ille ī se diligēdo
non errat qui deum diligit: consequens
est ut etiam proximo ad diligendū deum
consulat: quem iubetur sicut seipsum di-
ligere. Sic uxori: sic filiis: sic domesticis:
sic cęteris hominibus quibus potuerit: et
hoc sibi a proximo si forte indiget cōsuli
uelit. Ac per hoc pacatus erit quantum
in ipso est omni homini: pace hominum
id est ordinata cōcordia: cuius ordo hic
est. Primum ut nulli noceat. Deinde eti-
am ut prosit cui poterit. Primitus ergo
inest ei suorum cura. ad eos quippe ha-
bet oportuniorem facilioremq; aditum
consulendi: uel ordine naturę: uel ipsius
sotietatis humanę. Vnde apostolus ait.
Quisquis autem suis & maxime domes-
ticis non prouidet: fidem denegat: & est
infideli deterior. Hinc itaq; etiaz pax do-

mestica oritur: id est ordinata imperandi
obediendiq; concordia cohabitantium.
Imperant enim qui consulunt. sicut uir
uxori: parentes filiis: & domini seruis.
Obediunt autem quibus consulitur. sicut
mulieres maritis: filii parentibus: serui
dominis. sed in domo iusti uiuentis ex
fide: et adhuc ab illa cęlesti ciuitate pere-
grinantis: etiam qui imperant seruiũt eis
quibus imperare uidētur. Neq; enim do-
minandi cupiditate imperant: sed offitio
consulendi: neq; principandi superbia: sʒ
prouidendi misericordia. ¶ Ca. xv.

HOc naturalis ordo pręscribit. Ita
deus hoīem cōdidit. Nam dn̄etur
inquit piscium maris: & uolatilium cęli:
& omnium repentium quę repunt super
terram. Rationalem factum ad imaginē
suā: noluit nisi irratōnabilibus domiari.
non hominem homini: sed hominem pe-
cori. Inde primi iusti pastores pecorum
magis q̃ reges hominum constituti sunt.
ut deus etiaʒ sic insinuaret quid postulet
ordo creaturarum: & quid exigat me-
ritum peccatorum. Conditio quippe ser-
uitutis iure intelligit̃ imposita peccatori.
Proinde nusq̃m scripturarum legimus
seruum: anteq̃m hoc uocabulo Noe iust9
peccatũ filii uidicaret. Nomē itaq; istud
culpa meruit: non natura. Origo autem
uocabuli seruorum in latina lingua inde
creditur ducta: ꝙ hi qui iure belli possēt
occidi a uictoribus: cũ seruabātur serui
fiebant a seruiendo appellati. quod ipm
etiam sine merito peccati non est. Nam et
cum iustum geritur bellum: pro peccato
econtrario dimicatur. & omnis uictoria
cum malis etiam prouenit: diuino iudi-
tio uictos humiliat: uel emēdans peccata
uel puniens. Testis est homo dei Daniel
cum in captiuitate positus peccata sua &
peccata populi sui confitetur deo: et hāc
esse causam illius captiuitatis pio dolore
testat̃. Prima ergo seruitutis causa pec-
catum est: ut homo homini conditionis
uinculo subderetur. quod non fit nisi deo
iudicante: apud quem non est iniquitas:
et nouit diuersas pęnas meritis distribu-
ere delinquentiuʒ. Sicut autem dominus
supernus dicit. Omnis qui facit peccatũ
seruus est peccati: ac per hoc multi quidē
religiosi dominis iniquis non tamen libe-
ris seruiunt: a quo enī quis deuictus est:
huic et seruus addictus est. Et utiq; fęlic9
seruitur homini q̃ libidini: cum seuissimo
dominatu uastet corda mortalium: ut
alias omictam libido ipsa moīandi [dn̄andi]. Ho-
minibus autem illo pacis ordine: q̃ aliis
alii subiecti sunt: sicut prodest humilitas
seruientibus: ita nocet superbia dominā-
tibus. Nullus autem natura in qua deus
prius hominem condidit: seruus est ho-
minis aut peccati. Verum et pęnalis ser-
uitus ea lege ordinatur: qua naturalem
ordinem cōseruari iubet: ꝑturbari uetat.
Quia si contra eam legem factum nō eēt:
nihil esset pęnali seruitute coercendum.
Ideoq; apostolus monet seruos subditos
esse dominis suis: & ex animo eis cum
bona uoluntate seruire. ut scilicet si non
possunt a dominis liberi fieri: suam ser-
uitutem ipsi quodammodo liberam fati-
ant: non timore subdolo sed seruiendo
dilectōne fideli. donec transeat iniquitas
& euacuetur omnis principatus & po-
testas humana: & sit deus omnia in om-
nibus. ¶ Capitl'm .xvi.

QVocirca etiam si habuerũt seruos
iusti patres nostri: sic quidem ad-
ministrabāt domesticam pacem: ut scd'm
hęc temporalia bona filiorũ sortem a ser-
uorum conditione distinguerent: ad deũ
autem colendum in quo ęterna bona spe-
randa sunt: omnibus domus suę mēbris
pari dilectione consulerēt. Quod natura-
lis ordo ita pręscribit: ut nomen patrũ-
familias hinc exortum sit: & tam late
uulgatum ut inique etiam dominantes

hoc se gaudeant appellari. Qui autē ueri patresfamilias sunt: omnibus in familia sua tanquam filiis ad colendum & promerendum deum cōsulunt: desiderantes atq; optantes uenire ad cęlestem domū: ubi necessarium non sit imperandi officiū mortalibus: quia nō necessarium erit officium consulendi: iam in illa immortalitate felicib9. Quo donec ueniatur: magis debent patres ꝙ dominātur q̄ serui tolerare ꝙ seruiūt. Si quis autem in domo per inobedientiam domesticę aduersatur paci: corripiatur uerbo seu uerbere: seu quolibet alio generꝰ pęnę iusto atq; licito: quantum societas humana concedit: pro eius qui corripitur utilitate. ut paci unde dissiluerat coaptetur. Sicut enim non est beneficentię adiuuando efficere ut bonum quod maius ē amittatur: ita nō est innocentię parcendo sinere ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium: nō solum nemini malū inferre uerum etiam cohibere a peccato uel punire peccatū, ut aut ipse q plectit̄ corrigatur experimento: aut alii terreantur exemplo. Quia igitur oīs domus initium siue particula debet esse ciuitatis: omne autem initium ad aliquem sui generis finem: & omnis pars ad uniuersi cuius pars est integritatem refertur: satis apparet esse consequens: ut ad pacem ciuicam pax domestica referatur. id est ordinata imperandi obediēdiq; concordia cohabitantium: referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam ciuium. Ita fit: ut ex lege ciuitatis pręcepta sumere patremfamilias oporteat: quibus suam domum sic rg̃at: ut sit paci accōmodata ciuitatis.

¶ Ca. .xvii.

SEd domus hominum qui non uiuunt ex fide: pacem terrenam ex huius temporalis uitę rbus commodisq; sectatur. Domus ergo hominum ex fide uiuentium: expectat ea quę in futurum ęterna promissa sunt. terrenisq; rebus ac temporalibus tanquā peregrina utitur. non quibus capiat̄ & auertatur quo tendit in deū: sed qbus sustentet̄ ad facilius toleranda minimeq; augenda onera corporis corruptibilis quod aggrauat aīā. Idcirco rerū uitę huic mortali necessariarū: utrisq; hoīb9 fidelibus & infidelibus et utriq; domui coīs ē usus: s; finis utēdi cuiq; suus proprius: multumq; diuersus. Ita etiam terrena ciuitas quę nō uiuit ex fide: terrenam pacem appetit: in eoq; defigit imperandi obediendiq; concordiam ciuium: ut eis sit de rebus ad mortalem uitam pertinentibus: humanarū quędam compositio uoluntatum. Ciuitas autem cęlestis uel potius pars eius: quę in hac peregrinat̄ mortalitate & uiuit ex fide: etiam ista pace necesse est utatur: donec ipsa cui talis pax necessaria est mortalitas transeat. Ac per hoc dum apud terrenam ciuitatē uelut captiuam uitam suę peregrinatiōis agit: iam promissione redemptionis & spirituali dono tanquam pignorꝰ accepto: legibus terrenę ciuitatis quibus hęc amministrantur: quę sustentandę mortali uitę accommodata sunt: obtemperare non dubitat. Ut quoniam communis est ipsa mortalitas: seruetur in rebus ad eam pertinentibus inter ciuitatem utranq; concordia. Verum quia terrena ciuitas habuit quosdam suos sapientes: q̄s diuina improbat disciplina: q uel suspicati uel decepti a dęmonib9: crederēt multos deos conciliandos esse rebus hūanis: atq; eorū diuersa q̄dāmō officia: diuersa subdita pertinere ad alium corpus ad alium animum. Inq; ipso corpore ad alium caput: ad alium ceruicem: & cętera singla ad singulos. Similiter in animo ad alium ingenium: ad alium doctrinam: ad aliū iram: ad aliū cōcupiam. inq; ipsis reb9 uitę adiacentibus: ad aliū pecus: ad alium triticum: ad aliū uinum:

ad alium oleum: ad aliũ siluas: ad alium nummos: ad alium nauigationem: ad alium bella atq; uictorias: ad alium coniugia: ad alium partũ ac fecunditatem: et ad alios alia cetera. Celestis autem ciuitas unum deum solum colẽdum nosset: eiq; tantummodo seruiendum seruitute illa que grece latria dicitur: et non nisi deo debetur: fideli pietate censeret: factũ est ut religionis leges cum terrena ciuitate non posset habere communes: proq; his ab ea dissẽtire haberet necesse: atq; oneri esse diuersa sentientibus: eorumq; iras et odia et persecutionum impetus sustinere: nisi cum animos aduersantium aliquãdo terrore sue multitudinis: et semp diuino adiutorio propulsaret. Hec ergo celestis ciuitas cum peregrinatur in terra: ex oĩbus gentibus ciues euocat: atq; in omnibus linguis peregrinã colligit societatez. non curans quidquid in moribus: legib9: institutisq; diuersum ẽ: quibus pax terrena uel conquiritur uel tenetur. nihil eorum rescindens nec destruens: imo etiã seruans ac sequens: quod licet diuersum sit in diuersis nationibus: ad unũ tamen eundemq; finem terrene pacis intẽditur: si religionem qua unus summus et uerus deus colendus docetur nõ impedit. Vtitur etiam ergo celestis ciuitas in hac sua peregrinatione pace terrena: & de reb9 ad mortalem hominis naturam pertinẽtibus: humanarum uoluntatum compositionem quantũ salua pietate ac religione cõceditur: tuetur atq; appetit. eamq; terrenam pacem refert ad celestem pacem: que uere ita pax est: ut rationalis dumtaxat creature sola pax habẽda atq; dicenda sit: ordinatissima scilicet atq; concordissima societas fruendi deo: et inuicẽ in deo. quo cum uentum fuerit non erit uita mortalis: sz plane certeq; uitalis. nec corpus animale quod dum corrumpitur aggrauat animaz: sed spirituale sine ulla indigentia ex omni parte subditum uoluntati. Hanc pacem dum peregrinatur in fide habet: atq; ex hac fide iuste uiuit: cum ad illam pacem adipiscendam refert quidquid bonarum actionum gerit erga deum & proximum: quoniam uita ciuitatis utiq; socialis est.

¶ Caplm. xviii.

Quod autem attinet ad illam differentiam quam de achademicis nouis Varro adhibuit: quibus sunt incerta oĩa. omnino ciuitas dei talem dubitationem tanquam demẽtiam detestaẽ. habens de rebus quas mente atq; ratione comprehendit: etiam si paruam propter corpus corruptibile quod aggrauat animam: quoniam sicut dicit apostolus ex parte scimus: tamen certissimã scientiam: criditq; sensibus in rei cuiusq; euidentia quibus per corpus animus utitur: quoniaz miserabilius fallitur qui nunq̃m eis putat esse credendum. credit etiã sanctis scripturis et ueteribus et nouis quas canonicas appellamus: unde fides ipsa cõcepta est: ex qua iustus uiuit: per quam sine dubitatiõe ambulamus q̃mdiu peregrinamur a domino: qua salua atq; certa de quibusdaz rebus quas neq; sensu neq; ratiõe percipimus: neq; nobis per scptu ram canonicam claruerũt: nec per testes quibus non credere absurdũ est in nr̃am notitiam peruenerunt: sine iusta reprehensione dubitamus.

¶ Caplm. xix.

Nihil sane ad istam pertinet ciuitatem: quo habitu uel more uiuendi si non est contra diuina precepta: istam fidem qua peruẽitur ad deũ quisq; sectetur: unde ipsos quoq; philosophos q̃ndo fiunt christiani: non habitum uel cõsuetudinẽ uict9 que nihil impedit religionez sed falsa dogmata permutare compellit. Vnde illam quam Varro adhibuit ex cynicis differẽtiam: si nihil turpiter atq; intemperanter agat: omnino non curat. Ex trib9 uero uite illius generib9: otioso:

actuoso: & ex utroq; composito: q̄muis salua fide quisq; possit in quolibet uitam eorum ducere: & ad sempiterna pręmia peruenire: interest tamen quid amore teneat ueritatis: quid officio caritatis impendat. Nec sic quisq; debet esse otiosus: ut in eodem otio utilitatem non cogitet proximi: nec sic actuosus: ut contemplationem non requirat dei. In otio nō iners uacatio delectare debet: sed aut inq̄sitio aut inuentio ueritatis: ut in ea quisq; ꝓficiat: et quod inuenerit teneat & alteri nō inuideat. In actione uero non amandus est honor in hac uita siue potentia: quoniam omnia uana sub sole: sed opus ip̄m quod per eundem honorem uel potētiam fit: si recte atq; utiliter fit: id est ut ad eaȝ salutem ualeat subditoruȝ quę sc̄dm deum est: ūde iam superius disputauimus. Propter quod ait apostolus. Episcopatū qui desiderat bonum opus desiderat. Exponere uoluit quid sit ępiscopatus. quia nomen est operis non honoris. Gręcum est enim atq; inde ductum uocabulum: ꝙ ille qui pręficitur superintendit curam scilicet eorum gerens. Epi quippe super: scopos uero intentio est. Ergo ępiscopin gręce latine superintēdere possumus dicere. ut intelligat non se ępiscopum: qui pręesse dilexerit nō prodesse. Itaq; a studio cognoscendę ueritatis nemo prohibetur: quod ad laudabile pertinet otium. Locus uero sup̄ior sine quo populus regi non potest: & si ita teneatur atq; amministretur ut decet: tn̄ indecenter appetit̄. Quamobrem otiū sanctū quęrit caritas ueritatis: negotiū iustum suscipit necessitas caritatis. Quam sarcinam si nullus imponit: percipiendę atq; intuendę uacādum est ueritati. Si autem imponitur: suscipiēda est ꝓpter caritatis necessitatē. Sed nec sic omimodo ueritatis delectatio deserenda est: ne subtrahatur illa suauitas: & opprimat ista necessitas.

Quamobrem ¶ Capl'm .xx.

Quamobrem summum bonum ciuitatis dei cum pax sit ęterna atq; perfecta: non ꝑ quam mortales transeant nascendo atq; moriēdo: sed in qua immortales maneant nihil aduersi omnimodo patiendo: quis ē qui illam uitam uel beatissimam neget: ul' in eius comparatione istam quę hic agitur quantislibet animi & corporis externarumq; rerum bonis plena sit: non miserrimam iudicet? Quam tamen quicunq; sic habet: ut eius usum referat ad illius finem quē diligit ardētissime ac fidelissime sperat: non absurde dici etiam nunc beatus potest: spe illa potius q̄ re ista. Res uero ista sine spe illa: beatitudo falsa & magna miseria est. Nō enim ueris animi bonis utitur: quoniam non est sapientia uera: quę intentionem suam in his quę prudenter discernit: gerit fortiter: cohibet temperanter: iusteq; distribuit: non in illum finem dirigit ubi deus erit om̄ia in omnibus: ęternitate certa atq; pace ꝑfecta. ¶ Capitulum .xxi.

Quapropter nunc est locus ut q̄potero breuiter ac dilucide expediā: quod in secundo libro huius operis me demonstraturum esse promisi: sc̄dm diffinitiōes quibus apud Ciceronem utitur Scipio in libris de republica: nunq̄ rempublicam fuisse romanā. Breuiter enim rempublicam diffinit esse rem ppl'i. Quę diffinitio si uera est: nunq̄m fuit romana respublica: quia nunq̄m fuit res populi. quam diffinitionem uoluit esse reipublicę. Populum enim esse diffiniuit cętum multitudinis iuris consensu & utilitatis communione sociatum. Quid autē dicat iuris cōsensum: disputando explicat: per hoc ostendens geri sine iustitia rempublicam nō posse. Vbi ergo iustitia uera non est: nec ius potest esse. Quod enim iure fit: profecto iuste fit. Quod autē fit iniuste: nec iure fieri potest. Non eni iura dicēda

sunt uel putanda iniqua hominum con-
stituta: cum illud etiam ipi ius esse dicāt:
quod de iustitię fonte manauerit: falsūq;
esse quod a quibusdam non recte sentien-
tibus dici solet: id esse ius quod ei qui
plus potest utile est. Quocirca ubi nō est
uera iustitia: iuris consensu sociatus cęt9
hominum non potest esse: et ideo nec po-
pulus iuxta illam Scipionis diffinitionē
uel Ciceronis. Et si non populus nec res
populi: sed qualiscunq; multitudinis quę
populi nomine digna non est: ac per hoc
si respublica res est populi: et popul9 non
est qui consensu nō sociatus est iuris: non
est autē ius ubi nulla est iustitia: procul-
dubio colligitur: ubi iustitia non est non
esse rempublicam. Iustitia porro ea uirt9
est: quę sua cuiq; distribuit. Quę igiť ius-
titia est hominis: quę ipsum homīem deo
uero tollit: & immūdis dęmonibus sub-
dit? Hoc nō est cuiq; sua distribuere. An
qui fundū aufert eius a quo emptus est:
et tradit ei qui nihil habet in eo iuris: in-
iustus ē: et qui seipsum aufert domināti
deo a quo factus est: & malignis seruit
spiritibus iustus est? Disputatur certe a-
cerrime ac fortissime ī eisdem ipsis de re-
publica libris: aduersus iniustitiam pro
iustitia. Et quoniam cum prius ageretur
pro iniustitię partibus contra iustitiam:
& diceretur nisi per iniustitiaʒ rempub-
licam stare augeriq; non posse: hoc uelut
ualidissimum positum erat: iniustum esse
ut homines hominibus dominantibus
seruiant: quam tamen iniustitiam nisi se-
quatur imperiosa ciuitas cuius ē magna
respublica: non eam posse prouinciis im-
perare. Responsū est a parte iustitię. ideo
iustum eē ꝙ talibus hominibus sit utilis
seruitus: & pro utilitate eorum fieri cum
aliquid recte fit: id est cum improbis au-
fertur iniuriarum licentia: & domiti se
melius habebūt q̃ indomiti se habuerūt.
Subditumq; est ut ista ratio firmaretur:

ueluti a natura sumptū nobile exempluʒ
atq; dictum est. Cur igitur deus homini:
aīmus corpori imperat: ratio libidini cę-
terisq; uiciosis animi ꝑtibus? Plane hoc
exemplo satis edoctum est: quibusdam
esse utilem seruitutem: et deo quidem ut
seruiatur utile esse hominibus. Seruiens
autem deo animus: recte corpori impe-
rat. inq; ipso aīmo ratio domino deo sub-
dita: recte īperat libidini cęterisq; uiciis.
Quapropter ubi homo deo non seruit:
quid in eo putandum est esse iustitię: q̃n-
doquidem deo non seruiens nullo modo
potest iuste aīmus corpori: aut humana
ratio uitiis imperare? Et si in homine tali
non est ulla iustitia: proculdubio nec in
hominum cętu: qui ex talibus cōstat ho-
minibus. Non est ergo hic iuris ille con-
sensus: qui hominum multitudinem po-
pulū facit: cuius res diciť esse respublica.
Nam de utilitate quid dicaʒ: cuius com-
munione etiam sociatus hominum cętus:
sicut sese habet ista diffinitio popul9 nū-
cupatur? Quamuis enim si diligenter
attendas: nec utilitas sit ulla uiuentium
qui impie uiuunt: sicut uiuit omnis qui
deo non seruit seruitq; dęmōibus: tanto
magis impiis quanto magis sibi cum sint
immundissimi spiritus tanquam diis sa-
crificari uolunt. Tamen quod de iuris
consensu diximus satis esse arbitror: ūde
appareat per hanc diffinitionem non esse
populum cuius respublica esse dicatur in
quo iustitia non est. Si enī dicunt non im-
mūdis spiritibus: ſʒ diis bonis atq; sāctis
in sua republica seruisse romanos: nūqd
eadem totiens repetenda sunt: quę iam
satis imo ultraq̃ satis est diximus? Quis
enim ad hunc locum per superiores hui9
operis libros peruēit: qui dubitare possit
malis et impuris dęmonibus seruisse ro-
manos: nisi uel nimium stolidus uel im-
pudentissime contentios9? Sed ut taceam
quales sunt q̃s sacrifitiis colebant: in lege

dei ueri scriptum est. Sacrificãs diis era-
dicabitur nisi domino tãtum. Nec bonis
igitur nec malis diis sacrificari uoluit: q
hec cum tanta comminatione precepit.

Capitulum .xxii.

SEd respõderi potest. Quis iste deus est: aut ũde
dignus probatur cui deberent obtempe-
rare romani: ut nullum deorum colerent
sacrificiis preter ipsum? Magne cecitatis
est adhuc querere: quis iste deus sit. Ipse
est deus: cuius prophete predixerũt ista
que cernimus. Ipe est deus: aquo respon-
sum accepit Abraam. in semine tuo omẽs
benedicentur gentes. Quod in xpo fieri
qui scdm carnem de illo semine exortus
est: idem ipsi qui remanserunt huius no-
minis inimici uelint nolint ue cognoscũt.
Ipse est deus cuius diuinus spiritus per
eos locutus est: quoꝝ predicta atq; com-
pleta per ecclesiam quam uidemus toto
orbe diffusam in libris superioribꝰ posui.
Ipse est deus quem Varro doctissimus
romanorum Iouem putat: q̃uis nesciens
quid loquatur. Quod tamen ideo cõme-
morandũ putaui: quoniã uir tante sciẽtie
nec ullum istum deum potuit existimare
nec uilem. Hunc enim esse eum credidit:
quem summum putauit deum. Postremo
ipe est deus quem doctissimus philoso-
phorum q̃uis christianorum acerrimus
inimicus: etiam per eorum oracula quos
deos putat: deum magnum Porphirius
confitetur.

Capitulum .xxiii.

NAm in libris q̃s Theologion phi-
losophias appellat: in quibus ex-
equitur atq; conscribit rerum ad phiam
pertinentium uelut diuina responsa. ut
ipa uerba eius quemadmodum ex greca
lingua in latinã interpretata sunt ponã.
Interrogãti inquit quem deum placãdo
reuocare possit uxorem suam a christia-
nismo: hec ait uersibus Apollo. Deinde
uerba uelut apollinis ista sũt. Forte ma-
gis poteris i aqua impressis lr̃is scribere.
aut inflans pẽnas leues per aera ut auis
uolare: q̃ semel pollute ruoces impie ux-
oris sensum. Pergat quomodo uult ma-
nibus fallatiis perseuerans: & lamenta-
tionibus fallacissimis mortuũ deũ cãtas:
quem iudicibus recta sentientibꝰ perditũ:
pessima i speciosis ferro uincta mors in-
terfecit. Deinde post hos uersus Apollis:
qui non stante metro latine interpretati
sunt subiunxit atq; ait. In his qdem ter-
giuersationẽ irremediabilis sententie eoꝝ
manifestauit dicens. Quoniã iudei susci-
piunt deum magis q̃ isti. Ecce uti decolo-
rans christuz iudeos preposuit xpianis:
confitens q iudei suscipiant deum. Sic. n.
exposuit uersus Apollinis. ũ a iudicibus
recta sentientibus christum dicit occisũ.
tanquam illis iuste iudicantibus: merito
sit ille punitus. Viderint quid de christo
uates mẽdax Apollinis dixerit. atq; iste
crediderit aut fortasse uatem quod non
dixit dixisse iste ipse cõfinxerit: quã sibi
constet uel ipsa oracula inter se faciat cõ-
uenire: postea uidebimus. Hic tamen iu-
deos tanquam dei susceptores recte iudi-
casse dicit de christo: q eũ morte pessima
excruciandum esse censuerint. Deus itaq;
iudeorum cui perhibet testimonium: au-
diendus fuit sic dicens. Sacrificans diis
eradicabitur nisi domino tantum. Sed ad
manifestiora ueniamus. & audiamus q̃
magnum deũ dicat esse iudeorum. Item
ad ea que interrogauit Apollinem quid
melius: uerbũ siue ratio: an lex. Respon-
dit inquit uersibus hec dicẽs. Ac deinde
subiecit Apollinis uersus: in quibus &
isti sunt: ut quantum satis est inde decer-
pam. In deum uerum inquit generatorẽ:
et in regem ante omnia: quem tremet ce-
lum & terra atq; mare: & infernorum
abdita: & ipsa numina perhorrescunt.
Quorum lex est pater: quem ualde sancti
honorant hebrei. Tali oraculo dei sui A-
pollinis Porphirius tam magnum deum

esse hebreorum dixit: ut deum et ipa numina perhorrescant. Cum ergo deus iste dixerit: sacrificās diis eradicabitur: miror ꝙ ipse Porphirius nō perhorruerit: & sacrificans diis eradicari non formidauerit. Dicit etiam bona de christo philosophus iste: quasi oblitus illius de qua pauloante locuti sumus contumelię suę: aut quasi ī somnis dii eius maledixerint christo: & euigilantes eū bonū esse cogᵒuerint: dignecꝫ laudauerint. Denicꝫ tanquam aliquid mirabile atcꝫ incredibile prolaturus: pręter opinionem inquit ꝑfecto quibusdam uideatur eē qđ dicturi sumus. Christum enim dii piissimum ꝑnuntiauerunt: et immortalem factum: et cum bona prędicatione eius meminerūt. Christianos autem pollutos inqͭ et contaminatos & errore implicatos esse dicūt: & multis talibus aduersus eos blasfemiis utūtur. Deinde subicit uelut deoꝝ oracula blasfemantium christianos. Et post hęc de christo autem inquit interrogātibus si est deus: ait Heccate. Quoniam quidem immortalis aīa post corp⁹ ut incedit nosti: a sapiētia autem abscisa errat semper. uiri pietate pręstantissimi est illa anima. hāc colūt alieni a ueritate. Deinde post uerba eius quasi oraculi sui ipse contexens. Piissimum igitur uirum inquit eum dixit: & eius animam sicut & aliorum piorum post obitum immortalitate donatam: et hanc christianos colere errantes. Interrogantibus aūt inqͭ. Cur ergo damnatus est: oraculo rn̄dit dea. Corpus quidem debilitantibus tormentis semper oppositum est: anima aūt piorum cęlesti sedi insidet. Illa uero anima aliis animabus fataliter dedit: quib⁹ fata nō annuerunt deorum obtinere dona: necꝫ habere Iouis immortalis agnitionem errore implicari. Propterea ergo diis exosi: quia quibus fato nō fuit nosse deum: nec dona a diis accipere: his fataliter dedit iste implicari errorē. Ipse uero pius & ī cęlum sicut pii incessit. Itacꝫ hūc quidem nōn blasfemabis: miraberis aūt dementiam hominum: ex eo in eis facile precepscꝫ periculum. Quis ita stultus est ut non intelligat aut ab homine callido eocꝫ christianis inimicissimo: hęc oracula fuisse conficta: aut cōsilio simili ab impuris dęmonibus ita fuisse responsa. ut scilicet quoniam laudant christum: propterea credantur ueraciter uituperare xp̄ianos: atcꝫ ita si possint intercludant uiā salutis ęternę ī qua quiscꝫ fit christian⁹. Suę quippe nocendi astutię milleformi sentiunt non esse contrarium: si credatur eis laudantibus christum: dum tamen credatur etiam uituperantibus christianos. ut eum qui utruncꝫ crediderit: talem christi faciant laudatorem: ne christianus esse uelit. Ac sic quamuis ab illo laudatus: ab istorum tamen dęmonum dominatu eum non liberet xp̄s: pręsertim quia ita laudant christum: ut quisquis in eum talem crediderit qualis ab ipsis prędicatur: christianus uerus nō sit. Sed Fotinianus hereticus qui tātūmodo hominem non etiam deum nouerit christuꝫ: & ideo per eum saluus esse nō possit: nec istorum mendaciloquorum dęmonum laqueos uitare uel soluere. Nos autē necꝫ Apollinem uituperantem christum: necꝫ Heccaten possumus approbare laudantem. Ille autem tāquam iniquū christum uult credi: quoniā a iudicibus recta sentientibus dicit esse occisuꝫ. ista hominem piissimum: sed hominem tantum. Vna ē tamen & illius & huius intētio. ut nolint homines esse christianos quia nisi christiani erunt: ab eorum erui potestate non poterunt. Iste uero philosophus uel potius qui talibus aduersus christianos q̈si oraculis credunt: prius faciant si possunt: ut inter se de ipso christo Heccate atcꝫ Apollo concordent: eumcꝫ aut ambo ui-

tuperent aut ambo collaudent. Quod si
facere potuissent: nihilominus nos et ui-
tuperatores & laudatores christi falla-
ces demones uitaremus. Cum uero eorũ
deus & dea iter se de christo ille uitupe-
rando: ista laudando dissentiant: pro-
fecto eis blasfemãtibus christianos non
credunt hoïes: si recte ipsi sentiant. Sane
christũ laudans uel Porphirius ul' Hec-
cate: cum dicant eum ipsum fataliter de-
disse christianis ut implicarẽtur errore.
causas tamen eiusdem sicut putat pandit
erroris. quas anteq̃m ex uerbis eius ex-
ponam: prius quero si fataliter dedit
christus christianis erroris implicationẽ.
Vtrum uolens aut nolẽs dederit. Si uo-
lens: quomodo iustus? Si nolens: quo-
modo beatus? Sed iam ipsius erroris
causas audiamus. Sunt inquit spiritus
terreni minimi loco terreno quodã: ma-
lorum demonũ potestati subiecti. ab his
sapientes hebreorum quorum unus etiaz
iste Ihesus fuit: sicut audisti diuina A-
pollinis oracula que superius dicta sunt.
ab his ergo hebrei demonibus pessimis
& minoribus spiritibus uetabant religi-
osos: & ipsis uacare prohibebant. uene-
rari autem magis celestes deos: amplius
autem uenerari deum patrem. Hec autez
inquit & dii precipiunt: & in superiori-
bus ostendimus quemadmodum aïad-
uertere ad deum monent et illum impant
colere ubiq;. Verum indocti et impie na-
ture: quibus uere fatum non concessit a
diis dona obtinere: neq; habere Iouis
immortalis notionem: non audientes &
deos & diuinos uiros: deos quidẽ om-
nes recusauerunt: prohibitos autem de-
mones non solum nullis odiis insequi:
sed etiam reuereri delegerunt. Deum au-
tem simulantes se colere: ea sola per que
deus adoratur non agunt. Nam deus
quidem utpote omnium pater nullius
indiget: sed nobis est bene cum eum per
iustitiam & castitatem aliasq; adoramus
uirtutes: ipsam uitam precem ad ipsum
facientes: per imitationem & inquisitio-
nem de ipso. Inquisitio enim purgat in-
quit: imitatio deificat affectiõem ad ipm
operando. Bene quidem predicauit deũ
patrem & quibus moribus sit colendus
dixit. Quibus preceptis prophetici libri
pleni sunt hebreorum: quando sancto-
rum uita siue laudatur siue uituperatur.
Sed in christianis tantum errat: aut tan-
tum calumpniatur quantum uolunt de-
mones quos deos opinatur. quasi cuiq̃m
difficile sit recolere que turpia: que de-
decora erga deorum obsequium in thea-
tris agebantur & templis: & attendere
que legantur: dicantur: audiantur in
ecclesiis: uel deo uero quid offeratur: &
hinc intelligere ubi edifitium & ubi rui-
na sit morum. Quis autem dixit huic uel
inspirauit: nisi diabolicus spiritus tam
uanum apertumq; mẽdatium: q demones
ab hebreis coli prohibitos: reuereantur
potius q̃ oderint christiani? Sed deus
ille quem coluerunt sapientes hebreorũ:
etiam celestibus sanctis angelis & uirtu-
tibus dei: quos beatissimos tanquam ci-
ues in hac nostra peregrinatione mortali
ueneramur & amamus: sacrificari uetat
intonans in lege sua quam dedit populo
suo hebreo: et ualde minaciter intulit di-
cens. Sacrificans diis eradicabitur. Et ne
quisquam putaret demonibus pessimis
terrenisq; spiritibus: quos iste dicit mi-
nimos uel minores: ne sacrificarẽ esse pre-
ceptum: quia & in scripturis sanctis ipsi
dicti sunt dii: non hebreorum sed genti-
um. quod euidenter in psalmo septuage-
simo interpretes posuerũt dicẽtes. Quo-
niam dii gentium demonia. ne quis ergo
putaret istis quidem demonibus prohi-
bitum esse: celestibus autem uel omnibus
uel aliquibus sacrificari esse permissum:
mox addidit: nisi domino soli. id est nisi

domino tantum. ne forte ꝙ ait domino soli: dominum solem credat esse quispiaꝫ: cui sacrificandum putat. Quod nō ita esse intelligendum in scripturis gręcis facillime reperitur. Deus igitur hebreorum cui tam magnum tantus etiā iste philosophus perhibet testimonium: legem dedit suo populo hebreo: hebreo sermone conscriptam: non obscuram & incognitam: sed omnibus iam gentibus diffamatam. in qua lege scriptum est. Sacrificans diis eradicabitur: nisi domino tantum. Quid opus est in hac eius lege eiusqꝫ prophetis de hac re multa perquirere: imo non perquirere? Non enim obstrusa uel rara sunt: sed aperta & crebra colligere: & in hac disputatōne mea ponere quibus luce clarius apparet: nulli omnino nisi tantū sibi deum uerum & summum sacrificari uoluisse. Ecce hoc unū breuiter imo grāditer: minaciter: sed ueraciter dictum ab illo deo quem tam excellēter eorum doctissimi prędicāt: audiatur: timeatur: impleatur: ne inobedientes eradicatio consequatur. Sacrificans diis eradicabitur inquit: nisi domino tantum. Non quo rei egeat alicuius: sed quia nobis expedit ut res eius simus. Huic enim canitur in sacris literis hebreorum. Dixi domino deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges. Huius autem pręclarissimum atqꝫ optimum sacrifitium nosipsi sumus. Hęc est ciuitas eius: cuius rei misterium cęlebramus oblatōnibus nostris: quę fidelibus notę sūt: sicut in libris pręcedentibus disputauimus. Cessaturas .n. uictimas quas in umbra futuri offerebant iudei: & unum sacrifitium gentes a solis ortu usqꝫ ad occasum sicut iam fieri cernimus oblaturas: per prophetas hebreos oracula increpuerᷣ diuina. Ex quibus quātum satis uisum est nonnulla ꝓtulimus: & iam huic operi aspersimus. Quapropter ubi non est ista iustitia: ut scđm suam gratiam ciuitati obedienti deus imperet unus & summus: ne cuiquaꝫ sacrificet nisi sibi tantum: & per hoc in omnibus hominibus ad eandem pertinentibus ciuitatem: atqꝫ deo obedientibus: animus etiam corpori atqꝫ uiciis ratio: ordine legitimo imperet fideliter: ut quemadmodum iustus unus: ita cętus populusqꝫ iustorum uiuat ex fide quę operatur per dilectionē: qua homo diligit deum sicut diligendus est deus: & ꝓximum sicut seipsum. Vbi ergo non est ista iustitia: profecto non est cętus hominum iuris consensu & utilitatis communione sotiatus. Quod si non est: utiqꝫ populus non est: si uera est hęc populi diffinitio. ergo nec respublica est. quia res populi non est: ubi ipse populus non est.

¶ Capitulum. xxiiii.

Si autem populus non isto sed alio diffiniᵗᵘʳ modo: uelut si dicatur populus est cętus multitudinis rationalis: rerum quas diligit concordi communione sotiatus: ꝓfecto ut uideatur qualis quisqꝫ populus sit ista sunt intuenda quę diligit. Quęcunqꝫ tamen diligat si cętus est multitudinis non pecorum sed rationalium creaturarum: & eorum quę diligit communione concordi sotiatus est: non absurde populus nuncupatur. tanto utiqꝫ melior quanto in melioribus: tantoqꝫ deterior quanto est in deterioribꝰ concors. Scđm istam diffinitionem nostram: romanus populus populus est: et res eius sine dubitatōne respublica. Quid autem primis temporibus suis quid ue sequētibus populus ille dilexerit: & quibus moribus ad cruentissimas seditiones: atqꝫ inde ad sotialia atqꝫ ciuilia bella perueniēs: ipaꝫ concordiam quę salus est quodammodo populi ruperit atqꝫ corruperit: testatur historia de qua in pręcedentibus libris multa posuimus. Nec ideo tamen uľ ipm̄ non esse populum: uel eius rem dixerim

non esse rempublicam: quoniam diu manet qualiscunque multitudinis rationalis cetus: rerum quas diligit concordi communione sotiatus. Quod autem de isto populo et de ista republica dixi: hoc de atheniensium uel quorumcunque grecorum uel egiptiorum: hoc de illa priore babilone assiriorum: quando in rebus suis publicis imperia uel parua uel magna tenuerunt: et de alia quacunque aliarum gentium intelligar dixisse atque sensisse. Generaliter quippe ciuitas impiorum cui non imperat deus obedienti sibi: ut sacrificium non offerat nisi tantummodo sibi: et per hoc in illa et animus corpori ratioque uiciis recte ac fideliter imperet: caret iusticie ueritate.

Qualibet Capitulum .xxv.

Quamuis enim uideatur animus corpori et ratio uiciis laudabiliter imperare: si deo animus et ratio ipsa non seruit sicut sibi seruiendum esse ipse deus precepit: nullo modo corpori uiciisque recte imperat. Nam qualis corporis atque uiciorum potest esse mens domina: dei ueri nescia: nec eius imperio subiugata: sed uitiosissimis demonibus corrumpentibus prostituta? Proinde uirtutes quas sibi habere uidetur: per quas imperat corpori et uiciis: ad quodlibet adipiscendum uel tenendum retulerit nisi ad deum: etiam ipsa uicia sunt potius quam uirtutes: nam licet a quibusdam tunc uere atque honeste putentur esse uirtutes cum ad seipsas referuntur: nec propter aliud expetuntur: tunc etiam inflate atque superbe sunt. et ideo non uirtutes sed uicia iudicanda sunt. Sicut enim non est a carne sed super carnem quod carnem facit uiuere: sic non est ab homine sed super hominem quod hominem facit beate uiuere. nec solum hominem sed etiam quamlibet potestatem uirtutemque celestem.

Quocirca Capitulum .xxvi.

Quocirca ut uita carnis anima est: ita beata uita hominis deus est: de quo dicunt sacre littere hebreorum. Beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Miser igitur populus ab isto alienatus deo. Diligit tamen etiam ipse quandam pacem suam non improbandam: quam quidem non habebit in fine: qui non ea bene utitur ante finem. Hanc autem ut interim habeat in hac uita nostra etiam interest. quoniam quamdiu permixte sunt ambe ciuitates: utimur et nos pace babilonis. ex qua ita per fidem dei populus liberatur: ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod et apostolus ammonuit ecclesiam ut oraret pro regibus eius atque sublimibus: addens et dicens ut quietam et tranquillam uitam agamus cum omni pietate et caritate. Et propheta Hieremias cum populo ueteri dei uenturam prenunciaret captiuitatem: et diuinitus imperaret ut obedienter in babiloniam irent: deo suo etiam ista patientia seruientes: monuit et ipse ut oraretur pro illa dicens: quia in pace eius est pax uestra. Vtique interim temporalis pax que bonis malisque communis est.

Pax autem Capitulum .xxvii.

Pax autem nostra propria et hic est cum deo per fidem: et in eternum erit cum illo per speciem. Sed hic siue illa communis: siue nostra propria talis est pax: ut solatium miserie sit potius quam beatitudinis gaudium. Ipsa quoque nostra iusticia quamuis uera sit: propter ueri boni finem ad quem refertur: tamen tanta est in hac uita: ut potius peccatorum remissione constet quam perfectione uirtutum. Testis est oratio totius ciuitatis dei que peregrinatur in terris. Per omnia quippe membra sua clamat ad deum. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Nec pro eis est efficax hec oratio: quorum fides sine operibus mortua est: sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidem subdita: in hac tamen conditione mortali et corpore corruptibili quod

aggrauat aīam: non perfecte uiciis ratio imperat: ideo necessaria ē iustis talis orō. Nam ꝑfecto q̄nq̄ imperetur: nequaquaꝫ sine cōflictu uiciis imperatur. Et utiqꝫ aliquid subrepit ī hoc loco infirmitatis etiā bene confligēti: siue hostibus talib9 uictis subditisqꝫ dominanti: unde si non facili operatione certe labili locutione aut uolatili cogitatione peccetur. Et ideo q̄diu uiciis imperatur plena pax non est: quia et illa quę resistunt periculoso debellātur prelio. & illa quę uicta sunt nondum securo triumphantur otio: sed adhuc solicito premuntur imperio. In his ergo temptatiōibus de quibus oībus in diuīs eloquiis breuiter est dictum: nūquid non temptatio est uita humana super terram. quis ita uiuerꝫ se prȩsumat ut dicēdo deo dimicte nobis debita nr̄a non necesse habeat: nisi homo elatus: nec uero magnus sed inflatus ac tumidus: cui per iustitiaꝫ resistit qui gratiam largitur humilibus. propter quod scriptum est deus supbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Hic itaqꝫ in unoquoqꝫ fideli iustitia est: ut obedienti deus homini: animus corpori: ratio autem uiciis etiā repugnātibus imperet: uel subigendo uel resistendo: atqꝫ ut ab ipso deo petatur et meritorum grā et uenia delictoruꝫ: ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluatur. In illa uero pace finali quo referenda & cuius adipiscendȩ causa habenda est ista iustitia: quoniam sanata immortalitate atqꝫ īcorruptione natura uicia non habebit: nec unicuiqꝫ nostrum ab alio uel a seipso quā repugnabit: non opus erit ut ratio uiciis quȩ nulla erunt imperet: sed imperabit deus homini: animus corpori. tantaqꝫ obediendi ibi erit suauitas & facilitas: quanta uiuendi regnandiqꝫ fȩlicitas. & hoc illic in oībus hominibus atqꝫ in singulis ȩternum erit: ȩternūqꝫ esse certū erit. & ideo pax huius beatitudinis: uel beatitudo pacis huius summū bonū erit.

Horum autē ¶ Caplm. xxviii. qui nō pertinent ad istam ciuitatē dei: erit & ecōtrario miseria sempiterna: que etiam secūda mors dicitur. quia nec aīma ibi uiuere dicēda est: quȩ a uita dei aliēata erit: nec corpus quod ȩternis doloribus sbiacebit. Ac ꝑ hoc ideo durior ista secunda mors erit: quia finiri morte non poterit. Sed quoniam sicut miseria beatitudini & mors uitȩ: ita bellum paci uidetur esse contrarium: merito queritur sicut pax in bonorum finibus prȩdicata est atqꝫ laudata: quod uł quale bellum in finibus malorū econtrario possit ītelligi. Verum qui hoc querit: actendat quid in bello noxium perniciosūqꝫ sit: & uidebit nihil aliud q̄ esse inter se rerū aduersitatē atqꝫ conflictum. Quod igitur bellū grauius & amarius cogitari potest: q̄m ubi uolūtas sic aduersa est passioni: et passio uolūtati: ut nullius earum uictoria tales inimicitię finiantur: et ubi sic confligit cū ipsa natura corporis uis doloris: ut neutrum alteri cedat. Hic enim qn̄ contigit iste cōflictus: aut dolor uincit & sensum mors adimit: aut natura uicit & dolorē sanitas tollit. Ibi autem et dolor ꝑmanet ut affligat: et natura perdurat ut sentiat. Quia utrunqꝫ ideo nō deficit: ne pȩna deficiat. Ad hos autem fines bonorum & malorum: illos expetendos istos cauendos: quoniam per iuditium transibunt ad illos boni: ad istos mali. de hoc iuditio quātū deus donauerit in consequenti uolumine disputabo.

De die ultimi iuditii dei q̄d ipe donauerit locuturi: eūqꝫ asserturi aduers9 ipios et īcredulos: tanq̄ ī ȩdifitii fūdamēto pri9 ponerꝫ

testimonia diuina debemus. Quibus qui nolunt credere: hūanis ratiunculis falsis atq; fallacibus contrauenire conātur. ad hoc ut aut aliud significare contendant: quod adhibet̃ testimoniū de lr̃is sacris: aut oīo diuinitus eē dictum negēt. Nam nullum existimo eē mortalium: qui cum ea sicut dicta sunt intellexerit: et a sūmo ac uero deo per animas sanctas dicta eē crediderit: nō eis cedat atq; cōsēnat. siue id ore etiā fateat̃: siue aliquo uicio fateri erubescat aut metuat: uel etiā peruicatia simillima īsanię id quod falsum eē nouit aut credit: etiā contentiosissime defender̃ moliatur. Quod ergo in cōfessione ac ꝓfessione tenet oīs ęcclesia dei ueri: christū de cęlo esse uenturū ad uiuos ac mortuos iudicandos: hunc diuini iuditii ultimū diem dicimus: id ē nouissimum tempus. Nam per quot dies hoc iuditiū tendatur incertum est. sed more sanctarum scṗturaꝝ diem poni solere pro tempore: nemo qui illas literas quamlibet negligēter legerit nescit. Ideo autem cum diem iuditii dei dicimus: addimus ultimū uel nouissimū: quia et nunc iudicat: et ab humani generis initio iudicauit: dimictēs de paradiso et a ligno uitę separans ṗmos hoīes: magni peccati perpetratores. Imo etiam quando angelis peccantibus non pepcit: quorum princeps homines a seipso subuersos inuidēdo subuertit: proculdubio iudicauit. nec sine illi⁹ alto iustoq; iuditiō: et in hoc aereo cęlo & in terris et dęonū & hominū miserrima uita ē: erroribus erumnisq; plenissima. Verum & si nemo peccasset: non sine bono rectoq; deus iuditio uniuersam creaturam rationalem perseuerantissime sibi domino suo coherentem: in ęterna beatitudine retineret. Iudicat etiam nō solum uniuersaliter de genere dęmonum atq; hominū: ut miseri sint propter primorum meritum pc̃toꝝ: sed etiam de singuloruꝫ operibus ꝓpriis quę gerunt arbitrio uoluntatis. Nam & dęmones ne torquęantur pręcantur: nec iniuste utiq; uel parcitur eis: uel pro sua quiq; improbitate torquentur. Et hoīes plęrūq; aperte plęrūq; occulte luunt pro suis factis diuitus pęnas: siue in hac uita siue post mortem: quāuis nullus hoīum agat recte nisi diuīo adiuuetur auxilio: nullus dęmonum aut hominum agat inique nisi diuino eodemq; iustissimo dei iuditio permictatur. Sicut eniꝫ ait apl̃s: non est iniquitas apud deum. Et sicut ipe dicit alibi inscrutabilia sunt iuditia dei: & inuestigabiles uię eius. Non igitur in hoc libro de illis primis: nec de istis mediis dei iuditiis: sꝫ de ipso nouissīo iuditō quantum ipse tribuerit disputabo. quādo christus de cęlo uenturus est uiuos iudicaturus & mortuos. Iste qppe dies iuditii proprie uocatur: eo ꝙ nullus ibi imperite erit quęrelę locus: cur iniustus ille sit fęlix: et cur iustus ille infęlix. Oīm nanq; tunc non nisi bonorū plena et uera fęlicitas: & omniū nō nisi malorū digna et summa infęlicitas apparebit.

Hunc autem ¶ Capitlm .ii.

et mala ęquo animo ferre discim⁹: quę patiūtur et boni: et bona nō magnipendere quę adipiscuntur & mali. Ac ꝑ hoc etiam in his rebus in quibus nō apparet diuina iustitia: salutaris est diuina doctrina. Nescimus enim quo iuditio dei bonus ille sit pauper: malus ille sit diues. Iste gaudeat quē pro suis ꝑditis morib⁹ cruciari debuisse merorib⁹ arbitramur: contristet̃ ille quem uita laudabilis gaudere debuisse persuadet: exeat de iuditō non solum inultus uerū etiam damnatus innocens: aut iniquitate iudicis pręssus: aut falsis obrutus testimoniis. Ecōtrario scelestus aduersarius eius non solum impunitus: uerum etiā uindicatus insultet. Impius optime ualeat: pius languore tabescat. Latrocinētur sanissimi iuuenes:

et qui nec uerbo ledere queñ potuerunt
diuersa morborũ atrocitate affligantur.
infantes utiles rebus hũanis immatura
morte rapiantur: et qui uidẽtur nec nasci
debuisse diutissime insuper uiuant. plen9
criminibus sublimetur honoribus: et ho-
minem sine querela tenebrę ignobilitatis
abscondant. & cętera huiusmodi. Quę qs
colligit? Quis enumerat? Quę si haberẽt
uelut in ipsa absurditate constantiam: ut
in hac uita in qua sicut sacer psalmus elo-
quitur homo uanitati similis factus est:
et dies eius sicut umbra prętereunt: non
nisi mali adipiscerẽtur transitoria bona
ista atq; terrena: nec nisi boni talia pate-
rẽtur mala: posset hoc referri ad iuditiũ
dei iustum: siue etiã benignum. ut qui nõ
erant assecuturi bona ęterna quę beatos
fatiunt: his temporalibus uel deciperent̃
pro malitia sua: uel pro dei misericordia
consolarẽtur bonis. & qui non erant pas-
suri ęterna tormenta: temporalibus uel
pro suis quibuscunq; uel quantuliscunq;
peccatis affligerẽtur: uel propter implẽ-
das uirtutes exercerentur malis. Nunc
uero quando non solũ in malo sunt boni
& in bono mali: quod uidetur iniustum:
uerum etiam plerũq; & malis mala eue-
niunt: & bonis bona proueniũt: magis
inscrutabilia fiunt iuditia dei: et inuesti-
gabiles uię eius. Quãuis ergo nesciamus
q̊ iuditio deus ista uel fatiat ul' fieri sinat:
apud quem summa uirtus est & summa
sapiẽtia: sũmaq; iustitia: nl'la infirmitas:
nulla temeritas: nulla iniquitas: salubri-
ter tamen discimus nõ magnipendere seu
bona seu mala: quę uidem9 bonis malisq;
communia: & illa bona quęrere quę bo-
norum: atq; illa mala maxime fuger̃ quę
propria sunt maloꝝ. Cum uero ad illud
iuditium dei uenerimus: cuius tempus
iam proprie dicitur dies iuditii: & aliqñ
dies domini nuncupat̃: nõ solum quęcũq;
tunc iudicabũtur uerum etiã quęcũq; ab
initio iudicata: & quęcunq; usq; ad illud
tempus adhuc iudicanda sunt: appebunt
esse iustissima. ubi hoc quoq; manifesta-
bitur q̃ iusto dei iuditio fiat: ut nunc tam
multa ac pene omnia iusta dei iuditia la-
teant sensus mortalesq; mentes: cũ tamẽ
in hac re piorũ fidem non lateat eẽ iustũ
quod latet. ¶ Capitl'm .iii.

Nempe Salomon sapiẽtissimus rex
israel qui regnauit in hierusalem:
librum qui uocat̃ ęcclesiastes & a iudeis
quoq; habetur in sacrarum canone lraꝝ:
sic exorsus est. Vanitas uanitatum dixit
ęcclesiastes. uanitas uanitatum et omnia
uanitas. Quę homini abũdantia ex omi
labore suo quo laborat sub sole? Et cum
ex hac sententia connecteret cętera: com-
memorãs erumnas erroresq; huius uitę:
& euanescentes interea temporum laps9:
ubi nihil solidum nihil stabile retinetur
in ea rerum uanitate sub sole: illud etiam
deplorat quodammodo: ꝙ cum sit abun-
dantia sapientię super insipientiam: sicut
est lucis abundantia super tenebras: sa-
piẽtisq; oculi sint in capite ipsius: et stult9
in tenebris ambulet: unus tamen incurs9
omnibus incurrat utiq; i hac uita quę a-
gitur sub sole. sig̃ficans uidelicet ea mala
quę bonis et malis uidemus esse commu-
nia. Dicit etiam illud ꝙ & boni patiãtur
mala tanq̃m sint mali: et mali tanq̃m boni
sint adipiscantur bona: ita loquens. Est
inquit uanitas quę facta ẽ super terram.
quia sũt iusti super quos uẽit sicut factuꝫ
impiorum: & sunt impii super quos uẽit
sicut iustorum factuꝫ. Dixi quoniam hoc
quoq; est uanitas. i hac uanitate cui q̃n-
tum satis uisum est intimandum istum
librum totum uir sapiẽtissimus deputa-
nit. non utiq; ob aliud: nisi ut eam uitam
desideremus quę uanitatem nõ habet sub
sole: sed ueritatem sub illo qui fecit hunc
solem. In hac ergo uanitate: nũqd ñ iusto
rectoq; dei iuditio similis eidem uanitati

factus uanesceret homo? In diebus tamē uānitatis suę interest plurimum: utrū resistat an obtemperet uanitati: & utrum sit expers uerę pietatis an particeps. Nō propter uitę huius uł bona adquirēda: uel mala uitanda uanescēdo transeuntia: sed propter futurum iudiciū: per quod erunt bonis bona & malis mala sine fine mansura. Deniq; iste sapiēs hunc librum sic cōclusit: ut diceret. Deū time et mandata eius custodi: hoc est omnis homo. quia omne hoc opus deus adducet in iuditium in omni despecto: siue bonum siue malum. Quid breuius: uerius: salubrius dici potuit? Deum inquit time: & eius mandata custodi. quia hoc est oīs homo. Quicunq; enim est: est custos utiq; mādatorum dei. quoniam qui hoc non est nihil est. Non enim ad ueritatis imaginem reformatur: remanens in similitudine uanitatis. Quia omne hoc opus id est quod ab homine fit in hac uita siue bonum siue malū: deus adducet in iudicium in omni despecto: id est in omni etiā qui contēptibilis hic uidet̄ & ideo nec uidetur. quia deus et ipm uidet nec eū despicit: nec eum cū iudicat preterit. ¶ Capitulum .iiii.

Quius itaq; ultimi iudicii dei testiomia de sanctis scripturis: quę poner̄ instituī prius eligenda sunt de libris testamenti noui: postea de ueteri. Quāuis enim uetera priora sint tempore: noua tū anteponenda sunt dignitate: quoniā illa uetera pręconia sunt nouorū. Noua igit̄ ponenda sunt prius. quę ut firmius probemus assumuntur et uetera. In ueterib9 habentur lex & prophetę: in nouis euāgelium & apostolicę literę. Ait aūt apls. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autē sine lege iustitia dei manifestata est: testificata per legem & pphetas. Iustitia autem dei per fidem Ihesu christi in oēs qui credunt. Hęc iustitia dei ad nouum pertinet testamentum: & testimonium a ueteribus libris habet: hoc ē a lege et pphetis. Prius igitur ipsa causa ponenda est: et postea testes introducendi. Hunc & ipse Ihesus christus ordinem seruādū esse demonstrans: scriba inquit eruditus in regno dei: similis est patrifamilias pferēti de suo thesauro noua et uetera. Nō dixit uetera et noua. quod utiq; dixisset nisi maluisset meritorum ordinē seruare q̄ temporum. ¶ Capitlm .v.

Ergo ipse saluator cū obiurgaret ciuitates ī quibus magnas uirtutes fecerat: neq; crediderant: et eis alienigēas anteponeret: uerūtamen inquit dico uobis. tyro & sydoni remissius erit in die iudicii q̄ uobis. Et paulo post alteri ciuitati. Amen inquit dico uobis quia terrę sodomorum remissius erit in die iudicii q̄ tibi. Hic euidentissime prędicat diem iudicii esse uenturum. Et alio loco. Viri ingt niniuitę surgent in iudicio cum ista generatione: et condemnabunt eam: quia penitentiā egerunt in prędicatione Ionę. Et ecce plusq̄m Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista: et condemnabit eam: quia uenit a finibus terrę audire sapientiam Salomonis. & ecce plusq̄m Salomon hic. Duas hoc loco res discimus. et uenturum esse iudicium: & cum mortuorum resurrectione uenturum. De niniuitis enim & regina austri quando hęc dicebat: de mortuis sine dubio loquębatur. quos tamen in die iudicii ſurrecturos eē prędixit. Nec ideo dixit condemnabunt: quia ipsi iudicabunt: sed quia ex ipsorum comparatiōe isti merito damnabuntur. Rursus alio loco cum de malorum hominum et bonorum nunc pmixtione postea separatiōe: quę utiq; die iudicii futura est loquęretur: adhibuit similitudinem de tritico seminato & supseminatis zizaniis: eamq; suis exponens discipulis. Qui seminat inquit bonū semē est filius hoīs: ager autem est hic mūdus:

bonum semen autem hi sunt filii regni: zi-
zania autem filii sunt nequam. Inimicus
autẽ q seminauit ea: est diabolus. Messis
uero consũmatio sęculi est. messores autẽ
angeli sunt. Sicut ergo colliguntᷣ zizania
& igni comburuntur: sic erit in cosũma-
tiõe sęculi. Micter filius hominis angelos
suos: et colligent de regno eius oĩa scã-
dala: & eos qui fatiunt iniquitatem: &
mictẽt eos in caminũ ignis. Ibi erit flet9
et stridor dentium. Tunc iusti fulgebũt
sicut sol in regno patris eorũ. Qui habet
aures audiendi audiat. Hic quidem iu-
ditium uel diem iuditii non nominauit:
sed eũ multo clarius ipis rbus expressit.
et in fine sęculi futurꝝ esse prędixit. Item
discipulis suis. Amen inquit dico uobis:
ꝙ uos qui secuti estis me: in regeneratõe
cum sederit filius hominis in sede maies-
tatis suę: sedebitis et uos super sedes du-
odecim iudicantes duodecim trib9 israel.
Hinc discimus cum suis discipulis Ihm
iudicaturum. Vnde et alibi iudeis dixit.
Si ego in Beelzebub eitio demonia: filii
uestri in quo eitiũt? Ideo ipsi iudices urĩ
erunt. Nec quoniam super duodecim se-
des sessuros eẽ ait duodecim solos homi-
nes cũ illo iudicaturos debemus putare.
Duodenario qppe numero uniuersa quę-
dam significata est multitudo iudicãtiũ:
propter duas partes numeri septenarii:
quo plerũq; significatur uniuersitas: quę
duę partes id est tria & quatuor altera
per alteram multiplicatę duodecim sunt
uel fatiũt. Nam quatuor ter & tria qter
duodecim sunt. et si qua alia huius duo-
denarii numeri quę ad hoc ualeat ratio
reperitur. Alioquin quoniam ĩ loco tra-
ditoris Iude apostolũ Mathiam legim9
ordinatum. Apostolus Paulus qui plus
illis omnibus laborauit: ubi ad iudican-
dum sedeat non habebit: qui profecto
cum aliis sanctis ad numerum iudicuꝫ se
pertinere demonstrat cum dixit. Nescitis
quia angelos iudicabimus? De ipsis qq;
iudicandis: in hoc numero duodenario
similis causa est. Non enim quia dictum
est iudicãtes duodeciꝫ tribus israel: trib9
Leui quę tertiadecima ab eis est iudicãda
non erit. Aut solum illum populum: non
etiam gentes ceteras iudicabunt. Quod
autem ait in regeneratione: proculdubio
mortuorum resurrectionem nomine re-
generationis uoluit intelligi. Sic eñi caro
nostra regenerabitur per incorruptionẽ:
quemadmodum aĩma nostra regenerata
est per fidem. Multa pręterea quę de ul-
timo iuditio ita dici uidẽtur: ut diligẽter
considerata reperiãtur ambigua: ul' ma-
gis ad aliud pertinentia: siue scilicet ad
eum saluatoris aduẽtum: quo per totum
hoc tempus in ecclesia sua uẽit: hoc est in
membris suis pticulariter atq; paulatim:
quoniam tota corpus eius est: siue ad ex-
cidiuꝫ terrenę hierusalem: quia et de illo
cum loquitur plerũq; sic loquitur tanq̃m
de fine sęcli: atq; de illo die iuditii nouis-
simo & magno loquatur: ita ut dinosci
non possit omnino: nisi ea quę apud tres
euangelistas: Matheũ: Marcũ: & Lucã:
de hac re similiter dicta sunt: inter se oĩa
conferantur. Quędam quippe alter ob-
scurius: alter explicat planius. ut ea quę
ad unã rem pertinentia dicuntur appeat
unde dicantur. Quod facere utcunq; cu-
raui in quadam epistola: quam rescripsi
ad beatę memorię uiruꝫ Esychium salo-
nitanę urbis episcopũ: cui9 epistolę titul9
est de fine sęcli. Proinde iã illud hic dicã
qđ in euãgelio scđm Matheũ de sepatiõe
bonorum et malorũ legitur: per iuditiũ
pręsentissimum atq; nouissimum christi.
Cum autem uenerit inquit filius hoĩs in
maiestate sua: et omnes angeli cũ eo: tunc
sedebit super sedem maiestatis suę. Et cõ-
gregabuntur ante eum omnes gẽtes: &
separabit eos ab inuicem sicut pastor se-
gregat oues ab hedis. Et statuet quidem

oues a dexteris suis: hedos autē a sinis-
tris. Tūc dicet rex his qui a dexteris ei9
erunt. Venite benedicti patris mei: possi-
dete paratum uobis regnum a cōstitutōe
mūdi. Esuriui enī et dedistis mihi mādu-
care: sitiui: & dedistis mī bibere. Hospes
eram: et collegistis me. Nudus: & coope-
ruistis me. Infirmus: & uisitastis me. In
carcere eram: et uenistis ad me. Tunc re-
spondebunt ei iusti dicentes. Domine qn̄
uidimus te esurientē et pauim9? Sitientē:
et dedimus tibi potum? Quando autem
te uidimus hospitem: & collegimus te?
Aut nudum: et cooperuimus te? Quādo
autem te infirmū uidimus aut in carcerē:
et uenim9 ad te? Et respondens rex dicet
illis. Amē dico uobis. q̄ndiu fecistis uni
de his fratrib9 meis minimis: mihi fecistis.
Tunc dicet et his q̄ a sinistris eius erunt.
Discedite a me maledicti ī ignem ęternū:
qui paratus est diabolo & angelis eius.
Deinde similiter etiā his enumerat: q̄ illa
nō fecerit quę dexteros fecisse mēorauit.
Similiterq; interrogantibus quando eū
uiderint in eorum indigentia constitutū:
qđ minimis suis nō est factum: sibi factū
non fuisse respondet. Sermonemq; cōclu-
dens: et hi inquit ibunt in supplitiū ęter-
num: iusti autē in uitam ęternam. Iohēs
uero euangelista apertissime narrat eum
in resurrectiōe mortuorum futurū prę-
dixisse iuditium. Cum enim dixisset neq;
enim pater iudicat quenq̄m: sed om̄e iu-
ditium dedit filio: ut omnes honorificēt
filium sicut honorificant patrem: qui non
honorificat filium non honorificat p̄rem
qui misit illum: protinus addidit. Amen
amē dico uobis: quia qui uerbum meum
audit et credit ei q̄ misit me: habet uitam
ęternam: & in iuditium non ueniet: sed
a morte transit ī uitā. Ecce hic dixit suos
etiam fideles in iuditiū non uenire. Quō
ergo per iuditium separabūtur a malis:
et ad eius dexteram stabūt: nisi quia hoc
loco iuditium pro damnatione posuit?
In tale enim iuditium non uenient q̄ au-
diunt uerbum eius: et credunt ei q̄ illum
misit. ¶ Capitlm̄ .vi.

DEinde adiungit et dicit. Amē amē
dico uobis: q̄a uenit hora & nūc ē:
quando mortui audient uocem filii dei:
et qui audierint uiuēt. Sicut enim pater
habet uitam ī semetipso: sic dedit & filio
uitam habere in semetipso. Nondum de
resurrectōne secunda id est corpoꝶ loq̄t:
quę in fine futura est: sed de prima quę
nūc est. Hanc quippe ut distingueret ait.
Venit hora & nunc est. Non autem ista
corporum: sed animarū est. Habent enim
et animę mortem suam in impietate atq;
peccatis: scđm quam mortem sūt mortui
de quibus idem dominus ait. Sine mor-
tuos sepelire mortuos suos: ut scilicet in
anima mortui in corpore mortuos sepe-
lirent. Propter istos ergo impietate &
iniquitate in anima mortuos: uenit inq̄t
hora et nunc est: quando mortui audient
uocem filii dei: et q̄ audierint uiuent. Qui
audierint dixit: qui obedierint: qui cre-
diderint: & usq; in finē perseuerauerint.
Nec fecit hic ullam differentiam bonorū
& malorum. Omnibus enim bonum est
audire uocem istius & uiuere: ad uitam
pietatis ex impietatis morte transeundo.
De qua morte ait apostol9 Paulus. Ergo
omnes mortui sunt: & pro omnib9 mor-
tuus est unus: ut qui uiuunt non iam sibi
uiuant: sed ei qui pro ipsis mortuus ē &
resurrexit. Omnes itaq; mortui sunt in
peccatis: nemine prorsus excepto: siue o-
riginalibus siue etiam uoluntate additis:
uel ignorando uel sciendo nec faciēdo qđ
iustum ē: et pro omnibus uiuis mortuis
uiuus mortuus est unus: id est nullū ha-
bens oīo peccatum, ut qui per remissionē
peccatorum uiuūt: iam non sibi uiuant: s;
ei q̄ pro oīibus mortuus est ꝓpter pc̄ta
nostra: et resurrexit ꝓpter iustificatōem

nost:am, ut credentes in eũ qui iustificat
impium: ex impietate iustificati tanquã
ex morte uiuificati: ad primã resurrecti-
onem quę nũc est pertinere possimus. Ad
hanc enim primam non pertinent nisi qui
beati erũt in ęternum. ad secundam uero
de qua mox locuturus est: & beatos do-
cebit pertinere et miseros. Ista est miseri-
cordię: illa iudicii: propter quod in psalmo
scriptũ est. Misericordiam et iuditium
cantabo tibi domine. De quo iuditio cõ-
sequenter adiunxit atq; ait. Et potestatẽ
dedit ei iuditium facere quia filius hominis
est. Hic ostendit quod in ea carne ueniet iu-
dicaturus: in qua uenerat iudicandus.
Ad hoc enim ait quoniã filius hominis
est. Ac deinde subiungens unde agimus.
Nolite inquit mirari hoc quod dixi; quia
ueniet hora in qua oẽs qui in monumẽtis
sunt audient uocem filii dei: & procedent
qui bona fecerunt in resurrectiõem uitę:
qui uero mala egerũt in resurrectionem
iuditii. Hoc est illud iuditium quod pau-
loante sicut nunc pro damnatione posu-
erat dicens. Qui uerbum meum audit &
credit ei qui misit me: habet uitã ęternã:
et in iuditium non ueniet: sed transiet a
morte in uitam: id est pertinẽdo ad pri-
mam resurrectionem qua nunc transitur
a morte aĩarum ad uitã uirtutũ: in damna-
tionẽ nõ ueniet quã significauit appellatiõe
iuditii. Sicut etiã in hoc loco ubi ait. Qui
uero mala egerunt in resurrectionem iu-
ditii id est damnationis. Resurgat ergo
in prima qui non uult in secunda resur-
rectiõe damnari. Venit ergo hora et nũc
est: quando mortui audient uocem filii
dei. et qui audierint uiuent id est in dãna-
tionem non uenient: quę secunda mors
dicitur. in quam secundam mortem post
secundam quę corporũ futura est resur-
rectionem pręcipitabũtur: qui in prima
quę animarum est non resurgunt. Veniet
enim hora. ubi non ait et nunc est: quia in

fine sęculi erit: hoc est in ultimo et maximo
dei iuditio: quando omnes qui in monu-
mentis sunt audient uocem eius & pro-
cedent. Nõ dixit quemadmodũ in prima: et qui
audierint uiuẽt. Nõ. n. oẽs uiuẽt: et uita
quę scilicet quoniam beata est sola uita dicẽda est.
Nam utiq; non sine qualicũq; uita possent
audire: & de monumẽtis resurgente car-
ne procedere. Quare autem non omnes
uiuent: in eo quod sequitur docet. Qui bona
inquit fecerunt: in resurrectionem uitę:
qui uero mala egerũt in resurrectionem
iuditii. Hi sunt qui non uiuent: quia se-
cũda morte morientur. Mala quippe egerũt:
quoniam male uixerũt. male autẽ uixe-
runt: quia in prima quę nunc est animarum
resurrectione non reuixerunt. aut in eo
quod reuixerant: non usq; in finem mãserũt.
Sicut ergo duę sũt regenerationes de qui-
bus iã supra locutus sum: una quę secundum
fidem est quę nunc fit per baptismum: al-
tera secundum carnẽ quę fiet in eius incorrupti-
one atq; immortalitate per iuditiũ magnũ
atq; nouissimũ: ita sunt et resurrectiones
duę. una prima quę nunc est & est aĩarum:
quę uenire in mortem secundam nõ per-
mictit: alia secunda quę nunc non est: sed
in fine sęculi futura est: nec animarũ sed
corporum est. quę per ultimum iuditium
alios mictit in secundam mortem: alios
in eam uitam quę non habet mortem.

De his duabus resurrectionibus — Capitulum .vii.

De his duabus ❡ Capl'm .vii.
resurrectionibus idem Iohannes
euãgelista in eo libro qui dicitur apoca-
lipsis eo modo locutus est. ut prima earũ
a quibusdam nostris nõ intellecta: etiam
in quasdam ridiculas fabulas uerteretur.
Ait quippe in libro memorato Iohannes
apostolus. Et uidi angelum descendẽtem
de cęlo: habentem clauẽ abissi: et catenam
in manu sua: & tenuit draconem illum
serpentem antiquũ qui cognominatus est
diabolus et sathanas: & alligauit illum
mille annis: & misit illum in abissum: &

clausit et signauit super eum: ut iam non
seduceret gentes donec finiant̃ mille ãni.
Post hęc oportet eũ solui breui tempore.
Et uidi sedes: et sedentes super eas: et iu-
ditium datum est illis: et animas occisoꝝ
propter testimonium Ihesu: & propter
uerbũ dei. Et si qui non adorauerũt besti-
am nec imaginem eius: neq; acceperunt
inscriptionem in fronte aut in manu sua:
& regnauerunt cum Ihesu mille annis.
Reliqui eorum non uixerũt: donec mille
anni finiantur Hęc resurrectõ prima est.
Beatus et sanctus est qui habet in hac pͥ-
ma resurrectione partem. In istis secũda
mors non habet potestatem: sed erũt sa-
cerdotes dei & christi: & regnabunt cũ
eo annis mille. Qui ꝓpter hęc uerba huiꝰ
libri primam resurrectionem: futuram
suspicati sũt corꝑalẽ: inter cętera maxi-
me numero annorum mille permoti sunt:
tanquam oporteret in sanctis eo modo
uelut tanti temporis fieri sabbatismum:
uacatõnem scilicet sanctam post labores
annorum sex milium ex quo creatus est
homo: & magni illius peccati merito in
huius mortalitatis erumnas de paradisi
fęlicitate dimissus est. ut quoniam sc̃ptuȝ
est: unus dies apud dominum sicut anni
mille: & mille anni sicut dies unus: sex
annorum milibus tanquam diebus sex
impletis sequat̃ uelut sabbati septimꝰ in
annis mille postremis: ad hoc scilicȝ sab-
batum cęlebrandũ resurgẽtibus sanctis.
Quę opinio esset utcũq; tollerabilis si de-
litię aliquę spirituales in illo sabbato af-
futurę sanctis ꝑ domini pręsentiam cre-
derent̃. Nã nos hoc etiam fuimus opīati
aliquando. Sed cum eos qui tunc resur-
rexerint dicãt īmoderatissimis carnalibꝰ
epulis uacaturos: ī quibus cibus sit tãtꝰ
ac potus: ut nõ solum nullam modestiaȝ
teneant: sed modum quoq; ipsius īcredu-
litatis excedant: nullo modo possunt nisi
a carnalibus ista credi. Hi aũt q̃ spũales

sunt: istos ista credẽtes chiliastas uocãt
greco uocabulo. Quod uerbum e uerbo
exprimentes: nos possumꝰ miliarios nũ-
cupare. Eos autem longum est refellere
ad singula. sed potius quemadmodũ hęc
scriptura accipienda sit iã debemus ostẽ-
dere. Ait ipse dominus noster Ihs xp̃s.
Nemo potest introire in domum fortis
et uasa eius eripeř: nisi prius alligauerit
fortem: diabolum uolens intelligi fortẽ:
quia ipse genus humanum potuit tenere
captiuuȝ. uasa uero eius quę fuerat erep-
turus: fideles suos futuros quos ille in
diuersis peccatis atq; impietatibus pos-
sidebat. Ut ergo alligaretur hic fortis:
propterea uidit iste apostolus in apoca-
lipsi angelum de cęlo descendentem: ha-
bentem clauem abissi: & catenã in manu
sua. Et tenuit inquit draconem illum ser-
pentem antiquũ q̃ cognomīatur diabolꝰ
et sathanas: et alligauit illum mille ãnis:
hoc est potestatem eius ab eis seducẽdis
ac possidendis qui fuerant liberandi co-
hibuit atq; frenauit. Mille autem anni
duobus modis possunt quãtum mihi oc-
currit intelligi. Aut quia in ultimis mille
annis res ista agitur id est sexto annorũ
miliario: tanquam sexto die cuius nunc
spatia posteriora uoluũtur: secuturo de-
inde sabbato quod non habet uesperam:
requiem scilicet sanctorum quę nõ habet
finem. ut huius miliarii tanquaȝ diei no-
uissimam partem: quę remanebit usq; ad
terminũ sęculi: mille annos appellauerit:
eo loquendi modo quo pars significatur
a toto. Aut certe mille annos pro annis
omnibus huius sęculi posuit. ut perfecto
numero notaretur ipsa temporis pleni-
tudo. Millẽarius q̃ppe numerus denarii
numeri quadratũ soliduȝ reddit. Decem
quippe decies ducta: fiunt centũ: quę iaȝ
figura quadrata sed plana est. Ut autem
in altitudine surgat & solida fiat: rursꝰ
centum decies multiplicãtur: et mille sũt.

Porro si centum ipa aliquo modo ꝑ uni-
uersitate ponantur: quale illud est quod
dominus omnia sua dimictenti & eum
sequenti promisit dicens: accipiet in hoc
sęculo centuplum. quod exponens quo-
dammodo apostolus ait. quasi nihil ha-
bētes & omnia possidentes. quia et ante
iam dictum est. fidelis homis totus mū-
dus diuitiarum est: quanto magis mille
pro uniuersitate ponūtur: ubi est solidi-
tas ipius denarię quadraturę? Vnde nec
illud melius intelligitur: quod in psalmo
legitur. Memor fuit in sęculum testamē-
ti sui: uerbi quod mandauit in mille ge-
nerationes: id est i omnes. Et illum inquit
in abissum misit: utiqȝ diabolum in abissū
misit. quo nomine sigͣficata est multitudo
innumerabilis impiorū: quę in maligni-
tate aduersus ęcclesiā dei multa ꝓfunda
sunt corda. Non quia diabolus ibi ante
non erat: sed ideo dicitur missus illuc: qa
exclusus a credētibus plus cępit impios
possidere. Plus nāqȝ a diabolo possidet̄:
qui non solum alienatus a deo: uerū etiaȝ
gratis odit seruientes deo. ¶ Ca. viii.

ET clausit inquit & signauit super
eum: ut iam non seduceret gentes
donec finiantur mille anni. Clausit super
eum dictū est: interdixit ei ne possit ex-
ire id est uetitū transgredi. Signauit aūt
quod addidit significasse mihi uidetur:
ꝙ occultum esse uoluit qui pertineant ad
partem diaboli: & qui non pertineant.
Hoc in sęculo isto prorsus latet. quia &
qui uidetur stare: utrum sit casurus: &
qui uidetur iacere: utrum sit surrectur⁹
ignotum est. Ab eis autem gētibus sedu-
cendis: huius interdicti uinculo & clau-
stro diabolus prohibetur atqȝ cohibet̄:
quas pertinentes ad christum seducebat
antea uel tenebat. Has enim deus elegit
ante constitutionem mūdi eruere de po-
testate tenebrarū: & trāsferre i regnum
filii claritatis suę. sicut dicit apostolus.

Nam seducere illum gentes etiam nunc
& secum trahere in ęternam pęnam: sed
non prędestinatas i ęternam uitam quis
fidelis ignorat? Nec moueat: ꝙ sępe dia-
bolus illos etiam seducit: qui iam rege-
nerati in christo uias ingrediuntur dei.
Nouit enim dominus q̄ sunt eius. ex his
in damnationem ęternam neminem ille
seducit. Sic enim nouit dominus eos ut
deus: quem nihil latet etiam futurorum.
non ut homo q̄ hoiem ad pręsens uidet:
si tn̄ uidet cuius cor nō uidet: qualis aūt
postea sit futur⁹: nec seipsum uidet. Ad
hoc ergo ligatus est diabolus et inclusus
in abisso: ut iam non seducat gentes ex
quibus cōstat ęcclesia: quas antea seduc-
tas tenebat anteq̄̄m eēnt ęcclesia. Neqȝ. n.
dictum est ut non seduceret aliquem: sed
ut non seduceret inquit iam gētes: in q̄-
bus ęcclesiā proculdubio intelligi uoluit.
donec inquit finiantur mille anni: id est
aut quod remanet de sexto die qui con-
stat ex mille annis: aut anni omnes q̄b⁹
deinceps hoc sęculum peragendum est.
Nec sic accipiendum est quod ait ut non
seduceret gentes donec finiantur mille
anni: quasi postea sit seducturus eas dū-
taxat gentes ex quibus prędestinata cō-
stat ęcclesia: a quibus seducendis illo est
uinculo claustroqȝ prohibitus. Sed aut
illa locutōne dictum est quę in scripturis
aliquotiens inuenitur: qualis est i psalmo
Sicut oculi nostri ad dominum deū nos-
trum donec misereatur nostri. Neqȝ eniȝ
cum misertus fuerit non erunt oculi ser-
uorum eius ad dominum deū suum. aut
certe iste est ordo uerborum. Et clausit et
firmauit super eum donec finiātur mille
anni. Quod uero interposuit ut non se-
duceret iā gentes ita se habet: ut ab hui⁹
ordinis connexione sit liberum & seor-
sum intelligendū uelut si post adderet̄:
ut sic se haberet tota sententia. Et clausit
& signauit super eū donec finiantur āni

mille: et iam non seduceret gentes. id est ideo clausit donec finiantur anni mille ut iam non seduceret gentes. Post hoc inquit oportet eum solui breui tempore. Si hoc est diabolo ligari et includi ecclesiam non posse seducere: hec ergo erit solutio eius ut possit? Absit. Nunquam enim ab illo ecclesia seducetur predestinata et electa ante mundi constitutionem: de qua dictum est nouit dominus qui sunt eius. Et tamen hic erit illo tempore etiam quo soluendus est diabolus: sicut ex quo est instituta hic fuit et erat omni tempore: in suis utique qui succedunt nascendo morientibus. Nam paulopost dicit: quod solutus diabolus seducet has gentes toto orbe terrarum: ac trahat in bellum aduersus eam: quorum hostium erit numerus ut arena maris. Et ascenderunt inquit super terre latitudinem: & cinxerunt castra sanctorum et dilectam ciuitatem. Et descendit ignis de celo a deo & comedit eos. & diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulfuris: ubi est & bestia & pseudo prophete: & cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum amen. Sed hoc iam ad nouissimum iudicium pertinet: quod nunc propterea commemorandum putaui: ne quis existimet eo ipso tempore paruo quo soluetur diabolus in hac terra ecclesiam non futuram: illo hic eam uel non inueniente cum fuerit solutus: uel absumente cum fuerit persecutus. Non itaque per totum hoc tempus quod liber iste complectitur a primo scilicet aduentu christi usque in finem seculi: quo erit eius secundus aduentus: ita diabolus alligatur ut hec eius ipsa sit alligatio: per hoc interuallum quod mille annorum numero appellat: non seducere ecclesiam: quando quidem illam nec solutus utique seducturus est. Nam profecto si eius alligatio est non posse seducere siue non permicti: quid erit solui nisi posse seducere siue permicti? Quod absit ut fiat. Sed alligatio diaboli est non permicti exercere totam temptationem quam potest: uel ui uel dolo ad seducendos homines in partem suam cogendo uiolenter fraudulenter ue fallendo. Quod si permicteretur: in tam longo tempore et tanta infirmitate multorum: plurimos tales quales deus id perpeti non uult: & fideles deiceret & ne crederent impediret. Quod ne faceret alligatus est. Tunc autem soluetur quando & breue tempus erit. Nam tribus annis et sex mensibus legitur totis suis suorumque uiribus seuiturus. et tales erunt cum quibus ei belligerandum est: ut uinci tanto eius impetu insidiisque non possint. Si autem nunquam solueretur minus appareret maligna eius potentia: minus sancte ciuitatis fidelissima patientia probaretur. Minus denique perspiceretur quam magno eius malo tam bene usus fuerit omnipotens deus: qui eum nec omnino abstulit a temptatione sanctorum: quamuis ab eorum interioribus hominibus ubi in deum creditur foras missum: ut forinsecus eius oppugnatione proficerent: & in eis qui sunt ex parte ipsius alligauit: ne quantam posset effundendo et exercendo malitiam: innumerabiles infirmos ex quibus multiplicari ecclesiam et impleri oportebat: alios credituros alios iam credentes a fide pietatis hos deterreret: hos frangeret: & solueretur in fine. ut quam fortem aduersarium dei ciuitas superauerit: cum ingenti gloria sui redemptoris: adiutoris: liberatoris: aspiciat. In eorum sane qui tunc futuri sunt atque fidelium comparatione quid sumus nos: quando quidem ad illos probandos tantus soluetur inimicus: cum quo nos ligato tantis periculis dimicamus? Quamuis & hoc temporis interuallo quosdam christi milites tam prudentes et fortes fuisse atque esse non dubium est: ut etiam si tunc in ista mortalitate uiuerent quando ille soluetur: omnes eius insidias atque impetus & cauerent prudentissime & pati-

entissime sustinerent. Hec autem alligatio diaboli nō solū facta est ex quo cepit ecclesia preter iudeam terram in nationes alias aliasq; dilatari: sed nunc etiam fit et fiet usq; ad terminum seculi quo est soluendus. quia et homines nunc ab infidelitate in qua ipse eos possidebat conuertūtur ad fidem: & usq; in illum finem conuertētur sine dubio. Et utiq; unicuiq; fidelium iste fortis tunc alligatur: q̄ndo ab illo tanquā uas eius eripitur: et abissus ubi inclusus est non in eis consumpta est quando sunt mortui: qui tunc erant quādo cepit esse inclusus: sed successerūt eis alii nascendo atq; succedunt donec finiatur hoc seculum qui oderint christianos: in quorum quotidie uelut in abisso cecis et profundis cordibus includatur. Vtrum autem etiam illis ultimis tribus annis & sex mensibus: quando solutus totis uiribus seuiturus est: aliquis ī qua non fuerat sit accessurus ad fidē: nōnulla questio est. Quomodo enim stabit quod dictum est: quis intrat in domum fortis ut uasa eius eripiat: n̄ prius alligauerit fortem: si etiam soluto eripiūtur? Ac per hoc cogere uidetur ista sententia: ut credamus illo licet exiguo tempore neminē accessurum esse populo christiano: sed cū eis qui iam christiani reperti fuerint diabolum pugnaturum: ex quibus etiam si uicti aliqui secuti eum fuerint: non eos ad predestinatum filiorum dei numeruz pertinere. Neq; enim frustra idem Iohēs apostolus qui et hanc apocalipsim scpsit: in epistola sua de quibusdā dixit. Ex nobis exierunt sed nō erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: mansissent utiq; nobiscum. Sed qd fiet de paruulis? Nimiū quippe incredibile est nullos iam natos & nōdum baptizatos preoccupari xpianorū filios illo tempore infantes: nllos etiam ipsis nasci iam diebus: aut si erunt non eos a parentibus suis usq; ad generationis lauacrum quocūq; modo pduci. Quod si fiet: quo pacto soluto iā diabolo uasa ista eripiētur: in cuius domum nemo intrat ut eius uasa eripiat: nisi prius alligauerit eum? Imo uero id potius eē credendum: nec qui cadant de ecclesia nec q accedant ad ecclesiam illo tempore defuturos. sed profecto tam fortes erunt & parentes pro baptizandis suis paruulis: et hi qui tunc primitus credituri sunt: ut illum fortem uincāt etiam non ligatum: id est omnibus qualibet antea nunquaz uel artibus insidiantē: uel urgentem uiribus: & uigilanter intelligant & toleranter ferant: ac si etiā illi non ligato eripiantur. Nec ideo falsa erit euangelica illa sententia. Quis intrat in domū fortis ut uasa eius eripiat: nisi prius alligauerit fortem. Scdm enim eius sentēntie ueritatē ordo iste seruatus est: ut prius alligaretur fortis: ereptisq; uasis eius lōge lateq; ex firmis et infirmis omnibus gentibus ita multiplicaretur ecclesia: ut ex ipsa reruz diuinitus predictarum et impletarū robustissima fide: etiam soluto uasa posset auferre. Sicut enim fatendum ē multorum refrigescere caritatem cum abundat iniquitas: etiam inusitatis maximisq; persecutōnibus atq; fallaciis diaboli iā soluti: eos qui in libro uite scripti non sunt esse multos cessuros: hinc cogitandum est: nō solum quos bonos fideles illud tempus inueniet: sed nonnullos etiam qui foris adhuc erunt adiuuante dei gratia p scpturarum considerationem: in quibus & alia et finis ipse prenūtiatur quem uenire iam sentiūt: ad credendum quod non credebant futuros esse firmiores: et ad uincēdum etiā non ligatū diabolū fortiores. Quod si ita erūt: ppterea precessisse credenda ē eius alligatio: ut et ligati et soluti expoliatio sequeretur: qm̄ de hac re est dictum. Quis intrabit in domū fortis ut uasa eius eripiat: n̄ prius alligauerit fortem?

Interea dum mille ¶ Capitlm̄ .ix.
ānis ligatus est diabol9: sancti dei cuȝ
christo regnāt: etiā ipis mille ānis eisdeȝ
sine dubio & eodem modo intelligēdis.
id est iam isto tempe prioris eius aduēt9.
Excepto quippe illo regno de quo in fine
dicturus est: uenite benedicti patris mei
possidere paratū uobis regnū. Nisi enim
alio aliq̄ modo longe quidem impari: iaȝ
nūc regnarēt cū illo sancti eius quib9 ait:
ecce ego uobiscū sum usqȝ in cōsumatioнē
seculi: ꝓfecto nō etiā nūc diceret̄ ecclesia
regnū eius: regnū ue celoruȝ. Nam utiqȝ
isto tempe in regno dei erudit̄ scriba ille
q ꝓfert de thezauro suo noua & uetera:
de quo supra locuti sum9. Et de ecclīa col-
lecturi sunt zizania messores illi: que per-
misit cū tritico simul crescere usqȝ ad mes-
sem. Quod exponens ait: messis est finis
seculi: messores autē sunt angeli. Sicut g°
colligūt̄ zizania et igni comburūt̄: sic erit
in cōsumatioē seculi. Mittet fili9 hominis
angelos suos: et colligent de regno ei9 oīa
scādala. Nūquid de regno illo ubi nulla
sunt scandala? De isto ergo regno ei9 qđ
est ecclesia hic colligētur. Item dicit. Qui
soluerit unū de mādatis istis minimis &
docuerit sic hoīes: mīm9 uocabit̄ in regno
celorum. Qui autē fecerit & sic docuerit:
mag9 uocabitur in regno celoꝝ. Vtrūqȝ
dicit i regno celoꝝ. & q nō facit mādata
que docet: hoc ē .n. soluere: nō seruare: nō
facer̄: et illū qui facit & sic docet: sed istū
mīnimum: illū magnū. et continuo secutus
adiūgit. Dico .n. uob: qa nisi abūdauerit
iustitia uestra sup scribarū & phariseoꝝ:
id est sup iustitiā eoꝝ q soluūt qđ docent.
De scribis .n. & phariseis alio loco dicit:
quoniā dicūt & nō faciunt. Nisi ergo sup
eos abundauerit iusticia uestra: id est ut
uos non soluatis sed potius qđ docebitis
faciatis: nō intrabitis inquit in regnum
celoꝝ. Alio modo igit̄ intelligendum est
regnū celoꝝ: ubi ambo sūt: & ille scilicet
qui soluit qđ docet: & ille q facit. Sed ille
minimus: ille magnus. Alio modo auteȝ
regnum celorum dicit̄: quo nō intrat nisi
ille qui facit. Ac per hoc ubi utrūqȝ gen9
est: ecclesia est qualis nūc est. Vbi autem
illud solū erit: ecclesia est qualis tūc erit:
quādo malus in ea non erit. Ergo ecclesia
& nūc est regnum xp̄i regnūqȝ celorum.
Regnant cum illo etiam nūc sancti eius:
aliter quidem quam tunc regnabunt. nec
tamen cum illo regnāt zizania: quamuis i
ecclesia cum tritico crescant. Regnant .n.
cum illo qui̅ faciunt quod ait apostolus.
Si cōsurrexistis cū christo que sursū sunt
sapite ubi xp̄s ē i dextera dei sedens: que
sursum sunt querite nō que sup terrā. De
qualib9 item dicit ꝙ eorū cōuersatio sit in
celis. Postremo cū illo regnāt: q eo modo
sunt i regno eius: ut ipsi etiam sint regnū
eius. Quomō autē sunt regnū xp̄i: qui ut
alia taceam: q̄uis ibi sint donec colligant̄
in fine seculi de regno eius oīa scandala:
tamen illic sua querūt non que ihu xp̄i?
De hoc ergo regno milicie in quo adhuc
cū hoste cōfligit̄: et aliq̄ndo repugnātib9
uiciis aliquādo cedentib9 imperat̄: donec
ueniat̄ ad illud pacatissimū regnum ubi
sine hoste r̄gnabit̄. Et de hac resurrectōe
prima que nūc est: liber iste sic loquit̄. Cū
.n. dixisset alligari diabolum mille ānis
& postea breui tēpe solui: mox recapi-
tulando qđ i illis mille ānis agat ecclesia
uel agatur in ea: & uidi inquit sedes &
sedentes sup eas: et iudiciū datū est. Non
est hoc putandū de ultimo iudicio dici: ȝ
sedes ꝑpositoꝝ & ipsi prepositi itelligēdi
sunt: ꝑ quos nūc ecclesia gubernat̄. Iudi-
cium autē dictū nullū accipiendū melius
uidet̄: q̄ id qđ dictum est: que ligaueritis
in terra ligata erūt et in celo. et que solue-
ritis in terra soluta erūt & in celo. Vnde
apl̄s. Quid eni mihi ē inq̄t de his q foris
sunt iudicare? Nonne de his q sunt intus
uos iudicatis? Et aīme inquit occisorum

ꝓpter testimoniũ ihesu: et ꝓpter uerbuꝫ
dei: subauditur quod postea dicturus est
& regnauerũt cum ihesu mille annis: aīę
scilicꝫ martirum nõdum sibi corporibus
suis redditis. Neqꝫ .n. pioꝝ aīę mortuoꝝ
separanť ab ęcclesia: quę nũc ē etiã regnũ
christi. Alioquin nec ad altare dei eorum
memoria fieret in communione corporis
xp̄i: nec aliquid prodessent ad eius bap-
tismũ in piclis currere: ne sine illo finiať
hęc uita: nec ad recõciliationẽ si forte per
pęnitentiã malã ue cõsciam qsqꝫ ab eodeꝫ
corpe sepatus est. Cur .n. fiũt ista n̄ quia
fideles etiã defũcti membra eiꝰ sũt? Quã-
uis ergo cum suis corporibꝰ nõdum: iam
tamen eoꝝ animę regnant cum illo: dum
isti mille ãni decurrũt. Unde ī hoc eodeꝫ
libro & alibi legitur. Beati mortui qui ī
domino moriunť. Amodo etiã iam dicit
spiritus ut requiescant a laboribꝰ suis. nã
opera eoꝝ secunť illos. Regnat itaqꝫ cum
xp̄o nũc p̄mũ ęcclesia ī uiuis et mortuis.
Propterea enī sicut dicit apostolus mor-
tuus est christus: ut uiuoꝝ & mortuorũ
dn̄eť. Sed ideo tãtũmodo martirum aīas
cõmẽorauit: q̄a ipi mortui pcipue regnãt:
qui usqꝫ ad mortẽ ꝓ ueritate certauerũt.
Sed a parte totũ etiam mortuos cęteros
intelligimus ptinẽtes ad ęcclesiam qđ est
regnũ xp̄i. Quod uero sequiť: et si q non
adorauerint bestiã nec imaginẽ eius: nec
acceperint īscriptionẽ ī frõte aut ī manu
sua: similiter de uiuis et mortuis debemꝰ
accipere. Quę porro sit ista bestia q̃muis
sit diligentius requirendum: non tamen
abhorret a fide recta: ut ipa ipia ciuitas
intelligať: & populus īfidelium cõtrariꝰ
fideli populo & ciuitati dei. Imago uero
eius simulatio eiꝰ mihi uideť: in eis scilicꝫ
hominibus qui uelut fidem ꝓfitentur &
infideliter uiuũt. Fingunt .n. se esse qđ nõ
sunt: Vocanťqꝫ nõ ueraci effigie sꝫ fallaci
imagine xp̄ani. Ad eãdem nãqꝫ bestiam
ptinẽt nõ solum aperti īimici nominis xp̄i:
& eiꝰ gloriosissimę ciuitatis: sꝫ etiã zizania
quę de regno eiꝰ qđ est ęcclesia ī fine sęculi
colligẽda sũt. Et q sũt q bestiaꝫ nõ adorãt
nec imaginẽ eius: nisi qui faciunt qđ ait
apostolꝰ: ne sitis iugũ ducẽtes cũ īfideli-
bus? Non adorant .n. est nõ consentiunt:
nõ subiciunť: neqꝫ accipiũt inscriptionẽ:
notam scilicet criminis in fronte: propter
ꝓfessionem: ī manu propter opationes.
Ab his ġ malis alieni siue adhuc in ista
mortalitate uiuẽtes: siue defuncti: r̄gnãt
cũ xp̄o: iã nunc quodãmodo huic tẽpori
cõgruo: per totũ hoc interuallum quod
numero mille sig̃ficať ãnoꝝ. Reliqui eoꝝ
inquit non uixerũt. Hora .n. nunc est: cuꝫ
mortui audiunt uocẽ filii dei: & qui au-
dierĩt uiuẽt. Reliqui eoꝝ nõ uiuẽt. Quod
uero subdidit donec finianť mille anni:
intelligendũ ē ꝙ eo tempore nõ uixerunt
quo uiuere debuerũt: ad uitam scilicet de
morte transeundo. Et ideo cũ dies uene-
rit quo fiet et corporum resurrectio: non
ad uitam de monumẽtis ꝓcedent: sed ad
iudiciũ: ad damnationẽ scilicꝫ quę secũda
mors diciť. Donec .n. finianť mille anni:
quicũqꝫ nõ uixerit id est isto toto tẽpore
q̃ agitur prima resurrectio: non audierit
uocẽ filii dei: & ad uitã de morte trãsie-
rit: ꝓfecto in scđa resurrectiõe quę carnis
est: ī mortẽ secũdã cũ ipsa carne trãsibit.
Seqť .n. et dicit. Hec resurrectio prima ē:
Beatꝰ et sanctꝰ q habet in hac p̄ma r̄sur-
rectiõe ptẽ: id ē particeps eiꝰ ē. Ipse ē aũt
pticeps eiꝰ: q nõ solũ a morte quę ī pctīs ē
r̄uixit: uerũ etiã in eo ꝙ reuixerit per-
manet. In his inq̄t secũda mors nõ habet
ptãtẽ. Habet ġ in reliquis de quibꝰ supe-
rius ait: reliqui eoꝝ non uixerunt donec
finianť mille anni: q̄m isto toto tẽporis
interuallo qđ mille annos uocat: q̃tũcũqꝫ
in eo quisqꝫ eoꝝ uixit in corpe: nõ r̄uixit
a morte in q̃ euꝫ tenebat impietas: ut sic
reuiuiscendo primę r̄surrectiõis pticeps
fieret: atqꝫ in eo ptãtẽ scđa mors nõ hr̄et.

HVnc qui putant ¶ Capl'm.x.
reſurrectionem dici non poſſe niſi
corporum: ideo iſtā quoq; ī corporibus
primam futurā eſſe contendūt. Quoꝝ.n.
eſt cadere iq̄ūt: eoꝝ eſt reſurgere. Cadūt
autē corpora moriendo: nam a cadendo
cadauera nūcupanť. Non ergo animarū
inquiūt reſurrectio poteſt eſſe: ſ; corpuz.
Sed quid cōtra apoſtolum dicunt q eam
reſurr̄ctionē appellatꝰ Nā ſc'dm iteriorē
nō ſ̄m exteriorē hoīez utiq; r̄ſurrexerāt:
quibꝰ ait. Si ſurrexiſtis cū x̄ que ſurſum
ſunt ſapite. Quē ſenſum aliis uerbis alibi
poſuit dicens: ut q̄admodū xp̄s a mor-
tuis reſurrexit per gloriam patris: ſic et
nos ī nouitate uite ambulemus. Hinc ē et
illud. Surge q dormis: et exurge a mor-
tuis & illuīabit te xp̄s. Quod aūt dicūt
non poſſunt reſurgere niſi qui cadunt: et
ideo putāt reſurrectionē ad corpora nō
ad animas pertinere: quia corporum eſt
cadere: cur non audiūt non recedans ab
illo ne cadans: & ſuo domino ſtat aut
cadit: & qui putat ſe ſtare uideat ne ca-
dat. Puto .n. ꝙ in anima non in corpore
caſus iſte cauendus eſt. Si igiť cadentiū ē
reſurrectio: cadunt & anime: ꝑfecto &
animas reſurgere cōfitendum eſt. Quod
autem cū dixiſſet in iſtis ſecūda mors nō
habet poteſtatē: adiūxit atq; ait: ſ; erūt
ſacerdotes dei & xp̄i: et regnabunt cum
eo mille ānis: Nō utiq; de ſolis epiſcopis
& preſbiteris dictum eſt: qui proprie iā
uocanť in eccleſia ſacerdotes: ſ; ſicut oēs
xp̄ianos dicimus ꝑpter miſticum criſma:
ſic omēs ſacerdotes qm̄ mēbra ſunt uniꝰ
illius ſacerdotis. De q̄bus ap'ls Petrus.
Plebs inquit ſcā regale ſacerdotiū. Sane
licet breuiter atq; tranſeūter inſinuauit
deū eſſe xp̄m: dicēdo ſacerdotes dei et x̄:
hoc eſt p̄ris et filii: q̄uis ꝑpter formā ſ̄ui
ſicut filius hoīs: ita etiā ſacerdos x̄ effectꝰ
ſit ineternū ſ̄m ordinem Melchiſedech.
De qua re in hoc opere nō ſemel diximꝰ.

AT cum finiti fuerint ¶ Capl.xi.
inquit mille āni: ſolueť ſathanas
de cuſtodia ſua: & exibit ad ſeducendas
naciones que ſūt ī quatuor angul' terre:
Gog & Magog: & trahet eas in bellum:
quoꝝ numerꝰ eſt ut arena maris. Ad hoc
ergo tūc ſeducet: ut ī hoc bellum trahat.
Nā et ātea modis quibꝰ poterat: ꝑ multa
mala & uaria ſeducebat. Exibit autem
dictū eſt ī apertam ꝑſecutōez: de latebris
erumpet odiorum. Hec.n. erit nouiſſima
perſecutio: nouiſſimo imminente iudicio:
quaz ſcā eccleſia toto terraꝝ orbe patieť:
uniuerſa ſcilicet ciuitas xp̄i ab uniuerſa
diaboli ciuitate: q̄tacūq; erit utraq; ſuper
terrā. Gentes quippe iſte quas appellat
Gog & Magog: non ſic ſunt accipiende
tanq̄ ſint aliqui mali in aliq̄ pte terrarū
barbari cōſtituti: ſiue q̄d quidā ſuſpicanť
Getas & Maſſagetas ꝑpter horū noīm
lr̄as p̄mas: ſiue alios aliq̊s alienigenas et
a romano iure ſeiūctos. Toto nāq; orbe
terraꝝ ſignificati ſūt iſti eſſe: cū eſt dictū
nationes que ſunt in q̄tuor angulis terre:
eaſq; eſſe ſubiecit Gog & Magog. Quoꝝ
interpretationē noīm eſſe cōpimus Gog
tectuz: Magog detectū. tanq̄ domus et
ipſe q ꝑcedit de domo. Gentes ergo ſunt
in quibꝰ diabolū uelut in abiſſo ſuperius
intelligebamus incluſum: & ipſe de illis
q̊dāmodo ſeſe offerens & ꝑcedēs: ut ille
ſint tectum ille detectū. Si autem utrūq;
referamus ad gentes: non unum horum
ad illas: alterū ad diaboluz: & tectū ipſe
ſunt gentes: quia in eis nunc includitur
& quodāmō tegiť inimicus antiquus. &
de tecto ipſe erūt: quādo in apertū odiū
de opto erupture ſunt. Quod uero ait &
deſcenderunt ſuper terre latitudinem: &
cinxerunt caſtra ſanctoꝝ et dilectā ciui-
tatem: non utiq; ad unū locum ueniſſe uel
uenturi eſſe ſig̃ficati ſūt: q̄ſi aliq̊ uno loco
futura ſint caſtra ſanctorum: & dilecta
ciuitas cum hec nō ſit niſi xp̄i eccleſia toto

orbe terrarũ diffusa: ac per hoc ubicũq
tunc erit que in omnib9 gentibus erit: qđ
significatũ noĩe latitudinis terre: ibi erũt
castra sãctoꝝ: ibi dilecta deo ciuitas ei9:
ibi ab omnib9 inimicis suis quia & ipĩ cũ
illa in oĩb9 gentibus erũt: psecutionis illi9
immanitate cingetur: hoc est in angustia
tribulatioĩs artabiẽ: urgebiẽ: cõcludeẽ:
nec miliciam suã deseret: que uocabulo ẽ
appellata castroꝝ. ¶ Capitlm· xii.

Quod uero ait et descẽdet ignis de
celo et comedet eos: nõ extremum
putandũ est id esse supplitiũ: qđ erit cum
dicetur discedite a me maledicti ĩ ignem
eternũ. Tunc qppe in ignẽ mictenẽ ipsi:
nõ ignis de celo ueniet sup ipsos. Hic aũt
bñ itelligiẽ ignis de celo: de ipa firmitate
sanctoꝝ: q̃ nõ cessuri sunt seuiẽtib9 ut eoꝝ
faciãt uoluntatẽ. Firmamẽtũ. n. est celũ:
cuius firmitate illi cruciabunẽ ardẽtissio
zelo: qm̃ nõ potuerũt actrahere in partes
antix̃. sanctos xpĩ. Et ipse erit ignis qui
comedet eos. Et hoc a deo: qa dei munere
fiũt sancti ĩsupabiles unde excruciantur
inimici. Sicut. n. zelus ĩ bono positũ ẽ ubi
legiẽ: zelus dom9 tue comedit me: ita ecõ-
trario in malo ubi diciẽ: zelus occupauit
plebem ineruditam. Et nũc ignis cõtrari-
os comedet: & nunc utiq excepto scilicet
ultimi illi9 igne iudicii. Aut si ipaꝫ plagaꝫ
qua pcutiendi sunt ecclesie psecutores ue-
niente iam xp̃o: quos uiuentes in ueniet
sup terraꝫ quãdo interficiet antixp̃m spũ
oris sui: ignẽ appellauit descẽdẽtẽ de celo
eosq comedẽteꝫ. Neq hoc ultimũ suppli-
tium erit impioꝝ: sꝫ illud qđ facta corpm
resurrectiõe passuri sunt. ¶ Cap· xiii.

Hec persecutio nouissima que futura
est ab antixp̃o. sicut iam diximus:
qa et in hoc libro supius et apud Danielẽ
pphetam positũ est: tribus ãnis & sex
mensib9 erit. Quod tempus q̃uis exiguũ
utrum ad ãnos mille ptineat: quibus &
diabolũ ligatũ dicit et sanctos cum xp̃o
regnare: an eisdẽ ãnis hoc paruũ spatiũ
subaddaẽ atq sit extra merito ambigiẽ.
Quia si dixerimus ad eosdem annos hoc
ptinere: nõ tãto tempe sꝫ plixiore cũ xp̃o
regnum sanctoꝝ reperieẽ extendi: quaꝫ
diabolus alligari. pfecto. n. sancti cũ suo
rege etiam in ipsa precipue persecutione
regnabunt: mala tãta uincentes: qñ iam
nõ erit diabol9 alligatus: ũt eos persequi
omnibus uirib9 possit. Quomõ ergo ista
scriptura eisdẽ mille annis utrũq deter-
minat: diaboli scilicꝫ alligationẽ regnũq
sanctoꝝ: cũ trium annoꝝ & sex mensiuꝫ
interuallo: pri9 desinat alligatio diaboli:
q̃ regnũ sanctoꝝ in his mille ãnis cuꝫ xp̃o.
Si autẽ dixerimus puum persecutionis
hui9 hoc spatiũ non cõputandum in mille
annis: sꝫ eis impletis potius adiciendum:
ut proprie possit intelligi: q cuꝫ dixisset
sacerdotes dei & xp̃i regnabunt cum eo
mille annis: adiecerit et cum finiti fueriẽ
mille anni soluetur sathanas de custodia
sua. isto. n. modo & sanctoꝝ regnum &
uinculũ diaboli silr̃ cessatura esse sigñficat:
ut demũ illi9 psecutionis tẽp9 nec ad scõꝝ
regnum nec ad custodiã sathane quoruꝫ
utrũq in mille ãnis est ptinere: sꝫ sup ad-
ditũ & extra cõputandum esse credatur:
cogemur fateri sanctos ĩ illa persecutiõe
regnaturos nõ esse cum christo. Sed quis
audeat dicere cum illo tũc nõ regnatura
sua mẽbra: qñ ei maxime atq fortissime
coherebũt: & quo tempe q̃nto erit acrior
impet9 belli: tãto maior gloria nõ cedẽti:
tãto densior corona martirii. Aut sꝫ pp-
ter tribulationes quas passuri sunt non
dicendi sunt regnaturi: consequẽs erit ut
etiaꝫ supiorib9 dieb9 in eisdeꝫ mille annis
quicũq tribulabunẽ sanctoꝝ: eo ipo tpe
tribulatioĩs sue cũ xp̃o nõ r̃gnasse dicãẽ.
Ac per hoc & illi quoruꝫ animas auctor
hui9 libri uidisse se scribit occisoꝝ pp̃ter
testimonium Ihesu et pp̃ter uerbum dei:
non regnabãt cuꝫ xp̃o. quãdo patiebanẽ

persecutionem: & ipsi regnum christi nõ
erãt quos xp̃us excellentius possidebat.
Absurdissimũ id quidem & omnimodo
auersandum. Sed certe anime uictrices
gloriosissimoꝝ martirũ oibus doloribus
ac laborib⁹ supatis atq; finitis: postea q̃m
mortalia membra posuerũt: cũ xp̃o utiq;
regnauerũt & regnant donec finiantur
mille ãni: ut postea etiã corpib⁹ receptis
iam immortalibus regnẽt. Proinde illis
trib⁹ annis atq; dimidio: anime occisorũ
pro ei⁹ martirio & que tũc antea de cor-
poribus exierunt: & que ipsa nouissima
persecutione sunt exiture: regnabunt cũ
eo donec finiatur mortale seculũ: & ad
illud seculum ubi mors nõ erit trãseat.
Quocirca cũ christo regnãtium sanctoꝝ
plures anni erunt: q̃ uinculi diaboli atq;
custodie. Quia illi cum rege suo filio dei:
iam diabolo non ligato etiam p tres illos
annos ac semissem regnabunt. Remanet
igit̃ cum audim⁹ sacerdotes dei & christi
regnabũt cum eo mille annis: & cũ finiti
fuerint mille anni soluetur sathanas de
custodia sua: aut nõ regni hui⁹ sanctorũ
intelligamus ãnos mille finiri: sꝫ uinculi
diaboli atq; custodie: aut annos mille id
est omnes ãnos suis quosq; horis diuersis
ac ꝓpriis ꝓlixitatib⁹ finiẽdos: amplioŕs
sanctoꝝ r̃gno breuiores diaboli uinclõ:
aut certe quoꝝ triũ annoꝝ & sex mẽsiũ
breuissimũ spaciũ est computari uoluisse
credat̃: siue q̄ min⁹ sathane uinculũ: siue
q̄ amplius uidet̃ habere regnũ sanctoꝝ:
sicut de q̃dringentis annis in sextodecio
hui⁹ operis uolumine disputaui: quomiã
aliqui plus erant & tamen q̃dringẽti sũt
nũcupati: & talia sepe reperiũt̃ ĩ sacris
literis si quis aduertat. ¶ Caplm̃. xiiii.

POst hanc autẽ ꝑsecutionis nouissĩe
cõmẽoratione: breuiter cõplectit̃
totum: qđ ultimo iã iudicio diabol⁹ & cũ
suo iam principe ciuitas ĩimica passura ẽ.
Dicit enim. Et diabol⁹ qui seducebat eos
missus est in stagnum ignis & sulfuris: q̊
& bestia et pseudo ꝓpheta excruciabunt̃
die ac nocte in secula seculoꝝ. Bestiã bñ
ĩtelligi ipaã impiã ciuitatẽ supra dixim⁹.
Pseudo uero ꝓpheta eius: aut antixp̃s ẽ:
aut imago illa. i. figmentum illud de quo
ibi locuti sum⁹. Post hoc ipsum nouissimũ
iudicium: qđ erit in secũda resurrectione
mortuoꝝ: que corpoꝝ est recapitulando
narrat: q̊mõ sibi fuerit reuelatũ. Et uidi
inquit thronum magnũ & candidum: et
sedentem sup eum: & ab eius facie fugit
celum & terra: et locus eoꝝ nõ est iuẽtus.
Non ait uidi thronũ magnũ & cãdidũ
& sedentem sup eum: et ab ei⁹ facie fugit
celum & terra: quoniam nõ tunc factum
est id ẽ anteq̃m esset de uiuis & mortuis
iudicatũ: sꝫ eum se uidisse dixit ĩ throno
sedentem: a cui⁹ facie fugit celũ & terra:
sed postea. Peracto quippe iudicio tunc
desinet esse hoc celum & hec terra: q̃ndo
incipiet celum nouum esse & terra noua.
Mutatione itaq; rerum nõ oĩo in ĩteritũ
transibit hic mundus. Vnde & apostol⁹
dicit. Preterit enĩ figura hui⁹ mũdi. uolo
uos sine solicitudine esse. Figura g̊ prete-
rit: non natura. Cum g̊ Iohãnes se uidisse
dixisset sedẽtẽ sup thronũ: a cui⁹ facie qđ
postea futuꝝ ẽ fugit celũ et terra: et uidi
iq̄t mortuos magnos & pusillos. Et apti
sunt libri: & alius liber apert⁹ est qui est
uite uniuscuiusq;: et iudicati sunt mortui
ex ipis scripturis libroꝝ: scđm sua facta:
Libros dixit esse aptos: & librũ de quo
cuiusmõi sit nõ tacuit. Qui est inquit uite
uniuscuiusq;. Ergo illi libri q̊s loco p̃ore
posuit: intelligendi sunt sancti et ueteres
& noui: ut in illis ostenderetur que deus
mandata sua fieri iussisset. In illo aũt qui
est uite uniuscuiusq;: quid hoꝝ q̊sq; non
fecisset siue fecisset. Qui liber si carnaliter
cogitet̃: q̊s ei⁹ magñtudinẽ aut lõgitudiẽ
ualeat extimare? Aut q̃nto tempore legi
poterit liber: in quo scripte sunt uniuerse

uitę uniuersoꝝ? An tantus angeloꝝ numerus aderit: quātus hominū erit: ut & uitam suā quisq; ab angelo sibi adhibito audiat recitari? Non ergo unus liber erit oīm: sꝫ singli singloꝝ. Scriptura uero ista unū uolens intelligi: et alius inquit liber aptus est. Quędā igit᷑ uis est intelligēda diuina: qua fiet ut cuiq; opa sua ul' mala cuncta in memoriam reuocent᷑: et mentis ītuitu mira celeritate cernant᷑: ut accuset uel excuset scientia cōscientiā: atq; ita īsimul & omnes et singuli iudicentur. Que nimiꝝ uis diuina libri nom̄ accepit. In ea quippe quodāmō legit᷑: qdquid a faciente recolit᷑. Vt aūt ostendat qui mortui sint iudicādi: id ē pusilli et magni: recapitulando dicit: tanquam ad id rediēs quod preterierat ul' potius distulerat. Et exhibuit mortuos mare q in eo erāt: et mors & infernus reddiderūt mortuos q̄s in se habebant. Hoc ꝓculdubio prius factum est q̄ mortui essent iudicati: et tamē illud prius dictuꝫ ē. Hoc est ḡ qđ dixi: recapitulādo eum ad id redisse qđ itermiserat. Nunc aūt ordinē tenuit: atq; ut explicaret᷑ ipse ordo cōmodius etiā de mortuis iudicatis: qđ iā dixerat suo r̄petiuit loco. Cum enim dixisset & exhibuit mortuos mare qui in eo erant: et mors et infernus reddiderunt mortuos q̄s in se habebant: mox addidit qđ pauloante posuerat: & iudicati sunt singuli secundum facta sua.

Caplm. xv.

Hoc ē enī qđ supra dixerat: et iudicati sūt mortui ꝫm facta sua. Sed qui sūt mortui quos mare exhibuit qui ī eo erant? Neq;. n. q ī mari moriunt᷑ non sunt in iferno: aut corpora eoꝝ seruant᷑ in mari: aut qđ est absurdi9 mare habebat bonos mortuos et infern9 malos. Quis hoc putauerit? Sed ꝓfecto conuenienter qdam hoc loco mare ꝓ isto seculo positū accipiunt. Cum ḡ & q̄s hic inueniet xp̄us in corpe cōstitutos: simul significaret cum his qui resurrecturi sūt iudicandos etiaꝫ ipsos mortuos appellauit: et bonos quibus dicit᷑ mortui. n. estis & uita uestra abscōdita est in deo cum xp̄o: & malos de qb9 dr̄ sine mortuos sepelire mortuos suos. Possunt mortui etiā ꝓpter hoc dici: q mortalia gerunt corpa. Vnde apostol9: corpus quidem ait mortuū est ꝓpter peccatū: spiritus aūt uita ē ꝓpter iustitiam: utrūq; in hoīe uiuēte atq; ī hoc corpe cōstituto esse demonstrās: et corp9 mortuū: et spm̄ uitam. Nec tn̄ dixit corp9 mortale sꝫ mortuū: q̄uis eadeꝫ paulopost etiaꝫ mortalia corpa sicut usitatius uocāt᷑ appellet. Hos ḡ mortuos exhibuit mare qui in eo erant: id est exhibuit hoīes hoc seculū quicūq; ī eo erāt: q nōdū obierāt. Et mors et ifern9 iqt reddidert mortuos quos in se habebāt. Mare exhibuit: qa sic q inuenti sūt affuerūt. Mors ū & ifern9 reddiderūt: q̄niā uitę de qua iā exierant reuocarūt. Nec frustra fortasse non satis fuit ut diceret mors aut ifern9: sꝫ utrūq; dictū ē. Mors ꝓpter bonos q tātūmodo mortem perpeti potuerūt nō & infernuꝫ. Infern9 aūt ꝓpter malos: qui etiam apud inferos pęnas pendūt. Si. n. non absurde credi uidet᷑: antiq̄s etiaꝫ sanctos q uēturi xp̄i tenuerunt fideꝫ: locis qdē a tormētis impiorum remotissimis: sꝫ apud inferos fuisse: donec inde eos sanguis xp̄i & ad ea loca descensus erueret: ꝓfecto deinceps boni fideles effuso illo pretio iā redempti ꝓrsus inferos nesciūt: donec etiā receptis corpibus bona r̄cipiāt quę meret᷑. Cū aūt dixisset et iudicati sunt singuli scđm fcta sua: breuiter subiecit q̄admodū iudicati fuerint. Et mors & infern9 inqt missi sūt in stagnum ignis. His nominib9 sig̃ficans diabolū q̄niā mortis ē auctor: & pęnaꝝ iferna ꝝ: uniuersāq; sil' dęmonū societatē. Hoc ē. n. qđ supra euidentius pręoccupādo iam dixerat: & diabol9 qui seducebat eos missus est ī stagnū ignis & sulfuris. Quod ibi ū obscurius adiunxerat dicēs:

qꝫ & bestia et pseudo ꝓpheta: hic aptius
et qui non sunt inquit iuenti in libro uitę
scripti: missi sunt in stagnū ignis: nonduȝ
liber iste cōmemorat ne obliuione fallat̄:
ſȝ prędestinationem significat eorū quibꝰ
ęterna dabit̄ uita. Neqꝫ .n. nescit eos deꝰ:
et in hoc libro legit ut sciat: ſȝ potius ipsa
eius pręscientia de illis quę falli nō potest
liber ē uitę: i q̊ sunt scripti id est precoḡti.
Finito aūt iudicio q̊ pnūtiauit iudicādos
malos: restat ut de bonis etiā dicat. Iam
enī explicauit q̄ breuiter a dño dictū est:
sic ibunt isti ī suppliciuȝ ęternū: sequit̄ ut
explicet qđ ibi etiā connectit̄: iusti autem
in uitam ęternam. ¶ Capitlm. xvi.

AT uidi inquit cęlū nouū & terraȝ
nouam. Nam primū cęluȝ & terra
prima recesserūt: & mare iā non est. Isto
fiet ordine qđ supius prę occupando iam
dixit: uidisse se super thronū sedentem a
cuius facie fugit cęlum et terra. Iudicatis
qppe his q scripti nō sunt in libro uitę: &
in ęternū ignē missis: qui ignis cuiusmōi
& ī qua mūdi uel reꝝ pte futurꝰ sit: hoīeȝ
scire arbitror nemīnē: n̄ forte cui diuinꝰ
spiritus ostendit. Tunc figura huiꝰ mūdi
mūdanoꝝ ignīū cōflagratiōe pręteribit:
sicut factū est mūdanaꝝ aq̄ꝝ inundatiōe
diluuii. Illa itaqꝫ ut dixi cōflagratiōe mū-
dana elemētoꝝ corruptibiliū: qualitates
quę corporibus nostris corruptibilibus
cōgruebant ardēdo penitꝰ interibūt: atqꝫ
ipsa substātia eas qualitates habebit: quę
corpibus immortalibꝰ mirabili mutatiōe
cōueniūt. ut mūdꝰ scilicȝ ī meliꝰ inouatꝰ:
apte accōmodet̄ hominibus etiā carne in
melius innouatis. Quod autē ait & iam
mare nō erit: utrum maximo illo ardore
siccet̄: an et ipm uertat̄ ī melius: nō facile
dixerim. Cęlū qppe nouū & terrā nouaȝ
futuram legimꝰ: de mari aūt nouo aliqđ
me uspiam legisse non recolo: n̄ qđ in hoc
eodem libro reperit̄ tanq̄ mare uitreum
cristallo simile. Sed tunc non de isto fine
sęculi loquębatur: nec ꝓpe dixisse uidet̄
mare: ſȝ tanq̄ mare. Quāuis & nunc sicut
clamat ꝓphica locutio ꝓpriis uerb trāſ-
lata miscere: ac sic q̊dāmō uelare qđ dicit̄:
potuit de illo mari dicere: & mare iā nō
est: de q̊ supra dixerat: & exhibuit mare
mortuos qui erant in eo. Iam .n. tunc non
erit hoc sęculū uita mortaliū: turbulentū
& procellosum: qđ maris noīe figurauit.

AT ciuitatem inqt ¶ Ca. xvii.
magnam hierusalem nouam uidi
descendētē de cęlo a deo aptatā. q̄si nouaȝ
nuptā ornatā marito suo. Et audiui uo-
cem magnam de throno dicentem. Ecce
tabernaculū dei cum hōibꝰ: & habitabit
cū eis: & ipsi erunt ppl's eius: & ipe deus
erit cū eis. Et absterget omnē lacrimā ab
oculis eoꝝ: & mors iā non erit neqꝫ luctꝰ
neqꝫ clamor: ſȝ nec ullus dolor: qa priora
abierūt. Et dixit sedēs ī throno. Ecce no-
ua facio omīa De cęlo descendere dicitur
ciuitas ista: quoniā cęlestis est gratia qua
deus fecit eā. Propter qđ dicit ei p Ysaiā.
Ego sum dominꝰ faciēs te. Et de cęlo qdeȝ
ab initio sui descēdit: ex quo p huiꝰ sęculi
tēpus gratia dei desup ueniēte: p lauacꝝ
r̄generatiōis misso spiritu sancto de cęlo:
sub inde ciues eiꝰ accrescūt. Sed p iudiciū
dei qđ erit nouissimū p eius filiū Ihesum
xp̄m: tāta eiꝰ & tam noua de dei munere
claritas appebit: ut nulla remaneāt uesti-
gia uetustatis: quando quidē corpora ad
incorruptionē atqꝫ immortalitateȝ nouā
ex ueter̄ corruptiōe ac mortalitate trāsi-
bunt. Nā hoc de isto tempe accipere: quo
regnat cuȝ regno suo mille ānis: ipudētię
nimię m̄ uidet̄: cū aptissie dicat. Abster-
get deus omnē lacrimā ab oculis eorum:
& mors iā nō erit neqꝫ luctꝰ neqꝫ clamor:
ſȝ nec dolor erit ullus. Quis enim tam sit
absurdus & obstinatissima contentione
uesanus: q audeat affirmare ī huiꝰ mor-
talitatis erūpnis: nō dico ppl'm sanctum
ſȝ unūqꝫqꝫ sanctorū: qui hanc ul' ducat ul'

ductur9sit uel duxerit uitam: nullas ha-
bentem lacrimas & dolores: cum potius
q̄nto quisq3 est sanctior et sancti desiderii
plenior: tāto sit ei9 ī orādo flet9 uberior.
An non est uox ciuitatis sup̄ne hierusalē:
quę dicit factę sunt m̄ lacrimę meę panes
die ac nocte. Et lauabo p̄singulas noctes
lectum meū: lacrimis meis stratum meu3
rigabo: et gemitus meus nō est abscōdit9
a te: & dolor meus renouatus est. Aut
ū nō eius sunt filii: q ingemiscūt grauati:
in quo nolunt expoliari s3 superuestiri: ut
absorbeat̄ mortale hoc a uita. Nōne ipsi
sunt q p̄mitias spirit9 habētes ī semetipis
ingemiscunt: adoptionē expectantes re-
demptionem corporis sui. An ipse apl's
Paulus nō erat supern9 hierosolimitan9.
uel nō multo magis hoc erat: quādo pro
israeliticis carnalib9 fratrib9 suis tristitia
illi magna erat: & dolor cōtinuus cordi
eius. Quando autem mors nō erit ī isto
tempore: nisi quando dicet̄ ubi est mors
cōtentio tua: ubi est mors aculeus tuus.
Aculeus autē mortis peccatu3 est. Quod
tunc utiq3 nō erit quādo dicet̄ ubi ē. Nūc
uero nō quilibet illius ciuitatis infimus:
s3 idē ipse Iohānes ī epistola sua clamat.
Si dixerimus q̄ nō habem9 p̄ct̄m nosipos
seducimus & ueritas in nobis nō est. Et ī
hoc q̄dē libro cui9 nomen est apocalipsis:
obscure multa dicunt̄ ut mentem legentis
exerceant. Et pauca in eo sunt ex quoru3
manifestatōe indagent̄ cętera cū labore:
maxime q̄a sic eadē multis modis r̄petit:
ut alia atq3 alia dicere uideat̄: cum aliter
atq3 aliter hęc ip̄a dicere iuestiget̄. Veru3
in his uerbis ubi ait absterget deus oēm
lacrimam ab oculis eoꝝ: & mors iā non
erit: neq3 luctus neq3 clamor s3 nec dolor
ullus: tanta luce sūt dc̄ta de futuro sęculo
& de īmortalitate atq3 ęternitate sc̄toꝝ:
Tūc. n. solū atq3 ibi solum ista nō erūt: ut
nulla debeam9 ī sacris l̄ris quęrer̄ ul' leger̄
manifesta: si hęc putauerimus obscura.

Nunc iā uideamus ¶ Cap. xviii.
quid etiā apl's Petr9 de hoc iuditio
scripserit. Venient inq̄t ī nouissimo dieꝝ
illusione illudentes: sc̄d̄m proprias cōcu-
piscentias suas euntes & dicētes. Vbi est
p̄missum presentię eius. Ex quo. n. p̄res
dormierūt: sic omnia p̄seuerant ab initio
creatur̄. Latet. n. illos hoc uolētes: q̄a cęli
erant olim et terra de aqua et per aquam
cōstituta dei uerbo: p̄ quem qui tunc erat
mūdus aqua mūdatus deperiit. Qui aūt
nunc sunt cęli & terra: eodem uerbo sunt
repositi igni reseruandi in die3 iuditii &
perditionis impioꝝ hominū. Hoc unum
uero nō lateat uos fratres carissimi: quia
unus dies apud dominū sicut mille āni:
& mille anni sicut unus dies. Non tardat
dominus promissum suum: sicut quidam
tardātē existimāt: s3 patiēter fert p̄pter
nos nolēs aliq̄s perire: s3 oēs ī pęnitētiā
cōuerti. Veniet autem dies dn̄i sicut fur:
in q̄ cęli magno impetu transcurrent: ele-
menta aūt ardentia resoluent̄: & terra &
quę in ipsa sunt opera exurent̄. His ergo
oībus p̄euntib9: quales nos eē oportet
in sanctis cōuersationibus expectantes:
& p̄perantes ad presentiā diei domini:
per quā cęli ardentes soluent̄: et elementa
ignis ardore decoquent̄. Nouos ū cęlos
et nouā terrā: s̄m p̄missa ipi9 expectam9:
in quib9 iustitia ihabitat. Nihil hic dixit
de resurrectiōe mortuoꝝ: s3 sane satis de
hui9 mundi perditione. Vbi etiam cōme-
morans fc̄t̄m ante diluuium: uidet̄ āmo-
nuisse quodāmō: quatin9 in fine sęculi istū
mundum periturum esse credamus. Na3
et illo tempore perisse dixit qui tunc erat
mūdum. nec solum orbem terrę ueꝝ etiā
cęlos: quos utiq3 istos aereos intelligim9:
quoꝝ locum ac spatiū tūc aqua crescēdo
superauerat. Ergo tot9 ac pene totus iste
aer uentos9 q̄d cęlū ul' potius cęlos uocat:
s3 utiq3 imos istos non illos supremos ubi
sol et luna et sidera cōstituta sūt: cōuersus

fuerat in humidam q̄litatem: atq; hoc mō cum terra perierat: cuius utiq; terre prior facies fuerat deleta diluuio. Qui aūt nūc sunt celi et terra: eodē uerbo repositi sūt: igni reseruandi ī diem iuditii & pditionis hoīm īpiorꝝ. Proinde q celi & que terra id ē qui mundus ꝓ eo q diluuio periit ex eadem aq̄ reposit9 est: ipse igni nouissimo reseruatur in diem iuditii & perditionis hominū impiorum. Nam hominū ꝓpter quādam magnā cōmutationē: nō dubitat dicere pditionem futuram: cū tamē eoruꝫ q̄uis in eternis penis sit mansura natura. Querat forsitā aliqs: si post factū iuditiū mundus iste ardebit antequā ꝓ illo celuꝫ nouū & terra noua reponat̄: eo ipo tēpe cōflagrationis eius ubi erūt sancti: cū eos corpora habentes in aliquo corpali loco necesse sit esse? Possumus eos respondere esse futuros in supioribus partibus: quo ita nō ascēdet flāma illi9 icendii: q̄admodum nec unda diluuii. Talia quippe illis erūt corpa: ut illic sint ubi eē uoluerint. Sed nec ignē cōflagrationis illi9 ptimescūt immortales atq; incorruptibiles facti: si trium uiroruꝫ corruptibilia corpora atq; mortalia: in camino ardenti illesa uiuere potuerunt.

¶ Capitulum. xix.

MUltas tamen euangelicas aplicasq; snias de diuino isto iuditio uidero esse mihi pretereundas: ne hoc uolumen in nimiā lōgitudinē ꝓuoluat̄. Sed nullo modo est pretereūdus apl's Paulus: qui scribēs ad thesalonicēses. Rogamus igr uos fratres per aduentum domini nostri Ihesu xp̄i & nostre cōgregationis ī ipm: ut nō cito moueamini mente neq; terreamini: neq; p spirituꝫ: neq; per uerbū: neq; per epistolam tāquā p nos missam: quasi instet dies domini. Ne quis seducat uos ullo m̄. Quoniā n̄ uenerit refuga p̄mum: & reuelat9 fuerit homo pc̄ti filius īterit9: qui aduersat̄ & extollit̄ sup omne qd̄ dr̄ deus aut qd̄ colitur: ita ut in templo dei sedeat ostendens se tanquaꝫ sit deus. Non retinetis in memoria: qd̄ adhuc cum essē apud uos hec dicebam uobis? Et nūc qd detineat scitis: ut in suo tempore reuelet̄. Iam enim iniquitatis misterium operat̄. tantum qui modo tenet teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabit̄ iniquus ille: quem dominus Ihesus interficiet spiritu oris sui: & euacuabit illūinatiōe sue presentie: cuius est presentia scd̄m opationeꝫ sathane i omni ūtute & signis & ꝓdigiis mēdacibus: & ī omni seductiōe īiqtatis: his qui pereūt ꝓ eo q̄ dilectionē ueritatis nō receperūt ut salui fierēt. et ideo mictet illis deus operationem erroris: ut credāt mendatio: & iudicentur omnes qui non crediderūt ueritati: sꝫ cōsenserūt iniqtati. Nulli dubium est eū de antix̄o ista dixisse; dieq; iuditii. Hunc enī appellat diem dn̄i nō esse uenturum: nisi prior ille ueniret: Quem refugā uocat utiq; a domino deo. Quod si de omnibus impiis merito dici potest: quāto magis de isto? Sed in quo dei templo ut deus sit sessurus incertū ē. Verū in illa ruina templi qd̄ a Salomōe rege constructum est: an uero in ecclesia. Nō enī templuꝫ alicui9 idoli aut dēonis: templum dei ap'ls diceret. Unde nōnulli nō ipsum principem: sꝫ uniuersum q̄dāmō corpus ei9 id ē ad deū ptinēteꝫ hominum multitudīeꝫ sil' cū ipo suo p̄ncipe: hoc loco intelligi antixp̄m uolunt: rectiusq; putāt etiam latine dici sicut in greco est: non in templo dei sꝫ in templū dei sedeat: tāquā ipse sit templum dei qd̄ est ecclesia. Sicut dicimus sedet in amicū id ē uelut amic9: uel aliqd aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autē ait: & nūc qd detineat scitis: id est quid sit in mora: que causa sit dilationis eius ut reuelet̄ ī suo tpe scitis: Quod illos scire dixit: aperte hoc dicere noluit. Et iō nos q nescim9 qd̄ illi sciebant: peruenire cuꝫ labore ad id qd̄ sensit ap'ls cupimus nec ualemus: presertim quia &

illa quę addidit: & hūc sensū obscuriorez faciunt. Nam quid est iam enī misterium iniquitatis operat̄: tantū qui modo tenet teneat donec de medio fiat. Et tūc reuelabitur ille iniquus? Ego ꝓrsus quid dixerit fateor me ignorare: suspitiones tamen hominū quas uel audire ul' leger̄ de hac re potui nō tacebo. Quidam putant hoc de impio dictū fuisse romāo: & ꝓpterea Paulū aplm̄ nō id apte scribere uoluisse: ne calūpniā uidelicet icurreret ꝙ romāo imperio male optauerit: cum speraretur ęternū. ut hoc qd̄ dixit iam enī misteriūz operat̄ iniqtatis Neronē uoluerit itelligi: cuius iam facta uelut antix̄ uidebātur. Vnde nōnulli ipm̄ resurrecturū & futuꝝ antixp̄m suspicant̄. Alii ū nec eū occisum putāt: sȝ subtractum potius ut putaretur occisus: & uiuū occultari in uigore ipsius ętatis i qua fuit cum crederet̄ extinctus: donec suo tempore reuelet̄: et restituatur i regnum. Sed multum mihi mira est hec opinantiū tanta pręsumptio. Illud tamē qd̄ ait apl's: tantū qui modo tenet teneat donec de medio fiat: non absurde de ipso romano impio credit̄ dictum: tanq̄ dictū sit: tm̄ q nūc imperat iperet: donec de medio fiat id ē de medio tollat̄. Et tūc reuelabit̄ iniquus: quē significari antixp̄m nullus ambigit. Alii ū & qd̄ ait qd detineat scitis: & misteriū operat̄ iiqtatis: nō putāt dictum nisi de malis & fictis qui sunt in ęcclesia: donec pueniat ad tantū numerū qui antixp̄o magnū pplm̄ faciat: & hoc eē misteriū iiqtatis quia uidet̄ occultum. Hortari autē aplm̄ fideles ut in fide quā tenent tenaciter pseuerent: dicendo q nūc tenet teneat donec de medio fiat: id ē donec exeat de medio ęcclesię misteriū iniqtatis qd̄ nūc occultū ē. Ad ipm̄. n. misterium ptiner̄ arbitrant̄: qd̄ ait i sua ępistola Iohānes ęuāgelista. Pueri nouissīa hora est: & sicut audistis ꝙ antixp̄us sit uenturus nūc autē antichristi multi facti sunt. Vnde cognoscim9 ꝙ nouissima sit hora? Ex nobis exier̄t: sȝ nō erāt ex nob. Quod si fuissent ex nobis: pmansissent utiq; nobiscum. Sicut ergo ante finez in hac hora inquiunt quā Iohannes nouissimā dicit: exierunt multi heretici de medio ęcclesie quos multos dicit antixp̄os: ita oēs tūc inde exibunt: qui nō ad xp̄m sȝ ad illum nouissimum antixp̄m ptinebunt: & tunc reuelabit̄. Alius g° sic: alius autē sic apl'i obscura uerba coniectat: quod tamen euz dixisse nō dubium ē: nō ueniet ad uiuos & mortuos iudicandos xp̄us: nisi prius uenerit ad seducendos i anima mortuos aduersarius ei9 antixp̄us. q̄uis ad occultum iam dei iuditiuz pertineat ꝙ ab illo seducerentur. Presentia quippe eius erit sicut dictū est scd̄m opationē sathane: in omni ūtute & signis et ꝓdigiis mēdacii: & in omni seductione iniquitatis his qui pereūt. Tunc. n. soluet̄ sathanas: et p illū antixp̄m i oī sua uirtute mirabiliter qdē sȝ mēdaciter operabit̄. Quod solet ambigi utꝝ ꝓpterea dicta sit signa et ꝓdigia mendacii: quoniam mortales sensus per fantasmata decepturus est: ut qd̄ non facit facere uideat̄. An qa illa ipa etiā si erunt uera ꝓdigia ad mendatiū ptrahēt credituros: non ea potuisse nisi diuinitus fieri: uirtute diaboli crescente maxime quādo tantā q̄ntā nūq̄ habuit accepit potestatē. Nō. n. quādo de cęlo ignis cęcidit: et tātā familiam cum tantis gregibus porcorum sancti Iob uno ipetu absumpsit: & turbo irruens & domū deiciēs filios ei9 occidit: fantasmata fuerūt: quę tamē fuerūt opa sathāe cui de9 dederat hāc ptātē. Propter quid ergo hoꝝ sint dicta ꝓdigia et signa mendacii: tūc potius appebit. Sed ꝓpter qd̄libet hoꝝ dictū sit: seducent̄ eis signis atq; ꝓdigiis qui seduci merebunt̄: ꝓ eo ꝙ ueritatis dilectionem inqt nō recepūt ut salui fierēt. Nec dubitauit apostolus addere ac dicere: & iō mictet illis deus

operationem erroris: ut credant mendatio·
Deus enim mictet: quia deus diabolum ista
facere permictet iusto ipso iudicio: quis
ipse faciat iniquo malignoque consilio. Ut
iudicentur inquit omnes qui non crediderunt
ueritati: sed consenserunt iniquitati. Proinde
iudicati seducentur: et seducti iudicabuntur.
Sed iudicati seducuntur illis iudiciis dei
occulte iustis: iuste occultis: quibus ab initio
peccati rationalis creature numquam iudicare
cessauit. seducti autem iudicabuntur nouissimo
manifestoque iudicio: per Ihesum christum
iustissime iudicantem: iniustissime iudicatum.

Sed hic apostolus ¶ Capitulum. xx.
tacuit de resurrectione mortuorum.
Ad eosdem autem in epistola prima scribens:
nolumus inquit uos fratres ignorare de dor-
mientibus: ut non contristemini sicut et ceteri
qui spem non habent. Nam si credimus quod
Ihesus mortuus est et resurrexit: ita et deus
eos qui dormierunt per Ihesum adducet cum eo.
Hoc. n. uobis dicimus in uerbo domini. quia nos
uiuentes qui reliqui sumus in aduentum domini
non preueniemus eos qui ante dormierunt. quoniam
ipse dominus in iussu et in uoce archangeli et
in tuba dei descendet de celo et mortui qui
in christo sunt resurgent primi. Deinde nos
uiuentes qui reliqui sumus: simul cum illis
rapiemur in nubibus obuiam christo in aera:
et ita semper cum domino erimus. Hec uerba
apostolica resurrectionem futuram mortuorum
quando ueniet dominus christus utique ad uiuos et
mortuos iudicandos: preclarissime ostendunt.
Sed queri solet utrum illi quos hic uiuentes
inuenturus est christus: quorum personam in se
atque illos qui tunc secum uiuebant transfigu-
rabat apostolus: numquam omnino sint morituri: an ipso
temporis puncto quo cum resurgentibus
rapientur in nubibus obuiam christo in aera:
ad immortalitatem per mortem mira celeritate
transibunt. Neque. n. dicendum est fieri non
posse: ut dum per aera in sublime portantur:
in illo spatio et moriantur et reuiuiscant.
Quod. n. ait et ita semper cum domino erimus:
non sic accipiendum est tanquam in aere nos
dixerit semper cum domino esse mansuros:
quia nec ipse utique ibi manebit: qui ueniens
transiturus est. Uenienti quippe ibitur obuiam:
non manenti. sed ita cum domino erimus: id est sic
erimus habentes semper corpora sempiterna:
ubicunque cum illo fuerimus. Ad hunc autem
sensum quod etiam existimamus illos quos hic uiuos
inuenturus est dominus: in ipso paruo spatio et
passuros mortem et accepturos immortali-
tatem: ipse apostolus nos uidetur urgere ubi
dicit in christo omnes uiuificabuntur: cum alibi
loco de ipsa loquens corporum resurrectione
dicat. tu quod seminas non uiuificabitur nisi
prius moriatur. Quomodo ergo quos uiuentes hic
christus inueniet per immortalitatem in illo
uiuificabuntur: et si non moriantur cum uidea-
mus propter hoc esse dictum: tu quod seminas
non uiuificatur nisi prius moriatur? Aut si
recte non dicimus seminari nisi ea corpa
hominum: que moriendo quoquo modo conuertuntur
in terram: sicut sese habet etiam illa in trans-
gressorem patrem generis humani diuinitus
prolata sententia: terra es et in terram ibis:
fatendum est istos quos nondum de corporibus
egressos cum christus ueniet inueniet: et istis
uerbis apostoli et illis de genesi non teneri: quoniam
sursum in nubibus rapti non utique seminantur:
quia nec eunt in terram nec redeunt: siue
nullam prorsus experiantur mortem: siue
paululum in aere moriantur. Sed aliud rursus
occurrit quod idem dicit apostolus: cum de resur-
rectione corporum ad corinthios loqueretur: omnes
resurgemus: uel sicut alii codices habent:
omnes dormiemus. Cum ergo nec resurrectio
fieri possit nisi mors precesserit: nec dor-
mitionem illo loco intelligere possimus nisi
mortem: quomodo omnes uel dormient uel resurgent:
si tam multi quos in corpore inuenturus
est christus nec dormient nec resurgent? Si
ergo sanctos qui reperientur christo ueniente
uiuentes: eique in obuiam rapientur: credide-
rimus in eodem raptu de mortalibus corporibus
exituros et ad eadem mox immortalia

1. cap. 15

redditutos nullas in uerb apli patiemur
angustias: siue ubi dicit tu qd seminas nõ
uiuificat̃ nisi prius moriat̃: siue ubi dicit
omnes resurgemus aut omẽs dormiem9:
quia nec illi p̃ ĩmortalitatẽ uiuificabunt̃:
nisi quãlibʒ paululũ tamẽ ante moriant̃:
ac p̃ hoc et a resurrectõe non erũt alieni:
quã dormitio precedit q̃uis breuissima:
non tamẽ nulla. Cur aũt nob incredibile
uideat̃ illã multitudinẽ corporuʒ in aere
quodãmodo seminari: atqꝫ ibi protinus
immortaliter atqꝫ incorruptibiliter reui-
uiscere: cum credamus qd idem ipe apls
alibi apertissime dicit: in ictu oculi futurã
r̃surrectõeʒ: et ĩ mẽbra sic fic uictura tãta
facilitate tanqꝫ ĩextimabili uelocitate re-
diturũ antiquissimoꝝ cadaueꝝ puluerẽ:
nec ab illa sententia qua homini dictuʒ ẽ:
terra es et ĩ terram ibis futuros illos esse
factos arbitremur immunes: si eoꝝ mo-
rientium in terra corpora non recident: sʒ
sicut in ipso raptu morientur: ita et resur-
hoc cum illam pęnam non debere esse in-
credibilem demōstrauero: adiuuabit me
plurimum: ut multo facilius omni carēs
molestia imortalitas corporis in sanctis
futura credatur. Nec a diuinis ordo iste
abhorret eloquiis: ubi aliquando quidē
bonorum beatitudo prius ponitur: ut ē
illud qui bona fecerunt in resurrectionez
uitę: qui autē mala egerūt in resurrecti-
onem iuditii. Sed aliquādo & posterius:
ut ē mictet filius hominis angelos suos:
& colligent de regno eius omia scādala:
et mictent in caminū ignis ardentis. illic
erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Et
illud: sic ibūt impii in ęternum supplitiū:
iusti autē in uitam ęternā. Et in pphetis
qd̄ cōmeōrare longū est: nūc ille nūc iste
ordo si quis inspiciat inuenitur. Sed ego
istū qua causa elegerim dixi. ¶ Cap .ii.

Q Vid igitur ostendā unde cōuincantur
increduli: posse hūana corpa aīata
atqꝫ uiuentia non solum nunquaz morte
dissolui: sed in ęternorum quoqꝫ ignium
durare tormentis? Nolunt enim hoc ad
omnipotentis nos referre potentiam: sed
aliquo exemplo persuaderi sibi flagitāt.
Quibus si respondebimus esse animalia
profecto corruptibilia qa mortalia: quę
tamē in mediis ignibus uiuant: nō nullū
etiam genus uermiū in calidarū aquarū
scaturigine reperiri: quarum feruorem
nemo impune contrectat: illos autem nō
solū sine ulla sui lesione ibi esse: sed extra

T esse non posse: aut nolunt credere si osten-
dere non ualemus: aut si ualuerimus suis
oculis demonstrare res ipas: siue ꝑ testes
idoneos edocere: non satis hoc eē ad ex-
emplū rei de q̄ questio est: eadē ĩfidelitate
contendent. quia hęc animalia nec semꝑ
uiuūt: et in illis feruoribus sine doloribꝰ
uiuūt. suę quippe naturę conuenientibus
uegetantur: illis non cruciantur elemētis.
q̄si nō incredibilius sit uegitari q̄ cruciari
talibus rebus. Mirabile ē enī in ignibus
dolere & tamen uiuere: sed mirabilius in
ignibus uiuere nec dolere. Si autem hoc
creditur: cur non et illud? ¶ Ca. .iii.

S Ed nullū ē corpus inquīt quod do-
lere possit nec mori possit. Et unde
hoc scimus? Naȝ de corporibus qs certꝰ
est demonū utrū in eis doleant: quādo se
affligi magnis cruciatibꝰ cōfitent̄? Quod
si confitent̄ terrenū corpus solidū scilicet
atq; conspicuū nullum eē: atq; ut uno po-
tius id nomīe explicem nullam esse carnē
que dolere possit moriq; non possit: quid
dicitur aliud nisi qđ sensu corpis homīes
& experientia collegerūt? Nullam nāq;
carnem nisi mortalem sciūt. Et hęc ē tota
eoꝝ ratio: ut quod experti nō sunt: neq̄q̄
esse posse arbitrentur. Nam cuius racōnis
est dolorem facere mortis argumētū: cū
uitę potius sit inditiū? Et sieni querimus
utrū semꝑ uiuere possit: certum tamē est
uiuere omne qđ dolet: doloremq; oīnem
nisi in re uiuente esse non posse. Necesse ē
ergo ut uiuat dolens. nō est necesse ut oc-
cidat dolor: qa nec corpora ista mortalia
& utiq; moritura omīs dolor occidit. Ut
autem dolor aliquis possit occidere: illa
causa est: quoniam sic est anima cōnexa
huic corpori: ut summis doloribus cedat
atq; discedat. Quoniā & ipsa compago
membrorū atq; uitaliū sic infirma est: ut
eam uidelicet quę magnū uel summū do-
lorem facit nō ualeat sustinere. Tūc aūt
tali corpori anima & eo modo cōnectet̄
ut illud uinculum sicut nulla tēporis lō-
gitudīe soluit̄: ita nullo dolore rumpat̄.
Proinde etiā si caro nūc talis nulla ē quę
sensum doloris perpeti possit: morteq; nō
possit: erit tamen tunc talis caro q̄lis nūc
nō est. Nō enī nulla sed sempiterna mors
erit: quando nec aīa uiuere poterit deuȝ
non habēdo: nec doloribus corpis carere
moriendo. Prima mors animā nolentem
de corpore pellit: secunda mors animam
nolentē tenet ī corpore. Ab utraq; morte
cōmuniter id habetur: ut quod non uult
anima de suo corpe patiat̄. Attendunt
autem isti contradictores: nullam nūc eē
carnem quę dolorem pati possit: mortēq;
non possit: et non attendūt tamē aliquid
tale eē quod corpore maius sit. Ipe q̄ppe
animus cuius presentia corpus uiuit &
regitur: et doloreȝ pati potest & mori nō
potest. Ecce inuēta res est: qne cū sensum
doloris habeat: īmortalis est. Hoc igitur
erit tunc etiam in corporibus damnatoꝝ
quod tunc esse scimꝰ in animis omniū. Si
autem diligentius consideremus: dolor q
dicitur corporis magis ad animā ꝑtinet.
Animę enim est dolere non corpis: etiam
quando ei dolēdi causa existit a corpore:
cū ī eo loco dolet ubi ledit̄ corpus. Sicut
enim dicimus corpora sentientia et corpa
uiuentia: cum ab anima sit corpis sensus
& uita: ita et corpora dicimus & dolētia
cum dolor corporis nisi ab anima esse nō
possit. Dolet itaq; anima cū corpore: ī eo
eius loco ubi aliquid cōtingit ut doleat.
Dolet & sola quāuis in corpore sit: cum
aliq̄ causa etiam inuisibiliter tristis ē ipa
in corpore incolumi. Dolet enim non in
corpe cōstituta. Nam utiq; dolebat diues
ille apđ inferos quando dicebat: crucior
in hac flāma. Corpus autē nec exanime
dolet: nec animatū sine anima dolet. Si
ergo a dolore argumentū recte sumeret̄
ad mortem: ut ideo mors possit accidere
quia potuit occidere & dolor: magis ad

aíam mori ptineret ad quã magis ptinet
et dolere. Cũ illa uero que magis dolere
potest non possit mori: qd momẽti affere
tur illa corpora quoniam in doloribus
sunt futura: ideo moritura etiam esse cre-
damus? Dixerunt quidaʒ platonici: ex
terrenis corpibus moribũdisqʒ mẽbris:
eẽ anime et metuere & cupere: & dolere
atqʒ gaudere. Vnde uirgilius. Hinc mẽt
id est ex moribundis terrenis corporis
mẽbris: metuũt: cupiunt: dolentqʒ gau-
dentqʒ. Sed cõuicimus eos in .xii. huius
operis libro habere animas scđm ipsos
ab omni etiam corpis labe purgatas di-
ram cupiditatem: qua rursus incipiunt in
corpora uelle reuerti. Vbi autem potest
esse cupiditas: profecto etiam dolor põt.
Frustrata quippe cupiditas siue non per-
ueniendo quo tendebat: siue amittendo
quo peruenerat: uertitur in dolorẽ. Qua-
ppter si aĩa que uel sola uel dolet maxie:
habet tamen quãdam pro suo modo im-
mortalitatem suaʒ: nõ ideo mori poterũt
illa corpora quia dolebunt. Postremo si
corpora faciũt ut anime doleant: cur eis
dolorem possunt mortẽ uero inferre nõ
possunt: nisi qa nõ est consequẽs ut mortẽ
faciat quod dolorem facit? Cur ergo in-
credibile ẽ ita ignem illis corpib9 doloreʒ
posse inferre non mortem: sicut ipa corpa
dolere animas faciunt: quas tamen non
ideo mori cogũt? Non est igit̃ necessariũ
future mortis argumentum dolor.

Capitlm .iiii.

Quapropter sicut scripserũt qui naturas animalium
curiosius indagarũt: salamãdra i ignib9
uiuit: et quidam notissimi sicilie mõtes:
qui tanta temporis diuturnitate atqʒ ue-
tustate usqʒ nũc et deinceps flãmis estuãt:
atqʒ integri pseuerant: satis idonei testes
sunt nõ omne quod ardet absumi: & aĩa
indicat non omne qđ dolere potest posse
etiam mori. Quid adhuc a nobis rerum
poscunt̃ exempla: quibus doceamus nõ
esse incredibile ut hominũ corpora sem-
piterno supplicio punitorum: & in igne
animam nõ amittant: & sine detrimẽto
ardeãt: et sine interitu doleant. Habebit
eniʒ tunc ista carnis substantia qualitatẽ
suam ab illo inditam: q tam miras & ua-
rias tot rebus indidit quas uidemus: ut
eas quia multe sunt non miremur. Quis
enim ñ deus creator omniũ dedit carni
pauonis mortui ne putresceret? Quod cuʒ
auditu incredibile uideretur: euenit ut
apud cartagineʒ nobis cocta apponeret̃
hec auis: de cuius pectore pulpaꝝ q̃ntuʒ
uisum est decerptũ iussim9 seruari. Quod
post dieꝝ tantum spatiũ quãto alia caro
cocta quecũqʒ putresceret prolatum atqʒ
oblatum: nihil nostrũ offendit olfatum.
Itemqʒ repositũ est post dies amplius q̃
triginta: ideʒ qđ erat inuentũ est. Idemqʒ
post ãnum: nisi qꝫ aliquantuʒ corpulentie
siccioris & cõtractioris fuit. Quis palee
dedit uel tam frigidam uim: ut obrutas
niues seruet: uel tam feruidam: ut poma
im natura maturet? De ipo igne mira qs
explicet? Quo queqʒ adusta nigrescunt:
cuʒ ipe sic lucidus: et pene oĩa que ambit
et lambit colore pulcerrimus decolorat:
atqʒ ex pma fulgida carbonẽ teterrimũ
reddit? Neqʒ id quasi regl'ariter diffinĩ
est. Nam ex cõtrario lapides igne cãdẽte
pcocti: & ipi fiunt candidi: et quãuis ille
magis rubeat: illi albido colore nitescãt:
congruit tamen illi luci quod albũ ẽ sicut
nigrum tenebris. Cũ itaqʒ ignis in lignis
ardeat ut lapides coquat: cõtrarios habʒ
non in contrariis rebus effectus. Et si eni
lapides et ligna diuersa sint: contraria tñ
non sunt: sicut albũ & nigrum: quorũ in
lapidib9 unũ facit: alterũ in lignis. clar9
illos clarificans: hec obfuscans: cũ in illis
deficeret nisi i istis uiueret. Quid in car-
bonib9? Nõne mirãda ẽ et tãta ifirmitas
ut ictu leuissimo frangant̃: pressu facillio
cõterant̃: et tanta firmitas ut nullo hũore

corrumpãtur: nulla ętate uincant̃: usq᷒ adeo ut eos substernere soleant q limites figũt: ad conuincendũ litigatorẽ: quisqs post quãtalibet tempa extiterit fixumq᷒ limitem nõ esse contenderit? Quis eos in terra humida ĩfossos ubi ligna putrescerent: tã diu durare ĩcorruptibiliter posse nisi rex ille corruptor ignis effinat? Intueantur etiam miraculũ calcis. Excepto eo de q̃ iam satis diximꝰ q᷒ igne cãdescat quo alia tetra reddunt̃: occultissime etiaz ab igne ignem concipit. Cũq᷒ iam gleba tangẽtibus frigida sit: ignem taz latẽter ſuat: ut nulli nr̃o sensui ꝓrsus appareat: sed compertus experimento etiã dũ non apparet: sciatur inesse sopitus. Propter quod eam uiuam calcẽ loqmur: uelut ipe ignis latens anima sit inuisibilis uisibilis corpis. Iam uero q̃mirũ ẽ q᷒ cũ extiguit̃ tũc accendit̃? Vt eni occulto igne careat aqua ei infunditur: aqua ue ꝑfundit̃. Et cum ante sit frigida: inde feruescit unde feruẽtia cuncta frigescũt. Ergo uelut expirãte illa gleba: discedẽs ignis q latebat appet, ac deinde tanq̃ mortua sic frigida est ut adiecta unda nõ sit arsura. & quaz calcem uocabamꝰ uiuã: uocemꝰ extinctã. Quid est quod huic miraculo addi posse uideatur? Et tamen additur. Nam si non adhibeas aquaz sz oleũ: qđ magis fomes est ignis: nulla eius ꝑfusione uel infusione feruescit. Hoc miraclm si de indico lapide legeremus siue audiremus: & in nostrũ experimentũ nenire non posset: profecto aut mẽdatiũ putaremꝰ aut certe granditer miraremur. Quarũ uero rerum ante oclos nr̃os q̃tidiana documenta uersant̃: non genere minus mirabili sz ipa assiduitate uilescunt: ita ut ex ipa india quę remota est pars orbis a nobis: desieremus nõnulla mirari quę ad nos potuerũt miranda perduci. Adamãtem lapidẽ multi apud nos habent: & maxime aurifices insignitoresq᷒ gẽmaꝝ. q lapis nec ferro nec igni: nec alia ui ulla ꝓhibetur pręter hircino sanguine uinci. Sed qui eũ habẽt atq᷒ nouerũt: nũquid ita mirant̃ ut hi qbꝰ primũ potentia eius ostẽditur? Quibus autem nõ ostenditur: fortasse nõ credũt. aut si credũt inexperta mirant̃. Et si cõtigerit experiri: adhuc quidem mirantur insolita. sed assiduitas experiẽdi paulati subtrahit admiratõis ĩcitamẽtũ. Magnetem lapidem nouimus mirabilez ferri eẽ raptorem. qđ cũ primũ uidi uehementer inhorrui. Quippe cernebaz a lapide ferreum anulũ raptũ atq᷒ suspensũz. Deinde tanquaz ferro qđ rapuerat uim dedisset suam: cõmunemq᷒ fecisset: idemq᷒ anulus admotus est alteri: eumq᷒ suspendit. atq᷒ ut ille prior lapidi: sic alter anulus ꝓori anulo coherebat. Accessit illi eodẽ modo tertius: accessit & quartus. Iamq᷒ sibi ꝑ mutua cõnexis circulis non implicatorũ intrinsecus sed extrinsecus adherentiuz: quasi catena pependerat anulorũ. Quis istam uim lapidis nõ stuperet: quę illi nõ solum inerat: uerũ etiam per tot suspensa transibat: & inuisibilibus ea uinculis sbligabat. Sed multo est mirabilius: quod a fr̃e et coep̃o meo Seuero milleuitano: de isto lapide comperi. Seip̃m nanq᷒ uidisse narrauit: quẽadmodũ Bathanus comes quondam affricę cũ apud eũ conuiuaret̃ ep̃us: eundem ꝓtulerit lapidem et tenuerit sub argento: ferrumq᷒ super argentuz posuerit: Deĩde sicut subter mouebat manũ q̃ tenebat lapidem: ita ferrũ desuꝑ mouebatur: atq᷒ argento medio nihilq᷒ patienti: concitatissimo cursu ac recursu infra lapis ab homĩe: supra ferrũ rapiebatur a lapide. Dixi quod ipe conspexi: dixi quod ab illo audiui: cui tanquam ipe uiderim credidi. Quid etiam de isto magnete legerim dicam. Quando iuxta eum ponit̃ adamas: non rapit ferruz. & si iaz rapuerat: ut ei apropinquerit mox remictit. India mictit hos lapides. Sed

si eos nos cognitos iā desistim⁹ admirari: quanto magis illi a quibus ueniūt si eos facillimos habent: sic forsitan habent: ut calcē nos quā miro mō aqua feruescentē qua solet ignis extingui: et oleo nō feruescentē q̄ solet ignis accēdi: q̄a ī ꝓmptu nobis est non miramur. Cap. v.

Uerūtamen homīes infideles: q̄bus cum diuina uel preterita ul' futura miracula predicamus: que illis experienda non ualemus ostendere: rationē a nobis earū rerū flagitant: quam qm̄ nō possum⁹ reddere: excedūt eni uires mētis hūane: existimant falsa eē que dicim⁹: ipsi de tot mirabilibus rebus quas ul' uidere possumus ul' uidemus: deberēt reddere rōnē. Quod si fieri ab homine nō posse uiderit: fatendū est eis nō ideo aliquid non fuisse uel futurū nō esse quia ratio reddi nō pōt; quando quidem sunt ista de q̄bus siliter non potest. Non itaq; pergo per plurima que mandata sunt literis: non gesta atq; transacta: sed in locis quibusq; manentia. quo si ire quisq̄ uoluerit & potuerit: utrū uera sit explorabit. Sed pauca cōmeoro. Agrigentinū sicilie salem perhibent cum fuerit admotus igni uelut in aq̄ fluescere; cū uero ipsi aque adiūgitur uelut in igne crepitare. Apud garamantas quendam fontem fertur esse tam frigidū diebus ut nō bibatur: tam feruidū noctibus ut non tangatur. In epiro aliū fontem in q̄ faces ut in ceteris extinguūtur accense: sed nō ut in ceteris accendūtur extincte. Albeston archadie lapidem ꝓpterea sic uocari: q accensus semel iam non possit extingui. Lignū cuiusdam ficus egiptie: nō ut ligna cetera in aquis natare sed mergi: et qd̄ ē mirabilius cum in imo aliquādiu fuerit inde ad aque supficiem rursus emergere; qn̄ madefactū debuit humoris pondere pregrauari. Poma in terra sodomorum gigni quidem & ad maturitatis faciem peruenire sed ore morsu ue temptata in fumū ac fauillā corio fatescente uanescere. Piritem lapidem psicū tenentis manū si uehementius prematur adurere: ꝓpter quod ab igne nomen accepit. In eadem perside gigni etiā lapidem Selinten. cui⁹ interiorem candorem cum luna crescere atq; deficere. In capadocia etiā uento eq̄s concipere: eosdemq; fetus non amplius triennio uiuere. Thilon indie insulam eo preferri ceteris terris: q omīs arbor que in ea gignitur nūquā nudatur tegmine folioꝝ. De his atq; aliis innumerabilib⁹ mirabilibus: que historia nō factorū & transactoꝝ sed manentiū locoꝝ tenet: mī autē aliud agēti ea ꝓsequi nimis lōgum est: reddant ratonē si possūt infideles isti qui nolunt diuinis lr̄is credere: qd aliud q̄ non putantes eas eē diuinas: eo q res hebeāt incredibiles sicut hoc ē unde nūc agimus. Non enī admictit inquiunt ulla ratō ut caro ardeat neq; absumat̄: doleat neq; moriat̄: ratiociatores scilic; magni: qui de omnibus rebus quas eē mirabiles constat possint reddere ratonē. Reddāt ergo rationem de his que pauca posuim⁹. Que proculdubio si eē nescirent et ea futura esse diceremus: multo min⁹ crederēt q̄ qd̄ nūc dicentibus nobis nolūt credere aliquando esse uentuꝝ. Quis enim eorū nobis crederet: si quemadmodū dicimus hominū corpa uiua futura: que sp arsura atq; dolitura nec tn̄ aliqn̄ sint moritura: ita diceremus in futuro sc̄lo futuꝝ salē quem faceret ignis uelut in aq̄ fluescere: eundemq; faceret aqua uelut in igne crepitare: aut futurū fontem cuius aqua in refrigerio noctis sic ardeat ut non possit tangi: i estibus uero diei sic algeat ut bibi non possit: aut futuꝝ lapidem uel eū qui suo calore manū cōstringentis adureret: uel eum qui undecūq; accensus extingui oīno nō posset. & cetera que pretermissis aliis īnumeris cōmēoranda interi dixi. Hoc ergo in illo seculo quod futurū est si

dicerem9 futura: nobisq; increduli respō-
derēt: si uultis ut ea credamus de singlis
reddite rōnez. Nos nō posse cōfiteremur:
eo q istis et similibus dei miris operibus
infirma mortaliū rōcinatio uincit̄. Fixaz
tamē ratōnē apud nos esse non sine ratōe:
omīpotentē facere unde animus hūanus
infirmus ratōem nō potest reddere: et in
multis quidem rebus incertum nobis eē
quid uelit: illud tamē esse certissimū nihil
eoꝝ illi esse impossibile queçūq; uoluerit:
eiq; nos credere predicenti: quē neq; im-
potentem neq; mētientē possum9 credere.
Hi tamē fidei reprehensores exactoresq;
rationis: quid ad ista respondent de qb9
ratio reddi ab homīe nō potest et tñ sunt:
et ipi ratōni nature uident̄ eē contraria.
Que si futura esse dicerem9: siliter a nobis
sicut eoꝝ que futura esse dicimus: ab infi-
delibus ratio posceretur. Ac per hoc cum
in talibus opibus dei deficiat ratō cordis
& sermonis hūani: sicut ista nō ideo non
sunt: sic non ideo etiam illa non erūt: qm̄
ratio de utrisq; ab hoīe non potest reddi.

Hic forte rñdeant. ¶ Capitlm̄. vi.

Prorsus itaq; nec ista sunt nec ista
credim9: falsa que his dcta: falsa cōscpta
sunt. Et adiciāt ratiocinātes atq; dicētes.
Si talia credēda sūt: credite & uos quod
in eisdem lr̄is est relatū: fuisse ul' eē qddā
ueneris phanū atq; ibi cādelabrū: & i eo
lucernā sub diuo sic ardentez: ut eā nulla
tempestas nullus imber extingueret. Vñ
sicut ille lapis: ita ista lichnos asbestos id
ē lucerna iextinguibilis noīata est. Quod
ppterea poterūt dicere: ut respondendi
nobis āgustias igerant. qa si dixerimus
nō eē credendū: scripta illa miraculorum
infirmabimus. si aūt credendū eē cōsen-
serimus: firmabimus numīa paganorū.
Sed nos sicut iam i libro duodeuicesimo
huius opis dixi: nō habemus necesse oīa
credere que historia continet gentiū: cum
et ipi inter se historici sicut ait Varro: qsi
data opera et quasi ex industria pmulta
dissentiāt: sed ea si uolumus credim9: que
non aduersant̄ libris qbus nō dubitam9
oportere nos credere. De his autem mi-
raculorum locis: nobis ad ea que futura
persuadere incredulis uolumus satis illa
sufficiant: que nos possum9 qq; expiri: &
eoꝝ testes idoneos nō difficile ē iuenire.
De isto aūt phano ueneris & lucerna in-
extinguibili: nō solū i nullas coartamur
āgustias: uerum etiam latitudinis nobis
campus aperit̄. Addimus enim ad istaz
lucernam inextinguibilem et humanarū
et magicaꝝ id est per hoīes demoniacaꝝ
artiū: & ipoꝝ per seipos demonū multa
miracula: que si negare uoluerimus: eidē
ipsi cui credimus sacrarū lr̄arum aduer-
sabimur ueritati. Aut ergo i lucerna illa
mechanicū aliqd de lapide asbeston ars
humana molita ē: aut arte magica factū
est quod homīes illo mirarent̄ in templo:
aut demon quispiā sub noīe Veneris tāta
se efficatia presentauit: ut hoc ibi pdigiū
& appareret hoīb9: et diutius pmaneret.
Illiciūtur autē demōes ad inhabitandū p
creaturas: quas nō ipi sed deus condidit:
delectabilib9 pro sua diuersitate diuers:
nō ut aīalia cibis: sed ut spūs signis: que
cuiusq; delectationi congruūt: per uaria
genera lapidū: herbaꝝ: lignorū: aīalium:
carminū: rituū. Vt aūt illiciāt̄ ab hoīb9:
prius eos ipi astutissima calliditate sedu-
cunt: uel inspirando eoꝝ cordibus uirus
occultū: ul' etiā fallacib9 amiciciis apprdo:
eorumq; paucos discipulos suos faciunt:
plurimoꝝq; doctores. Neq; enim potuit
nisi primū illis docētibus disci: qd quisq;
illoꝝ appetat quid exhorreat: q iuitetur
numīe ul' cogat̄. ūde magice artes eaꝝq;
artifices extiterūt. Maxime aūt possidēt
corda mortaliū: qua potissimū possessiōe
glant̄ cū se transfigurant in anglos lucis.
Sunt ergo facta eoꝝ plurima: que quāto
magis mirabilia cōfitemur: tāto cautius

uitare debemus. Sed hęc unde nunc agi-
mus nobis etiam ipsa profitẽtur. Si enim
hęc immundi dęmones possunt: quanto
potẽtiores ãgeli sancti? Quãto potẽtior
his omĩbus deus qui tantorũ miraculorũ
effector: q etiã ipos ãglos fecit? Quãobrẽ
si tot et tanta tamqꝫ mirifica quę mecha-
nemata appellant dei creatura utentibus
hũanis artib⁹ fiũt: ut ea q nesciũt opinẽt
esse diuina: unde factũ est ut in quodam
templo lapidibus magnetibus in solo &
in camera ꝓportiõe magnitudĩs positis:
simulacꝝ ferreũ aeris illius medio inter
utrũqꝫ lapidem ignorantibus quid sursũ
eẽt ac deorsum: q̃si numĩs ptãte pẽderet.
Quale aliqd etiã ĩ illã lucerna Veneris de
lapide asbeston ab artifice fieri iam dixi-
m⁹ potuisse: si magorũ opa q̃s nr̃a sc̃ptura
ueneficos & incantatores uocat in tantũ
dęmões extollere potuerũt: ut cõgruere
hominũ sensib⁹ sibi nobilis poeta uideret̃
de quadã fęmĩa quę tali arte polleret di-
cens. Hęc se carmĩbus promictit soluere
mẽtes. Quas uelit ast aliis duras ĩmicte-
re curas. Sistere aquam fluuiis et uertere
sidera r̃tro. Nocturnosqꝫ ciet manes mu-
gire uideb. Sub pedib⁹ terrã et descẽder
montib⁹ ornos. Quãtomagis deus potẽs
ẽ facere quę infidelibus sunt ĩcredibilia:
sed illius facilia potestati: quãdo qdẽ ipe
lapidũ aliaꝝqꝫ uim reꝝ: et hoĩm ĩgenia:
qui ea miris utuntur modis: angelicasqꝫ
naturas oĩbus terrenis potentiores ani-
mantibus condidit: uniuersa mirabilia
mirabili uicente uirtute: et opãdi iubẽdi
sinendiqꝫ sapiẽa: utẽs oĩbus tã mirabiliter
quã creauit?

Capitlm .vii.

Cur itaqꝫ facere non possit deus ut
resurgant corpora mortuoꝝ: et in
igne ęterno crucient̃ corpa damnatorũ: q
fecit mũdũ: in cęlo in terra in aere ĩ aqs:
innumerabilibus miraculis plenũ: cũ sit
omibus qbus plenus ẽ ꝓculdubio maius
& excellentius etiã mũdus ipe miraclm?

Sed isti cum qbũs ul' contra quos agim⁹:
qui et deũ eẽ credũt a q̃ factus ẽ mũdus:
& deos ab illo factos p quos ab illo ad-
ministratur hic mũdus: & miraclorum
effectrices siue spontaneorum siue ritu et
cultu q̃libet ĩpetratoꝝ: siue etiã magicoꝝ
mũdanas ul' nõ negãt ul' ĩsup & prędicãt
potestates: quãdo eis reꝝ uim mirabilẽ
ꝓponimus aliaꝝ: quę nec animalia sunt
rationalia: nec ulla rõne prędita spiritus:
sicut sunt ea quoꝝ pauca cõmemorauim⁹:
respondere assolent. Vis est ista naturę:
natura eorũ sic se habet: ꝓpriaꝝ istę sũt
efficatię naturaꝝ. Tota itaqꝫ ratio est cur
agrigentinũ salem flamma fluere faciat:
aqua crepitare: quia hęc ẽ natura ei⁹. At
hoc esse potius cõtra naturam uidet̃: quę
nõ igni sed aquę dedit salẽ soluere: tor-
rere aũt igni non aquę. Sed ista inquiũt
salis hui⁹ naturalis ẽ uis: ut his cõtraria
patiat̃. Hęc igit̃ ratio redditur & de illo
fonte garamantico: ubi una uena friget
diebus: noctib⁹ feruet: ui utraqꝫ molesta
tangentibus. Hęc & de illo alio qui cũ sit
cõtrectantibus frigidus: et facẽ sicut alii
fontes extinguat accensam: dissimiliter
tamen atqꝫ mirabiliter idem ipe accendit
extinctã. Hęc & de lapide asbeston: q cũ
ignem nullũ habeat ꝓpriũ: accepto tñ sic
ardet alieno: ut nõ possit extigui. Hęc de
cęteris quę piget retexere: qbus licet uis
insolita contra naturam inesse uideatur:
alia tamẽ de illis non reddit̃ ratio: nisi ut
dicat̃ hanc eoꝝ eẽ naturam. Breuis sane
ista est ratio fateor sufficiensqꝫ responsio.
Sed cũ deus auctor sit naturaꝝ oĩm: cur
nolũt fortiorem nos reddere rationẽ: qñ
aliqd uelut ĩpossibile nolũt credere: eisqꝫ
redditõnem rõnis poscentibus rñdemus
hanc eẽ uoluntatem omĩpotentis dei qui
certe nõ ob aliud uocat̃ omĩpotẽs: ñ qm̃
quidqd uult põt? Qui potuit creare tã
multa: quę si nõ ostenderent̃: aut a credẽ-
dis hodieqꝫ testibus diceretur: profecto

impossibilia putarentur: non solum quę ignotissima apud nos: uerum etiam quę notissima posui. Illa enim quę apud nos preter eos quoꝝ de his libros legim⁹ nō habent testem: & ab eis conscripta sunt q̄ non sunt diuinitus docti: atq; hūanitus falli forte potuerūt: licet cuiq; sine recta reprehensione non credere. Nam nec ego uolo temere credi cuncta quę posui: quia nec a meipso ita creduntur: tanq̄ nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio: exceptis his quę uł ipe sum expertus et cuiuis facile est experiri: sicut de calce ꝙ feruet in aqua in oleo frigida est. De magnete lapide ꝙ nescio qua sorbitione insensibili stipulam non moueat & ferrū rapiat. de carne non putrescēte pauonis cū putruerit & caro Platonis. de palea sic frigēte ut fluescere niuem nō sinat: sic calente ut maturescere poma cōpellat. De igne fulgido quod scđm suum fulgorem lapides coquēdo candificet: & contra eūdem suū fulgorem urēdo plurima obfuscet. Tale est ꝙ & nigrę maculę offundunť ex oleo splendido: simił nigrę lineę de candido imprimētur argento. De carbonib⁹ etiaz ꝙ accedente igne sic uertanť in cōtrariū: ut de lignis pulcerrimis tetri fragilesq; de duris: īputribiles de putribilib⁹ fiant. Hęc ipsa quędam cū multis: quędaz cum omnibus noui: et alia plurima quę huic libro inserere longū fuit. De his aūt quę posui non experta: sʒ lecta: pręter de fōte illo ubi faces extinguūtur ardentes: & accenduntur extinctę: et de pomis terrę sodomoꝝ forisecus q̄si maturis: intrisec⁹ fumeis: nec testes aliquos idoneos a qb⁹ utrū uera essent audire potui uł reperire. Et illum quidem fontem non īueni qui in epyro uidisse se diceret: sed qui in gallia similem nossent non longe a gratianopoli ciuitate. De fructibus autez arboꝝ sodomitarū: nō tantū literę fidedignę indicāt: ueꝝ etiam tam multi se loquūť expertos: ut hinc dubitare non possim. Cętera uero sic habeo: ut neq; negāda neq; affirmāda decreuerim. Sed ideo etiā ipa posui: q̄niā apud eoꝝ cōtra quos agimus historicos legi: ut ostenderem qualia multa multiq; illoꝝ nulla reddita ratōne: i suoꝝ lrātorū scripta lrīs credant: qui nobis credere q̄n id quod eoꝝ experientiaz sensumq; transgrediť omipotentem deū dicim⁹ eē fcūꝝ: nec in hac reddita ratōne dignanť. Nam quę melior et ualidior ratio de reb⁹ talib⁹ redditur: q̄ cū omipotens ea posse facere perhibeť & facturus dicitur: quę prenūnasse ibi legiť: ubi alia multa prenūtiauit quę fecisse monstrať. Ipse quippe faciet: q̄a se factuꝝ eē predixit quę impossibilia esse putantur: qui promisit & fecit ut ab incredulis gentib⁹ icredibilia crederenť.

Capl'm .viii.

Si aūt ꝓpterea respondent se non credere quę de humaīs semꝑ arsuris nec unq̄ morituris corꝑibus dicimus: q̄a humanoꝝ corporū naturam nouim⁹ lōge aliter institutā: ūde nec illa ratō hinc reddi potest quę de illis naturis mirablib⁹ reddebať: ut dici possit uis ista naturalis ē: rei huius ista natura est: q̄m scimus humanę carnis istam non esse naturam. Habemus quidem quod respondeam⁹ de lrīs sacris: hāc ipam scilicʒ humanā carnem aliter institutā fuisse añ peccatū: id ē ut posset nunq̄ ꝑpeti mortē: aliter autem post peccatū: q̄lis i erumna huius mortalitatis īnotuit: ut ꝑpetē uitā tenere non possit. Sic ergo aliter q̄ nobis nota est: instituetur in resurrectōe mortuorū. Sed quoniā istis non credūt lrīs: ubi legiť qualis in paradiso uixerit homo: quātumcunq; fuerit a necessitate mortis alienus. quibus utiq; si crederent: non cū illis de pęna damnatoruz quę futura est operosius ageremus. de literis eorū qui doctissimi apud illos fuerūt aliq̄d ꝓferēdū ē: q̄ appeat posse fieri ut aliter se hēant quęq; res: q̄ prius in rebus innotuerant

sue determinatione nature. Est in Marci Varronis libris: quoꝝ inscriptio est de gēte populi romani: quod eisdē uerbis qbus ibi legitur: & hic ponam: In celo inquit mirabile extitit portētum. Nam stellam Veneris nobilissimā quā Plautus uespe-ruginē Homerus esperon appellat pul-cerrimā dicēs: Castor scribit tm̄ portētū extitisse ut mutaret colorē: magnitudinē: figuram: cursū: quod factū ita neqꝫ antea nec postea sit. Sic hoc factū Ogygio rege dicebant adrastus cyzecenos & dionea-polites mathematici nobiles. Hoc certe Varro tantꝰ auctor portentū nō appel-laret: nisi esse contra naturam uideretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse sed nō sunt. Quomodo ē enim cōtra naturam quod dei fit uoluntate: cū uoluntas tanti utiqꝫ conditoris cōditę rei cuiusqꝫ natura sit? Portentū ergo fit non contra naturam: sed contra q̄ est nota na-tura. Quis autem portentorum numerat multitudinē: quę historia gētiū cōtinentꝰ? Sed nūc in hoc uno actendamꝰ: quod ad rem de q̄ agimus ptinet. Quid ita dispo-situm est ab auctore naturę cęli & terrę: q̄admodū cursus ordinatissimꝰ siderū? Quid tā ratis legibus fixisqꝫ firmatum? et tamē quādo ille uoluit q summo regit imperio ac potestate quod cōdidit: stella prę ceteris magnitudine ac splēdore no-tissima: colorem: magnitudinem: figurā: & quod est mirabilius sui cursus ordinē legemqꝫ mutauit: curuauit. Profecto tūc si ulli iam fuerūt qui canones astrologoꝝ quos uelut inerrabili cōputatiōe de prę-teritis ac futuris astroꝝ motibꝰ cōscrīptos habent: q̄s canōes sequēdo ausi sūt dicere: hoc qđ de Lucifero contigit nec antea nec postea cōtigisse. Nos autē in diuinis libris legimus: etiā solem ipm̄ & stetisse cū hoc a domino deo petiuisset uir sanctꝰ Ihesus Naue: dōec ceptū prelīū uictoria termi-naret: et retrorsum redisse ut regi Ezechię .xv. anni ad uiuendum additi: hoc etiā ꝓdigio ꝓmissioni dei signarentꝰ adiūcto. Sed ista quoqꝫ miracl'a: quę meritis scimꝰ concessa sanctoꝝ: quādo credūt isti fcta: magicis artibus tribuūt. unde illud ē qđ supius cōmeōraui dixisse Virgiliū: sistere aquā fluuiis: & uertere sidera retro. Nā et fluuiū stetisse supius iferiusqꝫ fluxisse: cū populus dei ductore supra memorato Ihesu Naue uiā carperet. et Helia ꝓpħa transeunte: ac postea discipl'o eius Heliseo id eē factū i sacris lrīs legimus: et retro-uersū fuisse maxim sidꝰ regnāte Ezechia modo commemorauimus. Quod uero de Lucifero Varro scripsit: nō est illic dictū alicui petenti homī id fuisse cōcessū. Non ergo de notitia naturarum caligīem sibi faciant infideles: quasi non possit in aliq̄ re diuinitus fieri aliud q̄ in eius natura ꝑ humanam suam experientiā cognouerunt. Quāuis et ipa quę in reꝝ natura omibus nota sunt: non minꝰ mira sint: essentqꝫ stu-penda considerantibus cunctis: si solerēt homīes mirari nisi rara. Quis .n. consulta ratione non uideat in hoīm innumerabili numerositate & tanta naturę similitudie: ualde & mirabiliter sic habere singulos singulas facies: ut nisi iter se similes eēnt non discernerentꝰ species eoꝝ ab aīalibus ceteris: et rursus n̄ iter se dissimiles essēt: non discernerentꝰ singuli ab hoībꝰ ceteris. Quos ergo similes cōfitemur: eosdē dissi-miles iuenimꝰ. Sed mirabilior ē cōsideratō dissimilitudinis: q̄niā similitudinē iustiꝰ uidetur exposcere natura cōmunis. Et tm̄ q̄niā quę sunt rara ipa sunt mira: multo amplius admiramur qn̄ duos ita similes repimus: ut in eis discernendis aut semp aut frequenter erremus. Sed quod dixi scriptū a Varrone: licet eoꝝ sit historicus idemqꝫ doctissimus: fortasse uere factum esse non credūt: aut quia non diu mansit alius eiusdem sideris cursus: sed reditum est ad solitum: minꝰ isto mouentꝰ exēplo.

Habeāt ergo aliud quod etiam nūc possit
ostendi: eisq; puto debere sufficere: q̄ com-
moneantur cū aliud aduerterint ī aliqua
institutōe nature: eamq; sibi notissimam
fecerint: nō se inde deo debere prescriber̄:
quasi eam non possit in longe aliud q̄ eis
cognita ē uertere atq; mutare. Terra so-
domorū non fuit ita utiq; ut nunc est: sed
iacebat simili ceteris fatie: eadēq; uł etiā
uberiore fecunditate pollebat. Nam dei
paradiso ī diuinis eloquiis compata est.
Hec posteaq̄ tacta de celo est: sicut illorū
quoq; actestat̄ historia: et nūc ab eis qui
ueniūt ad loca illa conspicit̄: prodigiosa
fuligine horrori est: et poma eiꝰ interiorē
fauillam mendacis superfitie maturitatis
includunt. Ecce non erat talis: et talis est.
Ecce a conditore naturarū natura eius in
hanc fedissimā diuersitatē mirabli muta-
tione cōuersa est. Et quod post tā lōgum
accidit tempus: tam longo tpe pseuerat.
Sicut ergo nō fuit impossibile deo: quas
uoluit instituere: sic ei nō est impossibile:
in quidqd uoluerit quas īstituit mutare
naturas. Vnde illoꝝ quoq; miraculorum
multitudo siluescit: que monstra: ostenta:
portenta: ꝓdigia nūcupant̄. Que recoler̄
& cōmemorare si uelim: huius opis quis
erit finis? Monstra sane dicta perhibent
a monstrando: ꝙ aliquid significādo de-
monstrent. Et ostenta ab ostendendo: &
portēta a portēdendo id ē preostēdēdo:
et prodigia ꝙ porro dicant id est futura
predicant. Sed uiderint eorū cōiectores
quō ex eis siue fallant̄: siue instictu spūū
quibus cura est tali pena dignos animos
hoīm noxie curiositatis rhetibꝰ implicar̄:
etiam uera predicant: siue multa dicendo
aliquādo in aliquid ueritatis incurrant.
Nobis tamen ista que uelut cōtra naturā
fiūt & contra naturam fieri dicunt̄: quo
more hoīm locutus ē apl's dicendo: cōtra
naturam in olea insitū oleastrū factū esse
participem pinguedinis olee: et mōstra:
ostenta: portenta: ꝓdigia nūcupant̄: hoc
monstrare dicit̄ hoc ostēdere uł preostē-
dere: hoc predicere ꝙ facturus sit deus:
que de corpibus hoīm se prenūtiauit esse
facturū nulla impediēte difficultate: nulla
prescribente lege nature. Quomodo aūt
prenūtiauerit: satis ī libro supiore docu-
isse me existimo: decerpēdo de scripturis
sanctis & nouis et ueteribus: nō quidem
omīa ad hoc ptinētia: sꝫ que sufficere huic
operi iudicaui. ¶ Capitlm .ix.

QVod igit̄ de sempiterno supplitio damnatorū per suū ꝓphetā deus
dixit: fiet oīo fiet: uermis eoꝝ nō morieт̄:
et ignis eoꝝ non extinguet̄. Ad hoc eniꝫ
uehementius cōmendandū: etiā dominꝰ
Ihesus cū mēbra que homiem scādalisant
pro his hoībus poneret: q̄s ut sua mēbra
dextera quis diligit: eaq; preciperet am-
putari. Bonū est tibi inqt debilē introire
in uitam q̄ duas manus habentem ire in
gehēnam in ignem inextinguibilem: ubi
uermis eoꝝ nō moritur: & ignis eoꝝ nō
extinguit̄. Similiter de pede bonū ē tibi
inqt claudū introire in uitam eternā: q̄
duos pedes habentē micti ī gehēnā ignis
inextinguibilis: ū uermis eoꝝ nō morit̄:
& ignis non extinguit̄. Non aliter ait et
de oculo. Bonū est tibi luscum introire in
regnū dei: q̄ duos oculos habētem micti
in gehennā ignis ubi uermis eorum non
morit̄: et ignis non extinguit̄. Non enim
piguit uno loco eadem uerba ter dicere.
Quem non terreat ista repetitio: & illius
pene cōminatio tam uehemēs ore diuīo?
Vtrūq; autem eoꝝ ignē scilicet ac uermē
qui uolunt ad anime penas nō ad corpis
pertinere: dicunt etiā uri dolore cū sero
atq; infructuose penitētes eos qui fuerīt
a regno dei sepati: et ideo ignem pro isto
dolore urente nō congrue poni potuisse
contendūt. Vnde illud apostoli est. Quis
scandalisatur & ego non uror? Eundem
etiam dolorē: uermem putant intelligēdū

esse. Nam scriptuz est inquiunt. Sicut tinea
uestimentum: et uermis lignū: sic meror
excruciat cor uiri. Qui uero penas et aīe
& corporis in illo supplitio futuras eē nō
dubitant: igne uri corpus: animam autez
rodi quodāmō uerme meroris affirmāt.
Quod & si credibilius dicitur: quia utiq3
absurdū est ibi dolorē aut corpis aut aīe
defuturū: Ego tamē facilius estimo ut ad
corpus dicam utrūq3 ptinere q̄ neutꝝ: et
ideo tantū in illis diuine scripture uerbis
aīmi dolorem: quō cōsequens esse intelli-
gitur: etiā si non dicat̄: ut corpe sic dolēte
animꝰ quoq3 sterili penitentia cruciet̄ur.
Legitur quippe & in ueteribus scpturis:
uindicta carnis impii ignis & uermis.
Potuit breuius dici uindicta impii. Cur
g̊ dc̄m ē carnis impii: nisi quia utrūq3 id
est ignis et uermis pena erit carnis? Aut
si uindictā carnis ꝓpterea dicere uoluit:
quia hoc in homine uindicabitur q̄ scd̄m
carnem uixerit. propter hoc. n. ueniet in
mortem secūdam: quaz significauit apl̄s
dicens: si. n. scd̄m carnem uixeritis mori-
emini. Eligat quisq3 quod placet: aut ignē
tribuere corpori aīmo uermē: hoc ꝓprie:
illud tropice: aut utrūq3 ꝓprie corpi. Iaz
eniz satis supius disputaui: posse anima-
lia etiaz in ignibus uiuere in ustione sine
consumptione: in dolore sine morte: p mi-
raculum omnipotentissimi creatoris: cui
hoc possibile esse qui negat: a q̊ fit quicqd
in naturis omibus miratur ignorat. Ipe est
eni deus qui omnia in hoc mūdo magna
et parua miracula que cōmemorauimus:
etiā icōpabliter plura que nō cōmeōrauiꝰ
fecit: eadem que ipo mundo atq3 omium
maximo miraclō idusit. Eligat ergo unū
e duobus qsq3 qd̄ placet. utrū & uermem
et ignem ad corpus ꝓprie: an ad animū
translato a corporalibus ad icorporalia
uocabulo existimet ptinere. Quid autem
istoꝝ ueꝝ sit: res ipa expeditiꝰ indicabit:
quando erit scientia tanta sanctorū: ut eis
cognoscēdaꝝ illarū penaꝝ necessaria nō
sit experientia: sed ea que tunc erit plena
atq3 perfecta. ad hoc enim sciendū sapia
sola sufficiat. Nunc enim ex parte scimꝰ:
donec ueniat qd̄ pfectum est: dum tamen
nllō mō illa corpa talia futura credamus:
ut nullis ab igne affitiantur doloribus.

¶ Cap. .x.

Hic occurrit querere
si nō erit ignis incorpalis sicut est
aīmi dolor: sed corpalis tactu noxius ut
eo possint corpora cruciari: quō in eo erit
etiā pena spirituū malignoꝝ? Idez qppe
ignis erit supplitiō scilz hoīm attributꝰ &
demonū: dicente christo. Discedite a me
maledicti in ignem eternū: qui preparatꝰ
est diabolo et angelis eius: nisi quia sunt
quedam sua etiaz demonibus corpa sicut
doctis hominibꝰ uisū est: ex isto aere crasso
atq3 humido: cuius impulsus uento flāre
sentit̄. Quod genus elementi si nihil igne
perpeti posset: non ureret feruefactus in
balneis. Ut. n. urat prior urit̄: facitq3 qd̄
patit̄. Si aūt quisq̄ nulla habere demōes
corpora asseuerat: nō est de hac re aut la-
borandū opōsa inquisitiōe: aut cōtentiosa
disputatōne certandū. Cur eni nō dicamꝰ
q̄uis miris tamē ueris mōis etiaz spiritus
incorporeos eē & pena corporalis ignis
affligi: si spūs hominū etiam ipi profecto
incorporei & nūc potuerit icludi corpa-
libus membris: et tunc poterūt corporuz
suoꝝ uinculis insolubliter alligari? Ad-
herebūt ergo si eis nulla sunt corpa: spūs
demonū imo spūs demones licz incorpei
corporeis ignibus cruciandi: nō ut ignes
ipi qbꝰ adherebūt eoꝝ iūctura inspirent̄:
& animalia fiant que constent spiritu &
corpore: sed ut dixi miris et ineffabilibꝰ
modis adherendo accipiētes ex ignibus
penam non dantes ignibus uitam. qa &
iste alius modus quo corpibus adherent
spūs & aīmalia fiūt: omnino mirus ē nec
cōprehendi ab homine potest. et hoc ipse
homo est. Dicerem quidez sic arsuros sine

ullo suo corpore spūs: sicut ardebat apd
inferos ille diues qn̄ dicebat crucior i hac
flāma: nisi conuenienter rn̄deri cernerem
talem fuisse illam flāmam: quales ocl̄i q̊s
leuauit et Lazaꝝ uidit: qualis lingua cui
humorē exiguū desiderauit infūdi: q̄lis
digitus Lazari de q̊ id sibi fieri postl̄auit:
ubi tamen erant sine corpibus anime. Sic
ergo incorpalis et illa flāma qua exarsit:
& illa guctula quā poposcit: qualia sunt
etiā uisa dormientiū: siue in extasi cernē-
tiū res incorpales habentes tn̄ silitudinē
corpm. Nam et ipē homo cū spū nō corpe
sit in talibus uisis: ita se tn̄ tunc similē suo
corpi uidet: ut discernere oīno nō possit.
Aut uero gehenna illa quod etiā stagnū
ignis & sulfuris dictū ē corporeus ignis
erit & cruciabit corpa damnatorū: aut
et hominū et demonū: solida hoim: aerea
demonū. Aut tantū hominū corpora cū
spiritibus: demōes aūt spūs sine corpib9
herentes sumendo penam nō impartiēdo
uitā corpalibus ignibus. Vnus quippe
utrisq; ignis erit sicut ueritas dixit.

H Ic autem qdam ¶ Caplm .xi.
eoꝝ cōtra quos defendim9 ciuitatē
dei iniustū putant: ut pro pc̄tis quālibet
magnis puo scilicet tempore perpetratis:
pena quisq; damnet̄ eterna: quasi ulli9 id
unq̄ iustitia legis actendat: ut tāta mora
tpis quisq; puniatur: q̄nta mora tēporis
ūde puniret̄ admisit. Octo genera penaꝝ
in legibus esse scribit Tullius. Damnum:
uincula: uerbera: talionem: ignominiam:
exiliū: mortem: seruitutem. Quid hoꝝ ē
quod in breue tempus p cuiusq; peccati
celeritate coartet̄: ut tāta uindicet̄ morula
q̄nta deprehēdit̄ ppetratū: nisi forte talio?
Id. n. agit: ut hoc patiat̄ qsq; quod fecit.
Vnde illud est legis. Oculum pro oculo:
dentem pro dente. Fieri. n. potest: ut tam
breui tpe quisq; amictat ocl̄m seueritate
uindicte: quē tulit ipē alteri improbitate
peccati. Porro aūt si aliene femine osclm

infixum: rationis sit uerbere uindicare:
nōne qui illd̄ pūcto tpis fecerit: icōpabili
horaꝝ spatio uerberatur: & suauitas uo-
luptatis exigue diuturno dolore punit̄?
Quid in uinculis? Nūqd ibi tā diu qsq;
iudicandus est esse debere: q̄m diu fecit
ūde meruit alligari: cū iustissime ānosas
penas seruus in cōpedibus pendat: qui
uerbo aut ictu celerrime transeūter ul' la-
cessiuit dn̄m ul' plagauit? Iā u° damnū:
ignomia: exiliū: et seruitus: cū plerūq; sic
infligunt̄ ut nulla uenia relaxent̄: nōne
pro huius uite mō similia penis uidētur
eternis? Ideo qppe eterna eē non possūt:
quia nec ipa uita que his plectit̄ porrigit̄
in eternū. Et tn̄ peccata que uindicant̄ lon-
gissimi temporis penis: breuissimo tempe
ppetrant̄: nec quisq̄m extitit qui censeret
tam cito nocentiū finienda esse tormenta:
q̄m cito fcm̄ ē ul' homicidiū ul' adulteriū:
uel sacrilegiū: ul' qdlibet aliud scelus: nō
tpis longitudine: sed iniquitatis et impi-
etatis magnitudine metiendū. Qui uero
pro aliquo grandi crimie morte multat̄:
nūqd mora qua occidit̄ que pbreuis ē ei9
supplitiū leges existimant: & non q eum
in sempiternū auferūt de societate uiuē-
tiū? Quod ē aūt de ista ciuitate mortali:
homies supplitio prime mortis: hoc ē de
illa ciuitate imortali hoīes supplitiō scde
mortis auferre. Sicut enī nō efficiūt leges
huius ciuitatis: ut in eam quisq; reuocet̄
occis9: sic nec illi9 leges ciuitatis admictūt:
ut ad eius quis ultra beatitudinē reuo-
cetur eternam: secūda morte damnatus.
Quomō ergo uerū est inquunt qd ait xp̄s
ur̄: i q̄ mēsura mensi fueritis i ea remetiet̄
uobis: si tpale peccatū supplitio punitur
eterno? Nec actendūt non pp̄ter equale
tpis spatiū: sed pp̄ter uicissitudinē mali:
id est ut q mala fecerit mala paciat̄: eādē
dictam mensuram fuisse. Quāuis hoc in
ea re pp̄rie possit accipi de q̄ dn̄s cū hoc
diceret loquebatur: id est de iuditiis &

condemnationibus. Proinde qui iudicat et cōdemnat iniuste: si iudicatur & condemnatur iuste: in eadē mensura recipit. quāuis nō hoc quod dedit. Iudicio.n. fecit: iudicio patitᷣ. Quāuis damnatōē fecerit: quod iniquū est: patitᷣ damnationē quod iustum est. ¶ Capitulm .xii.

SEd pena eterna ideo dura et iniusta sensibus uidetur humanis: qa in hac infirmitate moribundorū sensuū deest ille sensus altissime purissimeq; sapiētie: quo sentiri possit quātū nefas in illa prima preuaricatione cōmissū est. Quāto .n. magis homo fruebatᷣ deo: tanto maiore ipietate dereliquit deū. et factus est malo dignus eterno: qui hoc in se pemit bonū quod eē posset in eternū. Hinc ē uniuersa generis humani massa damnata. qm̄ qui hoc primitus admisit: cum ea que in illo fuerat radicata sua stirpe punitus est: ut nullus ab hoc iusto debitoq; supplitiō nisi mīa et indebita gratia liberetur. atq; ita dispartiatᷣ genus humanū: ut i quibusdā demōstretur quid ualeat misericors gratia: in ceteris qd iusta uindicta. Neq; enī utrunq; demonstraretᷣ in oīb9: qa si oīs remanerēt in penis iuste damnatōis: i nullo appereret misericors gratia redimētis. rursū si oēs a tenebris transferrentᷣ in lucem: in nullo appareret et seueritas ulcōis. In q̄ ppterea multo plures q̄ in illa sūt. ut sic ondatur quid omnibus deberetᷣ. Quod si omnibus redderetᷣ iustitia uindicātis: iuste nemo reprehēderet. qa uero tam multi exinde liberantur: est unde agantᷣ maxime grē gratuito muneri liberantis. ¶ Ca. xiii.

PLatonici qdē q̄uis impunita nulla uelint esse peccata: tamē oēs penas emendationi adhiberi putant: ul' hūanis inflictas legibus uel diuinis: siue in hac uita siue post mortē: si aūt parcatur hic cuiq; aut ita plectatᷣ ut hic nō corrigatᷣ. Hinc est Varronis illa sententia: ubi cū dixisset de terrenis corpib9 moribūdisq; membris: q̄ anime hinc metuūt cupiunt gaudentq; dolentq;: nec auras suscipiunt clause tenebris & carcere ceco: secutus adiūxit atq; ait. Quin et supremo cū lumine uita relinquit: id est cū die nouissimo relinquit eas ista uita. nō tn̄ inqt oīne malū miseris: nec fūdit9 oīnes corpee excedūt pestes: penitusq; necesse est multa diu cōcreta modis iolescere miris. Ergo exercentᷣ penis: ueterūq; malorū̄ supplitia expēdūt. alie pandūtur inanes suspense ad uētos: aliis sb gurgite uasto infectū eluitᷣ scel9: aut exuritᷣ igni. Qui hoc opinantᷣ: nullas penas n̄ purgatorias uolūt eē p9 mortē. ut qm̄ terris supiora sunt elementa: aqua: aer: ignis: ex aliqua istorū̄ mundetur per expiatorias penas: qd̄ terrēa cōtagione contractū est. Aer quippe accipitur in eo quod ait suspense ad uentos. aqua i eo q̄ ait sub gurgite uasto. ignis autē suo noīe express9 ē cū dixit: aut exuritᷣ igni. Nos uero etiam in hac quidē uita mortali eē quasdam penas purgatorias cōfitemur. non quibus affligūtur quorū̄ uita ul' inde fit melior uel potius inde fit peior: sz illis sunt purgatorie: q eis coerciti corriguntᷣ. Cetere oīnes pene siue temporarie siue sempiterne: sicut unusqsq; diuīa prouidentia tractandus est inferuntᷣ: ul' pro peccatis siue preteritis siue in qb9 adhuc uiuit ille qui plectitur: uel p exercendis declārandisq; uirtutibus p hoīes & anglos: seu bonos seu malos. Nam & qsq; mali aliqd alterius iprobitate uel errore patiatᷣ: peccat quidem homo q ul' ignorantia ul' iniustitia cuiq̄ mali aliqd facit: sed nō peccat deus: qui iusto q̄uis occulto iuditio fieri sinit. Sed temporarias penas alii in hac uita tm̄: alii post mortem: alii et nunc & tunc. uerūtamen ante iuditiū illud seuerissimum nouissimūq; patiūtur. Non autē ueniunt oīns in sempiternas penas: que post illd̄ iuditiū his sunt future qui post mortem sustinent temporales. Nam quibusdā qd̄

in isto non remictitur: remicti in futuro seclo; id ē ne futuri seculi eterno supplitō puniant̄: iam supra diximus. Rarissimi sūt aūt: qui nullas in hac uita sed tantū post eā penas luunt. Fuisse tñ aliq̄s q usq; ad decrepitaz senectutē: ne leuissimā qdē febriculam senserint quietamq; duxerint uitā: et ipi nouimus et audiuimus.

Capl'm .xiiii.

QVanq̄ ipa uita mortalium tota pena sit: quia tota tēptatio est: sicut sacre litere psonant: ubi scriptū est. Nūquid non temptatō est uita hūana super terram? Nō. n. parua pena est ipa insipientia uel imperitia: que usq; adeo fugienda merito iudicatur: ut per penas doloribus plenas pueri cogantur queq; artificia uel literas discere. ipsumq; discere ad quod penis adigunt̄ tā penale est eis: ut nōnunq̄m ipas penas per quas cōpellunt̄ discere: malint ferre q̄ discere. Quis aūt non exhorreat et mori eligat: si ei pponat̄ aut mors perpetienda: aut rursus infantia: Que quidem non a risu s; a fletu orditur hanc lucē: quo qd maloꝝ ingressa sit nesciens pphetat q̄dāmodo? Solū qn̄ natus ē ferūt risisse Zoroastren: nec ei boni aliquid monstruosus risus ille portendit. Nam magicaruz artiū phibet̄ fuisse inuentor. Que qdez illi nec ad presentis uite uanaz felicitatem: contra suos inimicos pdesse potuerūt. A Nīno qppe rege assirioꝝ: cū eēt ipe bactrianoꝝ rex bello supatus est. Prorsus quod scriptuz est: graue iugū super filios Adam: a die exitus de uentre matris eoꝝ usq; in diez sepulture in mr̄ez oīm: usq; adeo impleri necesse ē: ut ipi puuli p lauacꝝ r̄generationis ab origīalis pc̄ti q̄ solo tenebant̄ uinculo iā soluti: mala multa paciētes: nōnlli & incursus spirituū malignoꝝ aliquādo patiantur. Que quidez passio absit ut eis obsit: si hanc uitam in illa etate etiam ipa passione ingrauescente & aīam de corpe excludente finierūt.

Capl'm .xv.

VEruntamē in graui iugo qd̄ positū est sup filios Adam a die exitus de uentre matris eoꝝ: usq; in diē sepulture in matrem oīm: etiaz hoc mediū mirabile repitur: ut sobrii simus atq; intelligam9 hanc uitaz de pc̄to illo nimis nefario qd̄ in paradiso perpetratū est: factam nobis esse penalez totūq; qd̄ nobiscū agitur per testamentū nouū: nō ptinere nisi ad noui seculi hereditatem nouaz; ut hic pignore accepto illud cuius hoc pignus ē suo tpe consequamur: nunc autem ambulemus in spe: & pfitientes de die i diem spiritu facta carnis mortificemus. Nouit enim dn̄s q sunt eius. Et quotq̄t spū dei agunt̄ hi filii sunt dei. s; gratia nō natura. Vnic9 enim natura dei filius: ppter nos misericordia factus ē hoīs filius: ut nos natura filii homīs filii dei per illum gr̄a fierem9. Manens quippe ille immutabilis: naturā nostram in qua nos susciperet suscepit a nobis: et tenax diuinitatis sue nr̄e infirmitatis particeps factus ē: ut nos i meli9 cōmutati: qp peccatores mortalesq; sum9: eius īmortalitatis et iustitie participatōe amictamus. & qd̄ in natura nostra bonū fecit: impleti sūmo bono eius nature bonitate seruemus. Sicut. n. p unū hominem peccantem i hoc tā graue malū deuēim9: ita p unū hoīem eundemq; deū iustificātē: ad illud bonū tam sublime ueniem9. Nec quisq̄m se debet ab isto ad illum transisse confidere: nisi cū ibi fuerit ubi temptatio nulla erit: n̄ pacem tenuerit: quam belli huius i quo caro cōcupiscit aduers9 spm̄ & spūs aduersus carnē: multis et uariis certaminibus querit. Hoc aūt bellū nunq̄m ullum esset: si natura hūana per liberum arbitriuz in rectitudine in qua facta est perstitisset. Nunc ū que pacem felix cum deo haber̄ noluit: secū pugnat infelix. et hoc quoq; cū sit malū miserabile: melius est tamen q̄m priora uite hui9. Melius cōfligitur quippe cuz uiciis: q̄ cum sine ulla

cōflictione dānantur. Meli⁹ est inq̄ bellum cū spe pacis ęternę: q̄ sine ulla liberatōis cogitatōe captiuitas. Cupimus qđez etiā hoc bello carere: & ad capessendam ordinatissimā pacē: ubi firmissīa stabilitate potioribus inferiora subdant̄: igne diui amoris accendimur. Sed si qđ absit alibi tanti boni spes nulla eēt: malle debuim⁹ in huius cōflictatōis molestia remanere: q̄ uiciis in nos dñatonē nō eis resistendo permictere. ❡ Capitlm .xvi.

VErum tanta est dei misericordia in uasa misericordię quę preparauit in glā: ut etiā prima hominis ętas id est infāna quę sine ullo renisu sbiacet carni: et secūda quę pueritia nūcupat̄: ū nōdū ratio suscepit hanc pugnā: et fere sb oīb⁹ uitiosis delectatōibus iacet: qa licet fari iā ualeat: et ideo infāā transisse uideat̄: nondū in ea est precepti capax īfirmitas mentis. si sacramēta mediatoris accepit: etiā si hanc in eis ānis uitam finiat translata scilicet a potestate tenebrāy̆ i regnū xp̄i: nō solū penis nō preparetur ęternis: sed ne ulla qđem post mortē purgatoria tormēta patiatur. Sufficit. n. sola spūalis regeneratio: ne post mortem obsit quod carnalis generatio cū morte cōtraxit. Cū autez uentū fuerit ad ętatē quę preceptū iam capit: et subdi potest legis imperio: suscipiendū est bellū cōtra uicia et gerēdū acriter: ne ad damnabilia pc̄ta pducat. Et siquidez nōdum uictoriāy̆ cōsuetudīe roborata sunt: facilius uincunt̄ et cedūt. sin aūt uincere atq̧ impare consueuerūt: laboriosa difficultate supantur. Neq̧. n. id fit ueraciter atq̧ sinceriter: ñ uera delectatione iustitię. Hoc est autez fide xp̄i. Nā si lex iubens assit: et spūs iuuās desit: per ipam ꝓhibitionem desiderio crescēte atq̧ uincente peccati: etiā reatus preuaricatōis accedit. ut nōnunq̄ sine apertissima uicia quę aliis uiciis uincuntur occultis. queq̧ putant̄ esse uirtutes: in qb⁹ regnat superbia: et quędā sibi placendi altitudo ruinosa. Tūc itaq̧ uicta uicia deputāda sunt: cū dei amore uincūtur: quē ñ deus ipe nō donat: nec aliter nisi p mediatorez dei et hoīm hoīem xp̄m Ihesuz: qui fact⁹ est particeps mortalitatis nostrę: ut nos participes faceret diuinitatis suę. Paucissimi autem sūt tantę fęlicitatis: ut ab ipsa ineūte adolescētia nllā damnabilia pc̄ta cōmictant: ul' in flagitiis ul' i facinorib⁹: ul' in nefarię cuiusq̄m impietatis errore. sȝ magna spūs largitate oppmāt: qđqđ in eis posset carnali delectatōe domiari. Plurimi uero precepto legis accepto: cū prius uicti fuerint preualentibus uiciis: et preuaricatores effecti: tunc ad gratiaȝ confugiunt adiuuantem: qua fiant et amarius penitēdo et uehemēti⁹ pugnādo: prius deo subdita atq̧ ita carni preposita mēte uictores. Quisq̧s ergo cupit penas euadere sempiternas: nō solū baptizetur uerū etiā iustificetur in christo. ac sic uere trāseat a diabolo ad xp̄m. Purgatorias autem penas nullas futuras opinet̄: nisi ante illud ultimū tremendumq̧ iuditiū. Nequaq̄ tñ negandū est: etiā ipm ęternū ignē ꝓ diuersitate meritoy̆: q̄uis malorū aliis leuiorem aliis futuy̆ esse grauiorez: siue ipius uis atq̧ ardor pro pena digna cuiusq̧ uarietur: siue ipe ęq̄liter ardeat: sed non equali molestia sentiatur.

❡ Caplm .xvii.

NVnc iam cū misericordibus nr̄is agendum eē uideo: & pacifice disputādū q uel oībus illis hoībus quos iustissim⁹ iudex dignos gehennę supplitio iudicabit: ul' qbusdam eoy̆ nolunt credere penam sempiternam futurā: sȝ post certi tp̄is metas: ꝓ cuiusq̧ peccati q̄ntitate longioris siue breuioris eos inde existimant liberandos. Qua ī re misericordior profecto fuit Origenes: q & ipm diabolū et angelos eius: post grauiora ꝓ meritis et diuturniora supplitia: ex illis cruciatib⁹ eruendos atq̧ sociādos

sctis angelis credidit. Sed illuꝫ et ꝓpter
hoc et propter alia nonnulla: et maxime
propter alternãtes sine cessatõe beatitu-
dines & miserias: et statutis seculorum
interuallis ab istis ad illas: atqꝫ ab illis
ad istas itus ac reditus interminabiles:
nõ immerito reprobauit ecclesia. Quia et
hoc qꝫ misericors uidebat᷑ amisit: fatien-
do sctis ueras miserias qb9 penas luerẽt:
& falsas beatitudines in quibus uerũ ac
securum hoc est sine timore certũ sempi-
terni boni gaudiũ non haberent. Longe
autem aliter istorũ misericordia hũano
errat affectu: q hoĩm illo iuditio damna-
torũ miserias tẽporales: oĩm uero qui ul᷑
citius uel tardi9 liberant᷑: eternã felicitatẽ
putant. Que sententia si ꝓpterea uera &
bona qa misericors est: tanto erit melior
et uerior q̃nto misericordior. Extẽdatur
ergo ac profũdat᷑ fons hui9 misericordie
usqꝫ ad damnatos angelos: saltem post
multa atqꝫ ꝓlixa q̃ntũlibet secula liberã-
dos. Cur usqꝫ ad uniuersam naturaꝫ ma-
nat hũanam: et cũ ad angelicam uentum
fuerit mox arescit? Non audent tamẽ se
ulterius miserando porrigere: et ad libe-
rationẽ ipsius qꝫ diaboli peruenire. Veꝝ
si aliquis audeat uicit nempe istos: et tñ
tanto inuenit᷑ errare deformius: et cõtra
recta dei uerba ꝑuersius: q̃nto sibi uidet᷑
sentire clemẽtius. ¶ Caplm .xviii.

SVnt etiã quales in collocutiõibus
nr̃is ipe sũ expertus: q cũ uenerari
uideant᷑ scripturas sanctas: moribus im-
probandi sunt. et agendo causam suam:
multo maiorem q̃ isti misericordiaꝫ deo
tribuũt erga hũanũ genus. Dicũt enĩ de
malis et infidelibus hoĩbus diuinit9 qdeꝫ
uerum predictum esse qꝫ digni sunt: sed
cũ ad iuditiũ uentũ fuerit: misericordiã
esse superaturam. Donabit enim eos inqunt
misericors deus: precib9 et intercessiõib9
sanctoꝝ suorũ. Si enim orabant pro illis
qñ eos patiebant᷑ inimicos: quãto magis

quando uidebunt hũiles supplicesqꝫ pro-
stratos? Neqꝫ enĩ credendũ est aiũt tunc
amissuros sctos uiscera misericordie: cuꝫ
fuerit plenissime ac ꝑfectissime sctitatis.
ut qui tũc orabãt pro inimicis suis q̃ndo
et ipi sine pcto non erant: tunc nõ orent ꝓ
supplicibus suis quãdo nullũ ceperit hr̃e
peccatũ. Aut uero deus tunc eos non ex-
audiet tot & tantos filios suos: quãdo in
tanta eoꝝ sanctitate nullũ inueñiet orõnis
impedimentũ? Testĩoniũ ũ psalmi: et illi
quideꝫ q permictũt infideles atqꝫ impios
homines saltem longo tempore cruciari:
& postea de malis omibus erui: sꝫ magis
isti pro se dicũt eẽ ubi legitur. Nunquid
obliuiscetur misereri deus: aut cõtinebit
in ira sua suas miserationes? Ira eius est
inqunt: ut oĩes indigni beatitudie sem-
piterna ipso iudicante puniant᷑ supplitio
sempiterno. Sed si uel longũ uel ullũ esse
permiserit: ꝑfecto ut possit hoc fieri con-
tinebit in ira sua miserationes suas. quod
eũ psalmus dicit nõ esse facturũ. Non enĩ
ait affirmãdo cõtinebit: sed negationem
sub interrogatõne ponens: cũ an cõtiebit
interrogat: nimirũ ostendit: quia nõ diu
miseratões suas in ira cõtineat. Sic ergo
isti uolunt iuditii dei cõmiatõnem nõ esse
mendaceꝫ: q̃uis sit neminẽ damnaturus:
q̃admodũ ei9 cõminatõeꝫ q̃ dixit euersu-
rũ se esse niniuẽ ciuitateꝫ: mẽdacẽ nõ pos-
sumus dicere: et tamẽ nõ est factũ inqunt
qđ sine ulla cõditõne predixit. Nõ enĩ ait
niniue euertetur si nõ egerint penitentiã
seqꝫ correxerint: sed hoc nõ addito pre-
nũtiauit euersionẽ futuraꝫ illius ciuitatis.
Quã cõmiatõneꝫ ꝓpterea ueracẽ putant:
qa hoc predixit deus qđ uere digni erãt
pati: q̃uis hoc nõ esset ipe facturus. Naꝫ
& si penitentibus pepercit inqunt: utiqꝫ
illos penitentiã nõ ignorabat acturos. &
tamẽ absolute ac definite eorũ euersioneꝫ
futuram esse predixit. Hoc ḡ erat inqũt
in ueritate seueritatis: q̃ erant digni: sed

in ratione miserationis nō erat: quaꝫ non
cōtinuit i ira sua ut ab ea pena supplicib9
parceret: quā fuerat cōtumacibus cōmi-
natus. Si aūt tunc pepercit niniue: q̄ndo
sanctū suū ꝓphetam fuerat parcendo con-
tristatur9: quāto magis tunc mirabilius
supplicantib9 parcet: q̄ndo ut pcat omes
sancti eius orabunt? Sed hoc qđ ipsi suis
cordibus suspicant̄: ideo putant scpturas
tacuisse diuinas: ut multi se corrigāt uel
prolixarū uel eternaꝝ timore penaꝝ: et
sint qui possint orare ꝓ eis qui nō se cor-
rexerint. Nec tamē opinātur oīmodo id
eloquia diuina tacuisse. Nam quo ptinet
inquiunt quod scriptū est: q̄m multa multitu-
do dulcedinis tue domie quā abscondisti
timentibus te: nisi ut intelligamus ꝓpter
timorem fuisse absconditaꝫ misericordie
diuine tam multā secretamq; dulcedinē?
Addūt etiam ꝓpterea dixisse apostolum:
conclusit eni deus omes in infidelitate ut
omnibus misereat̄: quo significaret q ab
illo nemo damnabit̄. Nec isti tn̄ qui hoc
sentiūt: hanc opinionē suam usq; ad libe-
ratōem uel nullam damnationeꝫ diaboli
atq; angeloꝝ eius extēdūt. Hūana quippe
circa solos homies mouent̄ misericordia:
et causam maxime agūt suā: ꝑ generaleꝫ
in genus humanū quasi dei miseratōem:
impunitateꝫ falsam suis pditis moribus
pollicentes. Ac per hoc superabunt eos
in predicāda dei misericordia: qui hanc
impunitatē etiā principi demonū et eius
satellitibus pollicent̄. ¶ Caplm .xix.

Item sunt alii ab eterno supplicō libe-
ratōem nec ipis saltem omibus hoib9
promictētes: sed tm̄modo x̄ baptismate
ablutis qui participes fiunt corporis ei9:
quolibet uixerint: in quacunq; heresi uel
impietate fuerint. propter illud quod ait
Ihesus. Hic ē panis qui de celo descēdit:
ut si qs ex ipso māducauerit nō moriat̄.
Ego sum panis uiuus q de celo descendi.
Si quis māducauerit ex hoc pane uiuet
in eternuꝫ. Ab eterna ergo morte inquit
necesse est istos erui; et ad uitam eternam
quādoq; perduci. ¶ Capitlm .xx.

Item sunt qui hoc nec omibus hntib9
baptismatis xp̄i & eius corpis sacra-
mentum: sed solis catholicis quāuis male
uiuentibus pollicent̄. qa nō solū sacmēto
sed re ipa manducauerūt corpus christi:
in ipo corpe eius constituti. De quo dicit
apostolus. unus panis unū corpus multi
sumus. ut etiā si postea in aliquā heresim
uel etiā in gentiliū idolatriaꝫ lapsi fuerit:
tn̄ quia in corpe christi id est i catholica
ecclesia susperūt baptismū x̄ et māduca-
uerūt corpus xp̄i: non moriant̄ i eternū:
sed uitam quādoq; consequntur eternam. atq;
illa omis impietas q̄nto maior fuerit: nō
eis ualeat ad eternitateꝫ: sed ad diutur-
nitatem magnitudinemq; penarum.

Sunt autem ¶ Caplm .xxi.
qui propter id qđ scriptum est qui
perseuerauerit usq; i finem hic salu9 erit:
non nisi in ecclesia catholica pseuerantib9
q̄uis in ea male uiuētibus hoc ꝓmictūt:
per ignem uideliceꝫ saluandis: merito fū-
damenti de quo ait apls. Fundamentū.n.
aliud nemo potest ponere preter id quod
positū est: qđ est christus Ihesus. Si quis
autē edificauerit supra fundamentū hoc
aurū: argentuꝫ: lapides preciosos: ligna:
fenū: stipulam: uniuscuiusq; opus mani-
festabitur. Dies enī dñi declarabit: quia
in igne reuelabitur: et uniuscuiusq; opus
quale sit ignis ꝓbabit. Si cuius opus per-
manserit quod supedificauit: mercedem
accipiet. Si cuius opus aūt arserit: detri-
mentū patiet̄. ipse autē saluus erit: sic tn̄
quasi per ignē. Dicūt ergo cuiuslibꝫ uite
catholicum christianū christuꝫ habere in
fundamento: quod fundamentum nulla
heresis habꝫ a corpis ei9 unitate precisa:
& ideo propter hoc fundamentū etiam si
male uite fuerit catholicus christianus:
uelut qui superedificauerit ligna: fenum:

stipulam: putant eum saluũ fieri ꝑ igneꝫ: id est post pęnas ignis illi⁹ liberari: q̊ igne in ultio iuditio puniend̃ mali. ¶ Ca. xxii.

Omperi autem etiam quosdaꝫ putare: eos tantũmodo arsuros illi⁹ ęternitate supplitii: qui pro peccatis suis facer̃ dignas elemosinas negligũt. Iuxta illud apostoli Iacobi. Iuditiũ autem sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Qui ergo fecerit inquiũt q̃uis mores in melius nõ mutauerit: sed inter ipsas suas elemosinas nefarie ac nequiter uixerit: cũ misericordia illi iuditiũ futurum est. ut aut nulla damnatiõe plectat̃: aut post aliquot tempus siue paruuꝫ siue prolixum ab illa damnatione liberetur. Ideo iudicẽ ipm uiuoꝝ atqꝫ mortuorum noluisse existimant aliud commemorare se esse dicturũ: siue dextris q̃bus datur⁹ est uitã ęternaꝫ: siue sinistris quos ęterno supplitio damnaturus: ñ elemosinas siue factas siue non factas. Ad hoc pertinere aiunt: et in oratione domĩca quotidianaꝫ postulatõnem. Dimicte nobis debita nr̃a sicut & nos dimictimus debitorib⁹ nr̃is. Quisquis enim illi qui ĩ eum peccauit dimictit ignoscendo peccatum: ꝓculdubio elemosinam facit. Quam rem domin⁹ ipe sic cõmendauit ut diceret. Si enim dimiseritis peccata homĩbus: dimictet uobis et pr̃ uester peccata uestra. Si auteꝫ non dimiseritis hominibus: neqꝫ pater uester qui ĩ celis est dimictet uobis. Ergo & ad hoc genus elemosinarum ptinet quod ait apostolus Iacobus: iuditium futurũ sine misericordia et qui nõ fecit misericordiã. Nec dixit dñs inquiũt magna ul' parua: sed dimictet uobis pater uester peccata uestra: si et uos dimiseritis homĩbus. Ac per hoc putant etiaꝫ eis qui ꝑdite uixerĩt donec claudãt dieꝫ uitę huius extremũ: per hanc orationem qualiacũqꝫ et q̃tacũqꝫ fuerint omnia quotidie peccata dimicti: sicut ipsa quotidie frequentatur oratio: si hoc tantummodo custodire meminerint: ut quando ab eis ueniam petunt qui eos peccato qualicunqꝫ leserunt: ex corde dimictant. Cum ad hęc omnia deo donãte respondero: liber iste claudendus est.

Ac primũ ¶ Capitl'm .xxiii.

Ac primũ queri oportet atqꝫ agnosci: cur ęcclesia ferre nequerit omniũ disputatõem: diabolo etiã post maximas et diuturnissimas pęnas purgatõnẽ uel indulgentiaꝫ pollicentem. Neqꝫ enĩ tot sancti et sacris ueteribus ac nouis literis eruditi: mũdationem & regni cęlorũ beatitudĩnẽ post qualiacũqꝫ et quantacũqꝫ supplitia q̃libetcũqꝫ et quantiscunqꝫ angelis inuiderunt: sed potius uiderũt diuinam uacuari uel infirmari non posse sententiam: quam se prenuntiauit dominus ĩ iuditio ꝓlaturũ atqꝫ dicturum. Discedite a me maledicti in ignem ęternuꝫ: qui paratus ẽ diabolo et angelis eius. Sic q̃ppe ostendit ęterno igne diabolũ et angelos eius arsuros. Et quod scriptum est in apocalipsi. Diabol⁹ qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris: quo et bestia et pseudo ꝓph̃a cruciabunt̃ die ac nocte ĩ sęcl'a sęclorũ. Quod ibi dictũ ẽ ęternũ: hic dictũ est ĩ sęcula sęculorũ. Quibus uerbis nihil scriptura diuina significare consueuit: ñ quod finem non habet tẽporis. Quãobrẽ prorsus nec alia cã nec iustior atqꝫ manifestior inueñri potest: cur uerissima ptãte teneatur fixum et ĩmobile: nll'm regressũ ad iustitiam uitamqꝫ sanctorum diabolũ & angelos eius habituros: ñ q̃a scp̃tura quę neminem fallit dicit eis deum nõ pepercisse: & sic ab illo eẽ inter impios prędamnatos: ut carceribus inferni retrusi traderentur seruandi atqꝫ ultimo iuditõ puniendi: quãdo eos ęternus ignis accipiet: ubi cruciabũtur in sęcula sęculorum. Quod si ita est: quomõ ab hui⁹ ęternitate pęne uel uniuersi uel quidam hoĩes post quantumlibet temporis subtrahentur: ac

non statim eneruabit fides qua creditur sempiternũ demonum futurum esse sup-pliciũ? Si enim quibus dicetur discedite a me maledicti in ignem eternũ qui parat⁹ est diabolo et angelis eius: vl' vniuersi vl' aliqui eorum non semper ibi erunt: quid cause est cur diabol⁹ et ãgeli eius: semper ibi futuri esse credant? An forte dei sñia que in malos angelos et homĩes pferet: in angelos uera erit: in hoĩes falsa? Ita plane hoc erit si non quod deus dixit: sꝫ quod suspicantur homines plus ualebit. Quod fieri quia nõ potest: non argumen-tari aduersus deũ: sed diuino potius dũ tempus est debent parere precepto: qui sempiterno cupiũt carere supplicio. De-inde quale est eternũ suppliciũ pro igne diuturni temporis existimare: et uitam eternam credere sine fine: cum xp̃s eodeꝫ ipso loco in una eadẽq; sententia dixerit utrunq; complexus: sic ibũt isti in suppli-cium eternũ: iusti autem in uitaꝫ eternã? Si utrũq; eternum: profecto aut utrunq; cum fine diuturnum: aut utrũq; sine fine perpetuũ debet intelligi. par pari enim relata sunt. hinc suppliciũ eternum: inde uita eterna. Dicere autem in hoc uno eo-demq; sensu: uita eterna sine fine erit: sup-plicium eternum finem habebit: multum absurduꝫ est. Vnde qa uita eterna sc̃oꝝ sine fine erit: suppliciũ quoq; eternũ qbus erit: procul dubio finem non habebit.

¶ Caplm .xxiiii.

Hoc autẽ et aduersus eos ualet: q suas agẽtes causas contra dei uenire uerba uelut mi-sericordia maiore conant. ut ideo uideꝫ uera sint: quia ea que dixit homines esse passuros pati digni sunt: non qa passuri sunt. Donabit eniꝫ eos inquiunt precib⁹ sanctorum suorũ: etiaꝫ tunc tanto magis orantium pro inimicis suis: quanto sunt utiq; sanctiores: eorumq; est efficacior oratio & exauditione dei dignior: iam nullum habentiũ omnino peccatum. Cur ergo eadem perfectissima sanctitate: & cuncta impetrare ualentibus mũdissimis & misericordissimis precibus etiam pro angelis non orabunt quibus paratus est ignis eternus: ut deus sententiam suam mitiget et reflectat ĩ melius: eosq; ab illo igne faciat alienos? An erit forsitan qsq̃ qui et hoc futuꝝ esse presumat: affirmãs etiam sanctos angelos simul cum sanctis hominibus qui tunc eq̃les erunt angelis dei: pro damnandis et angelis et hoĩbus oraturos: ut misericordia non patiantur quod ueritate merentur pati. quod nemo sane fidei dixit nemo dicturus est? Alio-quin nulla causa ẽ cur nõ etiã p diabolo nunc & angelis eius oret ecclesia: quam magister deus p inimicis suis iussit orare. Hec igitur causa qua fit ut nunc ecclesia nõ oret pro malis angelis: quos suos no-uit esse inimicos: eadem ipsa causa ẽ qua fiet ut in illo tunc iudicio etiam p hoĩbus eterno igni cruciandis: q̃uis perfecta sit sanctitate non oret. Nunc enim pp̃terea pro eis orat: quos ĩ genere hũano habet inimicos: qa tẽpus est penitentie fructu-ose. Nam ut quid maxime pro eis orat: nisi ut det illis deus sicut dicit apostolus penitentiam et resipiscant de diaboli la-queis: a quo captiui tenentur sc̃dm ipsius uoluntatẽ? Deniq; si de aliqbus ita certa esset: ut qui sint illi etiam nosset: qui licet adhuc in hac uita sint constituti: tamen predestinati sunt in eternum ignem ire cum diabolo: tam pro eis nõ oraret: q̃ nec pro ipo. Sed quia de nullo certa est: orat pro omnibus dumtaxat hominibus ini-micis suis in hoc corpore constitutis: nec tamen pro omnibus exauditur. Pro his enim solis exauditur: qui et si aduersant ecclesie: ita sunt tamẽ predestinati ut pro eis exaudiatur ecclesia: et filii efficiantur ecclesie. Si qui aũt usq; ad mortem hẽbũt cor impenitẽs: nec ex inimicis cõuertẽtur in filios: nunquid iam pro eis id est pro

talium defunctoruꝫ spiritibus orat ęcclesia? Cur ita: nisi quia in parte iaꝫ diaboli computantur: qui dum essent in corpore non sunt translati ad christum? Eadem itaq; causa est: cur non oretur tunc ꝑ hominibus ęterno igne puniẽdis: quę causa est ut neq; nunc neq; tũc oretur ꝑ angelis malis. quę itidem causa est: ut q̃uis pro hominibus nũc uiuis oretur etiam malis: tamen iam nec nunc oretur pro ĩfidelibus impiisq; defunctis. Nam ꝑ defunctis q̇busdam: uel ipsius ęcclesię uel quorundaꝫ piorum exauditur oratio: sed pro his q̊ꝝ in christo regeneratorum nec usq;adeo uita in corpore male gesta est: ut tali misericordia iudicentur digni non esse: nec usq;adeo bene ut talem misericordiaꝫ reperiantur necessariam non habere. sicut etiam facta resurrectione mortuorū: nõ deerunt quibus post pęnas quas patiunt̃ spiritus mortuorum impartiatur misericordia: ut in ignem non mictant̃ ęternũ. Neq; enĩ de quibusdam ueraciter diceret̃: ꝙ non eis remictat̃ neq; ĩ hoc sęculo neq; in futuro: nisi essent quibus et si non ĩ isto tamen remicteretur in futuro. Sed cum dictum fuerit a iudice uiuorũ atq; mortuoꝝ. uenite benedicti p̄ris mei possidete paratum uobis regnum a constitutione mundi: & aliis econtrario discedite a me maledicti in ignem ęternum qui paratus est diabolo et angelis eius: & ibũt isti in supplitium ęternum: iusti autem in uitaꝫ ęternam: nimię pręsumptionis est dicere cuiq̃m eorum ęternum supplitium nõ futurum: quos deus ituros in supplitium dixit ęternũ: et ꝑ hui⁹ pręsũptõis ꝑsuasionẽ facere: ut de ipsa q̊q; uita uel desperet̃ uel dubitet̃ ęterna. Nemo itaq; sic intelligat psalmũ canentem. Nunq̇d obliuiscet̃ misereri deus: aut cõtinebit ĩ ira sua miserationes suas: ut opinetur de hominib⁹ bonis uerã: de malis falsaꝫ: aut de bonis hominibus & malis angelis ueram: de malis autem hominibus falsam dei esse sententiam. Hoc enim quod ait psalmus ad uasa misericordię pertĩet: & ad ipsos filios promissionis: quorũ erat unus etiã ipse propheta. Qui cum dixisset nũquid obliuiscetur misereri deus aut continebit in ira sua miserationes suas: continuo sb̄iecit. Et dixi nunc cepi. Hęc est immutatio dexterę excelsi. Exposuit profecto quid dixerit. Nunquid continebit in ira sua miserationes suas. Ira enim dei est etiam ista uita mortalis: ubi homo uanitati similis factus est: et dies eius uelut umbra prętereunt. In q̃ tamen ira non obliuiscit̃ misereri deus: faciendo solem suum oriri super bonos et malos: & pluendo super iustos et iniustos. ac sic nõ continet in ira sua miserationes suas. Maximeq; in eo qđ expręssit hic psalmus dicendo nunc cepi: Hęc est immutatiõ dexterę excelsi: quoniã in hac ipsa eorum uanissima uita quę ira dei est: uasa misericordię mutat ĩ meli⁹: q̃uis adhuc in huius corruptionis miseria maneat ira eius: q̇a nec in ipsa ira sua continet miseratões suas. Cum ergo isto modo cõpleatur diuini illius cantici ueritas: non est eam necesse etiã illic ĩtelligi: ubi non pertinentes ad ciuitatẽ dei sempiterno supplitio punientur. Sed quibus placet istam sentẽtiam usq; ad illa ĩpiorũ tormẽta protendere: saltē sic intelligãt: ut manẽte in eis ira dei quę ęterno ẽ pręnuntiata supplitio: nõ contineat deus in hac ira sua miseratiões suas: & faciat eos non tanta quanta digni sunt pęnarum atrocitate cruciari. ut eas pęnas uel nunq̃ subeant uel aliquando finiant: sed ut eas minores q̃ merita sunt eorum leuioresq; patiantur. Sic enim & ira dei manebit: et in ipsa ira sua miseratiões suas nõ continebit. quod quidem non ideo cõfirmo: quia non resisto. Ceterum eos qui putant minaciter poti⁹ q̃ ueraciter dictũ: discedite a me maledicti in ignem ęternum: et ibũt

isti in supplitium ęternū: et cruciabuntur
in sęcula sęculorum: & uermis eorum nō
morietur: & ignis non extinguetur: &
cętera huiusmodi: non tam ego q̄m ipsa
scriptura diuīa planissime atq; plenissime
redarguit ac refellit. Niniuitę quippe in
hac uita egerūt pęnitētiā: et ideo fructu-
osa3: uelut ī hoc agro semīātes in q̊ uo-
luit deus cū lacrimis semīari: qđ postea
cum lętitia meteretur. Et tamen quis ne-
gabit quod domin9 prędixit in eis fuisse
completum: nisi parū aduertat q̄modū
peccatores deus non solum iratus: ueru3
etiam miseratus euertat? Euertunť enim
peccatores duobus modis. aut sicut so-
domitę ut pro peccatis suis ipsi homīes
puniant̄: aut sicut niniuitę ut ipsa hoīm
peccata pęnitendo destruantur. Factum
est ergo quod predixit deus. Euersa. n.
est niniue quę mala erat: et bona ędifica-
ta est quę non erat. Stantibus eni mēnib9
atq; domibus: euersa est ciuitas in pditis
moribus. Ac sic q̄uis propheta fuerit cō-
tristatus: quia non est factum quod illi
homines timuerunt illo prophetante uē-
turum: factum est tamē quod fuerat deo
pręsciente prędictum. quoniam nouerat
qui prędixit quō ī melius esset implēdū.
Vt autem nouerit isti in peruersum mi-
sericordes: quo pertineat quod scriptu3
est. Quāmulta multitudo dulcedinis tuę
domine: quam abscondisti timentib9 tę:
legāt et quod sequit̄: pfecisti aūt speran-
tib9 in te. Quid est abscōdisti timētibus:
perfecisti sperantibus: nisi quia illis qui
timore pęnarum sua3 suā uolunt iustitiā
constituere: quę in lege est non est iustitia
dei dulcis: quia nesciunt eam? Non enim
gustauerunt eam. In se nanq; sperant nō
in ipso: et ideo abscōditur eis multitudo
dulcedinis dei: quoniam timent quidem
deum: sed illo timore seruili qui nō est in
caritate. quia pfecta caritas foras mictit
timorem. Ideo sperantibus ī eum perficit
dulcedinem suā: inspirando eis caritate3
suam: ut timore casto non quem caritas
foras mictit: sed permanente in sęculum
sęculi: cū gloriantur in domino glorient̄.
Iustitia dei quippe christus est: qui fact9
est nobis sicut dicit apostolus sapientia
a deo: et iustitia: et sctificatō: et redēptio:
ut quemadmodum scriptum est: qui glo-
riatur in domīo gloriet̄. Hāc dei iustitiā
quam donat gratia sine meritis: nesciunt
illi qui suam iustitiam uolunt cōstituere:
& ideo iustitię dei qui est christus nō sūt
subiecti. In q̄ iustitia est multa multitudo
dulcedinis dei: propter quam dicitur in
psalmo. Gustate et uidete q̄ dulcis ē dn̄s.
Et hanc quidem in hac peregrinatione
gestantes: non ad satietatem sumentes:
esurimus eā poti9 ac sitimus: ut ea postea
saturemur cum uidebimus eum sicuti est.
& implebitur quod scriptū est. Satiabor
cum manifestabitur gloria tua. Ita pficit
christus multa3 multitudinē dulcedinis
suę sperantibus in eum. Porro aūt si eam
quam illi putant dulcedinem suam deus
abscondit timētibus eū: qua nō est ipios
damnaturus: ut hoc nescientes et dānari
timentes recte uiuant: ac sic possint esse
qui orent pro non recte uiuentibus: quō
eam perficit sperantibus in eum: q̄nq̄dem
sicut somniant per hanc dulcedinem non
damnaturus est eos qui nō sperant ī eū?
Illa igitur eius dulcedo quęratur: quam
perficit sperantibus in eum: non quam p-
ficere putatur contempnentibus et blas-
phemātib9 eum. Frustra itaq; homo posit9
in hoc corpore: occultorū dei iuditioru3
sibi noticia3 arrogare pręsumit. Illud q̊q;
apostolicum: conclusit enim deus omnes
in infidelitate ut oībus misereatur: non
ideo dictum est q̄ sit neminem damnatu-
rus: sed superius apparet unde sit dctm.
Nā cum de iudeis postea credituris apl̄s
loquęretur ad gentes: ad quas utiq; iam
credētes scribebat ępistolas. Sicut enim

uos īqt aliquãdo non credidistis deo:
nunc autem misericordiam cõsecuti estis
in illorum incredulitate: sic et hi nõ cre-
diderunt in uestra misericordia: ut et ipi
misericordiam consequantur. Deinde
subiecit unde isti sibi errando blandiunť
atq; ait. Conclusit .n. deus omnes in infi-
delitate ut oibus misereatur. Quos oẽs
nisi de quibus loquebatur: tanq̃m dicens
& uos et illos? Deus ergo & iudeos &
gentiles quos prescivit & predestinauit
conformes fieri imaginis filii sui: omnes
in infidelitate cõclusit. ut de amaritudĩe
infidelitatis sue penitendo confusi: et ad
dulcedinẽ misericordie dei credendo cõ-
uersi: clamarẽt illd̃ ĩ psalmo. Quã multa
multitudo dulcedinis tue domine: quam
abscondisti timentibus te: perfecisti autẽ
sperantibus non in se sed in te. Omnium
itaq; misereť: uasoꝝ misericordie quidez
omniũ: & eorum scilicet quos ex gentibꝰ
& eorum quos ex iudeis predestinauit:
uocauit: iustificauit: glorificauit: nõ oĩm
hominum: sed istorum omniũ neminem
damnaturus.

¶ Capitlm .xxv.

SEd iam respondeamus etiam illis:
qui non solum diabolo & angelis
eius sicut nec isti: sed ne ipsis qdem oibus
hominibus liberatiõem ab eterno igne ꝓ-
mictũt. uerꝫ eis tantum qui xͦ baptismate
abluti: et corporis eius et sanguinis par-
ticipes facti sunt: quomodolibet uixerint:
in quacunq; heresi uel impietate fuerint.
Sed cõtradicit eis apostolus dicens. Ma-
nifesta autem sunt opera carnis. Que sũt
fornicatio: immunditia: luxuria: idoloꝝ
seruitꝰ: ueneficia: inimicitie: contentiones:
emulationes: animositates: discensiones:
hereses: inuidie: ebrietates: cõmessatiões:
& his similia: que p̃dico uobis sicut pre-
dixi. quoniam qui talia agunt regnũ dei
non possidebũt. Hec profecto apostolica
sententia falsa est: si tales post quãtalibet
tempora liberati regnum dei possidebũt.
Sed quoniã falsa non est: ꝓfecto regnuz
dei non possidebũt. Et si in regni dei pos-
sessione nunq̃ erunt: eterno supplitiõ tene-
bũtur. quoniã nõ est medius locus ubi nõ
sit in supplitio: qui illo nõ fuerit cõstitutꝰ
in regno. Quamobrem quod ait dominꝰ
Ihesus hic ẽ panis qui de celo descendit:
si quis ex ipso mãducauerit non morieť:
ego sum panis uiuus q de celo descendi:
si quis manducauerit ex hoc pane uiuet
in eternum: quomõ sit accipiendũ merito
queritur. Et ab istis quidem quibus nunc
respondemus: hunc intellectum auferũt
illi: quibus deinde respõdendum est. Hi
sunt autem qui hanc liberationẽ nec oibꝰ
habentibus sacramentum baptismatis et
corporis christi: sed solis catholicis q̃uis
male uiuentibus pollicẽtur. Quia nõ solũ
inquiunt sacramento sed re ipa mandu-
cauerunt corpus christi: in ipso scilꝫ eius
corpore constituti de quo ait apostolus.
Vnus panis unum corpus multi sumus.
Qui ergo est in eius corporis unitate id
est in christianorum compage mẽbrorũ:
cuius corporis sacramentum fideles cõ-
municantes de altari sumere cõsueuerũt:
ipse uere dicendus est manducare corpꝰ
christi: et bibere sanguinem christi. Ac ꝑ
hoc heretici et scismatici ab huius unitate
corporis separati: possunt idem percipere
sacramentum: sed non sibi utile imo uero
etiam noxium: quo iudicẽtur grauius q̃
uel tardius liberentur. Non sunt quippe
in eo uinculo pacis: quod in illo exp̃miť
sacramento. Sed rursus etiã isti qui recte
intelligunt nõ dicendũ eum manducare
corpus christi qui in corpore nõ est xp̃i:
non recte ꝓmictunt eis qui uľ in heresim
uel etiam in gentilium supstitionez ex illiꝰ
corporis unitate labuntur: liberationem
quandoq; ab eterni igne supplitii. Primo
quia debent actendere q̃ sit intollerabile
atq; a sana doctrĩa nimis deuiũ: ut multi
ac pene omẽs q hereses impias cõdiderit

exeuntes de catholica ecclesia et facti sūt
heresiarche: meliores habeant causas q̄
hi qui nunq̄ fuerunt catholici: cū in eorū
laqueos incidissent: si illos heresiarchas
hoc facit liberari a supplicio sempiterno;
q in catholica ecclesia baptizati sunt: &
sacramentū corporis christi i uero christi
corpore primitus acceperunt: cum peior
sit utiq; desertor fidei et ex desertore op-
pugnator eius effectus: q̄ ille q nō deseruit
quam nunq̄m tenuit. Deinde quia et his
occurrit apostolus eadēq; uerba pferēs:
et enumeratis illis carnis operibus eadē
ueritate predicens: quoniam q talia agūt
regnum dei non possidebunt. Vnde nec
illi in perditis & damnabilibus moribus
debent esse securi: qui usq; in finem qdem
uelut in communione ecclesie catholice p-
seuerant: intuentes quod dictū est. Qui p-
seuerauerit usq; in finem hic saluus erit.
& per uite iniquitatem ipsam uiā iustitie
qd eis christus est deserūt: siue fornicādo:
siue alias immunditias flagitiorum quas
nec apostolus exprimere uoluit in suo cor-
pore pperpetrando: siue turpitudie luxurie
diffluēdo: siue aliquid aliud eorū agēdo:
de quibus ait: quoniam qui talia agunt
regnum dei non possidebunt. Ac per hoc
quicunq; agunt talia: nisi i supplicio sem-
piterno non erunt: quia in regno dei esse
non poterūt. In his enim perseuerando
usq; in huius uite finem: nō utiq; dicendi
sunt in christo perseuerasse usq; in finem.
quia in christo perseuerare est i eius fide
perseuerare. que fides ut eam definit apls
per dilectiōem operatur. Dilectio aūt sicut
ipe alibi dicit malū nō opatur. Nec isti duo
ergo dicendi sunt manducare corpus xi:
quoniam nec i membris computandi sūt
christi. Vt enim alia taceam: non possunt
simul esse & mēbra christi et membra me-
retricis. Denique ipse dicens qui māducat
carnem meam & bibit sanguinē meum:
in me manet et ego in eo: ostēdit quid sit
non sacramentotenus sed reuera corpus
christi manducare: et eius sanguinē bibere.
Hoc est enim in christo manere: ut in illo
maneat & christus. Sic enim hoc dixit
tanq̄ diceret. Qui non in me manet & in
quo ego non maneo: non se dicat aut ex-
istimet māducare corpus meū: aut biberē
sanguinem meum. Non itaq; manent i xo;
qui non sunt membra eius. Non sunt aūt
membra christi: q se faciunt membra me-
retricis: nisi malum illud penitendo esse
destiterint: et ad hoc bonum recōciliatōe
redierint. ¶ Caplm .xxvi.

SEd habent inquiunt christiani ca-
tholici in fundamento christum: a
cuius ueritate non recesserunt. tamen et si
huic fundamēto superedificauerūt quā-
libet pessimā uitam: uelut ligna: fenum:
stipulam. Recta itaq; fides per quā xps
est fundamentum: q̄uis cum damno qm
illa que superedificata sūt exurentur: tā
poterit eos quandoq; ab illius ignis per-
petuitate saluare. Respōdeat eis breuiter
Iacobus apostolus. Si quis dicat se fidē
habere opera autem non habeat: nūquid
poterit fides saluare eum? Et qs est inqūt
de quo dicit apostolus Paulus. Ipse autē
saluus erit sic tamen quasi p ignem? Simul
quis iste sit inquiramus. Hunc tamē non
esse certissimum est: ne duorum aplorum
sententias mictamus in rixam: Si unus
dicit etiam si mala opera quis habuerit
saluabit eum fides per ignem: alius autē
si opera non habeat nunqd poterit fides
saluare eum. Inueniemus ergo qui possit
per ignem saluari: si prius inuenerimus
quid sit habere in fundamento christum.
Quod ut de ipa similitudine quantotius
aduertamus. nihil in edificio preponitur
fundamento. Quisquis itaq; sic habet in
corde christum: ut ei terrena et temporalia;
nec ea que licita sūt atq; concessa pponat:
fundamentum habet christum. Si autem
preponit: & si uideatur habere fidem xi:

non est tamen in eo fundamentum xp̄us.
cui talia preponuntur. Quanto magis si
salutaria precepta contēpnens cōmictat
illicita: etiam non preposuisse christū sed
postposuisse cōuincitur. quē post habuit
imperantem siue concedentem: dum cōtra
eius imperata siue concessa suam per fla-
gitia delegit explere libidinem? Si quis
itaq; christianus diligit meretricem: eiq;
adherens unum corpus efficitur: iam fū-
damentum non habet christum. Si quis
autem diligit uxorem suā: si scd̄m xp̄m:
quis ei dubitet in fundamēto esse xp̄m?
Si uero scd̄m hoc seculum: si carnaliter:
si in morbo cōcupiscentiaꝝ sicut & gētes
quę ignorant deum: etiā hoc scd̄m ueniā
concedit apostolus: imo per apostolum
christus. Potest ergo et iste in fundamē-
to habere christum. Si enim nihil ei talis
affectionis uoluptatisq; preponat: q̄uis
superędificet ligna: fęnum: stipulam: xp̄s
est fundamentum. propter hoc saluꝰ erit
per ignem. Delitias quippe huiusmodi a-
moresq; terrenos: propter coniugalem
quidem copulam nō damnabiles: tribu-
lationis ignis exuret: ad quem pertinent
ignem: & orbitates et quęcūq; calāitates
quę auferunt hęc. Ac per hoc ei qui ędifi-
cauit erit ędificatio ista damnosa: qa nō
habebit quod superędificauit: & eorum
amissione cruciabitur: qbus fruēdo utiq;
lętabatur. Sed per hunc ignem saluꝰ erit
merito fundamenti: quia & si utrum id
an christum habere mallet a persecutore
preponeretur: se malle christum habere
q̄ ista liberrime profiteretur. Vide ī apli
uerbis hominem ędificantem super fun-
damentum hoc: aurum: argentū: lapides
pretiosos. Qui sine uxore est inqt: cogitat
quę sunt dei quomodo placeat deo. Vide
alium ędificantem ligna: fęnum stipulā.
Qui autem matrimonio iūctus ē inquit:
cogitat quę sūt mūdi quō placeat uxori.
Vniuscuiꝰq; opus q̄le sit manifestabitur.

Dies enim domini declarabit. dies utiq;
irę dies tribulationis: qm̄ in igne inquit
reuelabitur. Eandēq; tribulationē ignem
uocat. sicut alibi legit̄. Vasa figuli ꝓbat
fornax: et homines iustos temptatio tri-
bulatiōis. Et uniuscuiusq; opus quale sit
ignis probabit. Si cuius opus ꝑmāserit:
permanet eni; q̄ quisq; cogitat quę sunt
dei quomō placeat deo qd̄ supędificauit:
mercedem accipiet: id est unde cogitauit
hoc sumet. Si cuius autem opus arserit:
damnū patietur. qm̄ quod dilexerat non
habebit. Ipse autem saluus erit quia nl̄la
eum tribulatio ab illius fundamenti sta-
bilitate semouit. Sic tamen quasi ꝑ igne;.
Quod enī sine illiciente amore nō habuit:
sine urente dolore non perdit. Ecce q̄ntu;
mihi uidetur inuentus est ignis: qui nl̄lm
eorum damnet. sed unum ditet: alterum
damnificet: ambos probet. Si aūt ignem
illū loco isto uoluerimus acciper̄: de quo
dn̄s dicit sinistris. Discedite a me male-
dicti in ignem ęternum: ut in eis etiā isti
esse credantur qui ędificant super fūda-
mentum: ligna: fęnum: stipula;: eosq; ex
illo igne post tempus pro malis meritis
impartitū liberet boni meritū fūdamēti:
quid arbitramur dextros quibus dicet̄
uēite benedicti patris mei possidete ꝑatū
uobis regnum: nisi eos q supędificauerūt
super fundamentum: aurum: argentum:
lapides pretiosos? Sed in illu; ignem de
quo dictum est: sic tamen quasi ꝑ ignem:
si hoc mō est intelligēdus: utriq; mictēdi
sūt: & dextri scilicet et sinistri. Illo qppe
igne utriq; probandi sunt de quo dictum
est. dies enim domini declarabit: quia in
igne reuelabitur et uniuscuiusq; opus q̄le
sit: ignis probabit. Si ergo utrunq; ꝓba-
bit ignis: ubi si cuius opus permanserit
id est non fuerit igne consumptum quod
superędificauit: mercedē accipiat. si cuiꝰ
autem opus arserit: damnum patiatur:
profecto nō est ille ipse ęternus ignis. In

illum.n.soli sinistri nouissima et perpetua damnatione mittentur: iste aūt dextros probat. Sed alios eorū sic probat ut ędifitium quod super christum fundamentū ab eis inuenerit esse constructum: nō exurat atq; consumat: alios autem aliter: id est ut quod superędificauerunt ardeat damnūq; inde patiantur: salui fiant aūt quoniam christū in fūdamentū stabiliter positum pręcellenti caritate tenuerūt. Si autē salui fient: profecto et ad dexteraʒ stabunt et cum cęteris audiēt. uenite benedcti patris mei possidete paratū uobis regnum: non ad sinistram ubi illi erūt qui salui non erunt. et ideo audient discedite a me maledicti in ignem ęternum. Nemo quippe ab illo igne saluabitᷣ: quia in supplitiū ęternū ibunt illi omēs: ubi uermis eoꝝ non morietur et ignis nō extinguetᷣ. quo cruciabuntur die ac ac nocte ī sęcula sęculoruʒ. Post istius sane corpis mortē: donec ad illū ueniatur q post rͣsurrectōeʒ corporum futurus est damnatiōis et remunerationis ultimus dies: si hoc tempis interuallo spiritus defunctorum eiusmōi ignem dicunᷣ perpeti: quē nō sentiant illi qui non habuerūt tales mores et amores in huius corporis uita: ut eorum ligna & fęnum et stipula consumatᷣ. alii ū sentiāt qui eiusmodi secum ędifitia portauerunt. siue ibi tantuʒ: siue hic et ibi: siue ideo hic ut non ibi: sęcularia q̄uis a damnatione uenialia cōcremantem ignem transitorię tribulationis inueniant: non redarguo. quia forsitan ueruʒ est. Potest quippe ad istam tribulationem pertinere etiā mors ipsa carnis: quę de peccati primi perpetratōne cōcepta ē. & scd̄m cuiusq; ędifitiū tēpore suo ab unoquoq; suscepta. possūt et persecutiones ęcclesię quibus martires coronati sunt: et quas patiuntur quicūq; christiāi pbāt utraq; ędifitia uelut ignis. & alia consumūt cū ipsis ędificatoribus: si christū in eis non inueniūt fūdamētuʒ: alia sine ipsis si inueniunt: quia licet cum damno salui erunt: ipsi non consumentur propter christi uidelicet meritum in fūdamento repti qui manet in ęternū. Erit enim tribulatō in fine sęcli tpe Antixpi: qualis nunq̄ antea fuit. quia multa erunt tunc ędifitia siue aurea siue fęnea super optimū fundamentum quod est christus Ihesus: ut ignis ille probet utraq;: & de aliis gaudium de aliis inferat damnum. Neutros tamē perdat: ī qbus hęc inueīet propter stabile fūdamētū. Quicūq; autē non dico uxorem cuius etiam cōmixtiōe carnis ad carnalem utitur uoluptatem: sed ipa quę ab huiusmodi delectationib9 aliena sunt nomina pietatis: hūano more carnaliter diligendo: christo anteponit: non eū habet in fundamēto. Et ideo non per ignem saluus erit: sed saluus nō erit. quia esse cum saluatore non poterit: qui de hac re aptissime loquēs ait. Qui amat patrem aut matrem plus q̄ me nō est me dignus: & qui amat filiū aut filiaʒ super me: non est me dignus. Verū qui has necessitudines sic amat carnaliter: ut tamen eas xp̄o dn̄o non pręponat: malitq; ipsis carere q̄ christo: si ad hūc fuerit articulū temptatiōis adduct9: per ignē erit salu9. quia & earū amissione tantum necesse est urat dolor: quātum heserat amor. Porro qui prēm: matrē: filios: filias: scd̄m xp̄m dilexerit: ut ad eius regnū obtinendum eiq; coherendū illis consulat: uel hoc ī eis diligat q' mēbra sunt christi: absit ut ista dilectio repiatur in lignis: fęno: et stipula consumenda. sed prorsus ędifitio aureo: argenteo: gēmeoq; deputabitur. Quomō autem potest eos plus amare q̄ xp̄m: q̄s amat utiq; ppter xp̄m. ¶ Ca. xxvii.

REstat eis rn̄derᷣ: qui dicunt ęterno igne illos tantūmodo arsuros: qui pro peccatis suis dignas facere elēosinas negligunt: propter illud qd̄ ait apostol9 Iacobus: iuditiū autem sine misericordia

illi qui non fecit misericordiaȝ. Qui ergo
fecit inquiūt quis non correxerit ꝑditos
mores: sed nefarie ac nequiter inter ipas
suas elemosinas uixerit: cū misericordia
illi futurū est iuditiū. ut aut nō damnetꝰ
omino: aut post aliqḋ temp9a damnatōe
nouissima liberetꝰ. Nec ob aliud existiant
christū de solo delicto atq; neglectu ele-
mosinaꝝ discretiōem inter dextros et si-
nistros eē factuꝝ: qꝝ alios ī regnū alios
in supplitiuȝ micteret ęternum. Vt autem
quotidiana sibi opinentꝰ quę facere oīno
nō cessant: qualiacūq; et quantacūq; sint:
per elemosinas dimicti posse pc̄ta: orōnē
quam docuit ipē dn̄s: & suffragatricem
sibi adhibere conantꝰ et testem. Sicut eniȝ
nullus est inquiunt dies quo a christiāis
hęc oratio nō dicatur: ita nullum est quo-
tidianum qualecunq; peccatū: quod per
illam non dimictatꝰ: cū dicimus dimicte
nobis debita nostra: si qḋ sequitur facere
curemus: sicut et nos dimictim9 debito-
ribus nostris. Non enim ait dn̄s inquiūt:
si dimiseritis peccata hominib9: dimictet
uobis pater quotidiana parua peccata:
sed dimictet inquit uobis peccata uestra.
Qualiacūq; ergo uel quantacūq; sint: etiā
si quotidie ꝑpetrentꝰ: nec ab eis uita disce-
dat in melius commutata: per elemosinaȝ
uenia non negata: remicti sibi posse prę-
sumunt. Sed bene ꝙ isti dignas pro pc̄tis
elemosinas cōmonērēt eē fatiēdas. Quoniā
si dicerent qualescūq; elemosinas ꝓ pc̄tis
quotidianis & magnis: & quantacunq;
scelerum cōsuetudine misericordiā posse
impetrare diuinam: ut ea quotidiana re-
missio sequęretur: uiderent se rem dicere
absurdam atq; ridiculā. Sic. n. cogerentꝰ
fateri fieri posse: ut opulentissimus homo
.x. denariis diurnis ī elēosinas impēsis:
homicidia & adulteria & nefaria quęq;
facta redimeret. Quod si absurdissimum
et insanissimū est dicere ꝓfecto si quęratꝰ
quę dignę sint elemosinę pro peccatis: de
quibus etiā christi pręcursor ille dicebat:
facite ḡ fructus dignos pęnitentię: pro-
culdubio non inuenientur eas facere: qui
uitam suam usq; ad mortē quotidianoꝝ
criminū perpetratione confodiūt. Primū
quia in auferēdis reb9 alienis lōge plura
diripiūt: ex quibus perexigua paupib9
largiendo xp̄m se ad hoc pascere existi-
mant: ut licentiam malefactorū se ab illo
emisse uł quotidie potius emere credētes:
securi damnabilia tāta commictant. Qui
si pro uno scelere omnia sua distribuerēt
indigentibus mēbris christi: n̄ desisterēt
a talibus factis habendo caritatē quę nō
agit perperam: aliquid eis prodesse non
posset. Qui ergo dignas ꝓ suis peccatis
elemosinas facit: prius eas incipit facerꝰ
a seipso. Indignum est enim ut in se non
fatiat qui facit in proximū: cum audiat
dicentem deum diliges proximum tuuȝ
tanq̄m teipsum. Itemq; audiat. Miserere
animę tuę placens deo. Hanc elemosinaȝ
id est ut deo placeat nō fatiēs animę suę:
quomodo dignas pro peccatis suis facerꝰ
elemosinas est dicendus? Ad hoc eniȝ &
illud scriptū est. Qui sibi malignus ē cui
bonus erit? Orationes quippe adiuuant
elemosinę. Et utiq; intuēdum est quod le-
gimus. Fili peccasti: non adiitias iterum:
et de pręteritis tuis depręcare ut tibi di-
mictantur. Propter hoc ergo elemosinę
fatiēdę sunt: ut cū de pręteritis peccatis
depręcamur exaudiamur: non ut in eis
ꝑseuerātes licētiam malefatiendi nos per
elemosinas compare credamus. Ideo aūt
dn̄s et dextris elemosinas ab eis factas:
& sinistris non factas se imputatuꝝ esse
pręduxit: ut hinc ostenderet q̄ntū ualeāt
elemosinę ad priora delēda: non ad per-
petua impune cōmictēda peccata. Tales
autem elemosinas non dicendi sūt facerꝰ:
qui uitam nolunt a consuetudine sceleruȝ
in melius commutare. Quia & in hoc qḋ
ait: quādo uni ex minimis meis nō fecistis

mihi non fecistis: ostendit eos non facere etiam quando se facere existimant. Si .n. christiāo esurienti panem tanq̄m christo darent: profecto sibi panē iustitię quod ipse christus est non negarent. Quoniam deus non cui detur sed quo animo detur attendit. Qui ergo christū diligit in xp̄iano: hoc animo ei porrigit elemosinā quo accedit ad christum. nō quo uult recedere impunitus a christo. Tanto enim magis quisq; deserit christum: quanto magis diligit quod improbat christus. Nam q̄d cuiq̄ prodest q baptizat̄ si nō iustificat̄? Nonne qui dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non intrabit in regnū dei: ipse etiā dixit nisi abūdauerit iustitia uestra sup scribaꝝ & phariseorū: non intrabitis in regnum cęlorum? Cur illud timendo multi curant baptizari: & hoc non timendo non multi curant iustificari. Sicut ergo non dicit frī suo fatue: qui cum hoc dicit non ipi fraternitati sed peccato eius infensus est: alioquin reus erit gehennę ignis: ita ecōtrario qui porrigit elemosinam christiano: non xp̄iano porrigit qui non in eo diligit christū. nō autem diligit christum qui iustificari recusat a christo. Et quemadmoduz si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto: ut fratri dicat suo fatue: id est non ei⁹ pc̄tm uolens auferre: conuincit̄ iniustitię: paꝝ est illi ad hoc redimendū elēosinas facere: nisi etiam quod ibi sequitur remediū reconciliationis adiungat. Ibi enim seq̄tur. Si ergo offers munus tuum ad altare: & ibi recordat⁹ fueris q̄a frater tuus habet aliquid aduersum te: relinquę ibi munus tuum ad altare et uade prius recōciliari fratri tuo: et tunc ueniens offeres munus tuum: ita parū est elemosinas quātaslibet facere pro quocunq; scelere: et in consuetudine scelerum permanere. Oratio uero quotidiana quam docuit ipse dn̄s: unde & dn̄ica nomiatur: delet q̄dem q̄tidiana

Preter hec aūt mala hui⁹ uite bōis malisq; cōmunia: habēt in ea iusti etiā proprios quosdā labores suos: qbus aduersus uicia militant: et in taliū preliorum temptatōibus periculisq; uersant̄. Aliquando enim concitatius: aliquando remissius: non tn̄ desinit caro cōcupiscer aduersus spiritum: et spiritus aduersus carnem: ut non ea que uolum⁹ faciamus: oēm malam concupiscentiā consumendo: sed eam nobis quātum diuinitus adiuti possumus non ei consentiendo subdam⁹: uigiliis continuis excubantes: ne opinio uerisilis fallat: ne decipiat sermo uersut⁹: ne se tenebre alicuius erroris effundant: ne qd̄ bonum est malū: aut quod malum bonum eē credat̄. Ne ab his que agenda sunt metus reuocet: ne in ea que agenda non sunt cupido precipitet: ne sup iracūdiam sol occidat: ne inimicitie prouocēt ad retributōnem mali ꝑ malo: ne absorbeat inhonesta uel īmoderata tristitia: ne impnendorum beneficiorū ingerat mens ingrata torporē: ne maledicis rumorib⁹ bona cōscientia fatigetur: ne temeraria suspitio nostra decipiat: ne aliena de nob falsa nos frangat: ne regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius: ne membra nostra exhibeantur iniqtatis arma peccato: ne oculus sequatur concupiscentiam: ne uindicādi cupiditas uincat: ne i eo quod male delectat uel uisio uel cogitatio demoretur: ne improbū aut indecens uerbū libēter

audiatur: ne fiat quod non licet etiam si liber: ne in hoc bello laborū periculorūq; plenissimo: uel de uiribus nostris sperēt̄ facienda uictoria: uel uiribus nr̄is nostra facta tribuant̄: sed eius gratię de quo ait apostolus. Gratias autē deo q̄ dat nobis uictoriam p Ih̄m xp̄m dn̄m nr̄m. Qui & alio loco. In his inq̄t om̄ibus supuincim⁹ per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen q̄talibet uirtute preliādi uitiis repugnemus: uł etiā uicta supemus uł subiugem⁹: q̄ndiu sumus in hoc corpore nobis deesse nō posse: unde dicamus deo dimicte nob debita nr̄a. In illo aūt regno ubi semp cū corpibus imortalibus erimus: nec prelia nobis erunt ulla: et debita quę nusq̄m & nunq̄ ēēnt si natura nr̄a sicut recta creata est pmaneret. Ac per hoc etiam iste tunc conflictus in quo periclitamur: et de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari: ad uitę hui⁹ mala ptinet: quā tot tātorūq; testimoīo malorū pbauim⁹ eē damnatam.

Caplm̄. xxiiii.

HVnc iā considerandū ē: hāc ipsam miseriā generis hūani in qua laudatur iustitia punientis: quātalibet & q̄ multis impleuerit bonis eiusdem bonitas cūcta quę creauit administrantis. Primū benedictioēm illā quā protulerat ante pc̄tm dicens. Crescite & multiplicamini et replete terrā: nec post pc̄tm uoluit inhibere: mansitq; in stirpe damnata donata fęcūditas: nec illā uim mirabilem seminū: imo etiā mirabiliorem qua efficiūtur & semina inditam corpib⁹ hūanis et quodāmō intexta: uicium pc̄ti potuit auferre: quo nobis ipacta est etiā necessitas mortis: sed utrūq; simul currit isto quasi fluuio atq; torrēte generis humani malū qđ a parente trahit̄: et bonū quod a creāte tribuit̄. In originali malo duo sūt: pc̄tm atq; supplitiū. In originali bono alia duo: ppagatio & cōformatio. Sed q̄ntum ad presentē ptinet intētionē nr̄am: de malis quorū unū de nr̄a uenit audatia id est peccatū: alterū de iudicio dei id est supplitium: iam satis diximus. Nunc de bonis dei quę ipi quoq; uiciatę damnatęq; naturę cōtulit, siue usq; nūc cōfert: dicere institui. Neq; eni dānando aut totum abstulit qđ dederat: alioquin nec esset oīo: aut remouit a sua potestate etiā cum diabolo penaliter subdidit: cū nec ipm diabolū a suo alienauerit imperio: q̄ndoq̄dē ut ipius quoq; diaboli natura subsistat: ille facit q̄ sūme est: et facit esse quidq̄d aliquo modo ē. Duum igit̄ illorū quę diximus bona: etiam in natura pc̄to uiciata suppliciōq; damnata: de bōitatis eius quodā ueluti fonte manare, ppagationem: in pmis mundi opibus benedcōe largitus est: a q̄bus opibus die septimo requieuit. Confirmatio uero i illo ei⁹ opere est: quousq; nunc opatur. Efficacem q̄ppe potentiam suam si rebus subtrahat: nec pgredi poterūt & suis dimensis motib⁹ pagere tempa: nec prorsus i eo q̄ create sunt aliq̄tenus pmanebunt. Sic ḡ creauit hoīem deus: ut illi adderet fertilitatem q̄ndam qua alios homines propagaret: congenerans eis etiā ipsam propagandi possibilitatem: non necessitatem. Quibus tam uoluit hōibus abstulit eam deus: et steriles fuerūt. Non tamen generi hūano abstulit semel datā pmis duob⁹ cōiugib⁹ bn̄dictōnem generandi. Hęc ḡ, ppagatio quāuis pc̄to ablata non fuerit: non tamē etiam ipsa talis est: qualis fuisset si nemo peccasset. Ex quo eni hō in honore posit⁹: posteaq̄ deliquit compatus est pecorib⁹: similiter generat. Non in eo tamē penitus extincta ē quędam uelut scintilla rōnis: in qua factus est ad imaginem dei. Huic autē propagatōi si conformatio non adhiberetur: nec ipa in sui generis formas modosq; pcederet. Si eniz nō cōcubuissēt hoīes: et nihilomin⁹ deus uellet impleret terras hōibus: quomō creauit unum sine cōmixtiōe maris & femię: sic posset oēs;

concumbentes uero nisi illo creante ge-
nerantes eē non possunt. Sicut ꝗ ait apl's
de institutōne spiritali qua hō ad pietatē
iustitiāq; formaṫ: neq; q plantat est aliqd
neq; q rigat: sed q incremētum dat deus.
Ita etiā hic dici pōt: nec q concūbit nec q
seminat est aliqd: sed q format deus. Nec
mater que conceptum portat & partum
nutrit est aliqd: sȝ q incrementū dat ds.
Ipe nanq; opatione qua nūc usq; opatur:
facit ut numeros suos explicent semina:
et a qbusdam latentib⁹ atq; inuisibilibus
inuolucris i formas uisibiles hui⁹ quod
aspicim⁹ decoris euoluāt. Ipe incorpeam
corpeamq; naturam: illā pręposităistam
subiectam: miris modis copulans & cō-
nectens aīmātem facit. Quod opus eius
tam magnū et mirabile est: ut non solū in
hoīe qđ est aīal rōnale: et ex hoc cunctis
terrenis aīantibus excellentius atq; prę-
stantius: sȝ in q̄libet minutissima muscula
bene cōsideranti stuporē mentis ingerat:
laudemq; pareat creatoris. Ipe itaq; aīę
hūanę mentē dedit: ubi rō et intelligētia
in infante sopita ē quodāmō q̄si nulla sit:
excitāda scilicet atq; exercēda ętatis ac-
cessu: qua fit sciētię capax atq; doctrinę:
et habilis perceptiōi ueritatis & amoris
boni. Qua capacitate hauriat sapientiā:
uirtutibusq; sit prędita: qbus prudēter:
fortiter: temperanter & iuste: aduersus
errorēs & cętera ingenerata uitia dimicet:
eaq; nullius rei desiderio nisi boni illius
sūmi atq; incōmutablis uincat. Quod &
si non faciat ipa taliū bonoꝝ capacitas in
natura rōnali diuinit⁹ instituta: q̄tum sit
boni q̄ mirabile opus oīpotētis qs cōpe-
tenter effatur aut cogitatᷣ. Pręter enim
artes bene uiuendi: et ad imortalem per-
ueniendi fęlicitatem: quę ūtutes uocanṫ:
et sola dī gr̄a quę in x̄ est filiis ꝓmissiōis
regniq; donanṫ: nōne hūano ingenio tot
tantęq; artes sunt inuentę & exercitatę:
ptim necessarię: ptim uoluntarieᷣ. Et tam

excellens uis mentis atq; rationis: in his
etiā rebus quas supfluas imo & piclosas
pniciosasq; appetit: q̄ntū bonū habeat in
natura unde ista potuit uel inuenire: uel
discere: uel exercere: testaṫ. Vestimētoꝝ
et ędifitioꝝ ad q̄ mirabilia q̄stupenda in-
dustria hūana puenerit: q̄ in agricultura:
q̄ in nauigatōe ꝓfecerit: quę i fabricatōe
q̄rūq; uasoꝝ uł etiā statuarū & picturaꝝ
uarietate excogitauerit & ipleuerit: quę
in theatris mirabilia spectantibus: audi-
entib⁹ incredibilia faciēda & exhibenda
molita sit: in capiendis: occidendis: do-
mandis irrōnabilib⁹ aīantib⁹: quę et q̄ta
repperit: aduersus ipos hoīes tot genera
uenēoꝝ: tot armorū: tot machīamētoꝝ:
et pro salute mortali tuēda atq; reparanda
quot medicamēta atq; adiumēta cōprę-
hēderit: pro uoluptate faucīū quot con-
dimenta & gulę incitamēta repperit: ad
indicandas & suadendas cogitatōnes q̄
multitudinē uarietatēq; signoꝝ: ubi prę-
cipuum locum uerba & literę tenent: ad
delectādos aīos quos elocutoīs ornat⁹:
q̄ diuersoꝝ carminū copiā: ad mulcēdas
aures quot organa musica: quos cātilenę
modos excogitauerit: q̄ntam piciam di-
mēsionū atq; nūeroꝝ: meatusq; et ordīes
siderū quanta sagacitate cōprębenderit:
q̄ multa rerū mūdanarū cogitata cognōe
se impleuerit qs possit eloqui: maxime si
uelimus nō aceruatim cūcta cōgerere: sȝ
in singulis imorariᷣ. In ipsis postremo er-
roribus & fłitatib⁹ defendēdis: q̄ magna
claruerint ingenia phoꝝ atq; hereticoꝝ
qs existimaṙ sufficiatᷣ. Loqmur. n. nūc de
natura mētis hūanę: q̄ ista uita mortalis
ornatur: nō de fide atq; itinere ueritatis
qua illa imortalis adqritur. Huius tantę
naturę cōditor cū sit utiq; deus uerus &
sūmus: ipso cūcta quę fecit admīstrante:
et sūmam ptātem sūmāq; hn̄te iustitiam:
nunq̄m ꝓfecto i has miserias decidisset:
atq; ex his pręter eos solos q liberabunṫ

in eternas esset itura: nisi nimis grande
pc̄tm in hoīe p̄mo de q̄ ceteri exorti sunt
precessisset. Iam ũ in ipo corpe q̄uis nob
sit cū beluis mortalitate cōe: multisq; eaꝝ
repiat̄ infirmius: q̄nta dei bonitas: q̄nta
ꝓuidentia tanti creatoris appet? Nonne
ita sunt ī eo loca sensuū & cetera membra
disposita: speciesq; ipa ac figura et statura
totꝰ corpis ita modificata: ut ad ministeri-
um aīe rōnalis se indicet factū? Non .n.
ut aīalia rōnis experti a ꝓna eē uidemus
in terram: ita creatus ē hō: sꝫ erecta ī celū
corpis forma admonet eū que sursū sunt
sapere. Porro mira mobilitas que lingue
ac mãibus attributa est: ad loq̄dum &
scribendū apta atq; cōueniens: et ad opa
artiū plīmaꝝ offitiorūq; cōplenda: nōne
satis oñdit q̄li aīe ut s̄uiret tale sit corpꝰ
adiunctū? Quanq̄ et detractis necessita-
tibus opandi: ita oīm ptium congruentia
numerosa sit & pulcra sibi parilitate rñ-
deat: ut nescias utrū in ea cōdēda maior
sit utilitatis habita ratō q̄ decoris. Certe
enī nihil creatū uidemus in corpe utili-
tatis cā: q̄d non habeat etiā decoris locū.
plus aūt id nobis appareret: si numeros
mēsuraꝝ q̄bus inter se cūcta cōnexa sunt
et coaptata nossemus. quos forsitan data
opa in his que foris eminēt hūana posset
inuestigare solertia. Que ũ tecta sūt atq;
a nr̄is remota cōspectibus: sicut est tanta
ꝯplexitas uenarū atq; neruoꝝ: et uiscerū
secreta uitaliū: inuenire nullus pōt. Quia
& si medicoꝝ diligentia nōnll'a crudelis:
quos anathomicos uocāt laniauit corpa
mortuoꝝ: siue etiā inter manꝰ secantis &
ꝑscrutātis morientiū: atq; ī carnibꝰ hūanis
satis inhūane abdita cūcta rimata est: ut
q̄d & quō et q̄bꝰ locis curandū eēt addis-
ceret: numeros tñ de q̄bus loquor: q̄bus
coaptatio que armonia grece dr̄: tanq̄m
cuiusdā organi extrinsecus atq; itrinsecꝰ
totius corpis constat. Quid dicā? Nemo
ualuit inuēire: q̄s nemo ausus ē querere.

q̄ si noti esse potuissent: interioribꝰ quoq;
uiscerib꞉ que nullū ostētant decus ita de-
lectaret pulcritudo rōnis: ut oīmi forme
appenti que ocl'is placet: ipius mētis que
oculis utit̄ preferret̄ arbitrio. Sunt uero
quedā ita posita ī corpe: ut tm̄mō decorē
hēant nō etiā usū. sicut habet pectꝰ uirile
mamillas: sicut facies barbā: quā non eē
munimēto sꝫ uirili ornamento: indicant
pure facies femiaꝝ: quas utiq; īfirmiores
muniri tutius cōueniret. Si ergo nullum
membrum ē in his q̄dem cōspicuis: unde
ambigit nemo q̄ ita sit alicui operi accō-
modatū: ut non etiā sit decorū: sunt autē
nōnll'a quoꝝ solū decus & nullus ē usus:
puto facile intelligi in conditōe corporis
dig̃tatem necessitati fuisse prelatā. Tran-
situra ē q̄ppe necessitas: tpusq; uentuꝝ q̄ñ
sola inuicem pulcritudīe sine ulla libidīe
ꝑfruamur: q̄d maxīe ad laudem referē-
dum est conditoris: cui dicit̄ in psalmo.
Confessionē & decorē induisti. Iā cetera
pulcritudo & utilitas creature: que hōi
licet in istos labores miseriasq; proiecto
atq; dānato: spectāda atq; sumēda diuīa
largitate cōcessa ē. Quo sermōe termīari
pōt: in celi & terre et maris multimoda
et uaria pulcritudīe: etiā ipius lucis tāta
copia: tamq; mirabli spē in sole ac luna et
sideribus: in opacitatibꝰ nemoꝝ: in colo-
ribus et odoribus floꝝ: in diuersitate ac
multitudīe uolucrū garrulaꝝ atq; picta-
rum: in multiformi specie tot tātarumq;
aīantiū: quoꝝ illa plus hn̄t admiratōnis
que molis minimū: plus enī formiculaꝝ
et apicl'aꝝ opa stupemꝰ: q̄ imensa corpa
balenaꝝ in ipius quoq; maris tā grandi
spectaculo: cū sese diuersis coloribꝰ uelut
uestibus induit: et aliq̄ñ uiride: atq; hoc
multis moīs: aliq̄ñ purpureū: aliq̄ñ ceru-
leum est? Quā porro delcābliter spectat̄
etiā q̄ñcunq; turbatur: & fit inde maior
suauitas: q̄a sic demulcet intuētem: ut nō
iaceat & q̄tiat nauigātem? Quid ciborū

usq; quaq; copia cōtra famem: qd sapo⁊ diuersitas cōtra fastidiū nature diffusa diuitus: nō coco⁊ arte ac labor̄ quesita? Quāta i multis reb⁹ tuende ac recupāde salutis auxilia: q̄ grata uicissitudo diei alternantis et noctis: aurarum q̄ blanda tempies: in fruticib⁹ et pecorib⁹ indumētorum confiuendo⁊ q̄nta materies: oīa cōmemorare qs possit? Hec aūt sola que a me uelut in q̄dam aggerē sunt coartata: si uellem uelut colligata inuolucra soluer̄ atq; discutere: q̄nta m̄ mora eēt in singlis qbus plima cōtinent̄? Et hec oīa misero⁊ sūt dānatorūq; solatia: nō premia btō⁊. Que ḡ illa sunt: si tot ac talia & tanta sūt ista? Quid dabit eis quos predestinauit ad uitā: q hec dedit eis q̄s predestinauit ad mortem? Que bona in illa beata uita faciet eos sumere: pro qbus i hac miseria unigenitū filiū suū uoluit usq; ad mortez mala tanta pferre? Vnde apl's de ipis in illud regnum predestinatis loquēs. Qui ꝓprio inqt filio nō pepcit: s; ꝓ nobis oībus eū tradidit: quō nō etiā cū illo oīa nobis donauit? Cum hec ꝓmissio cōplebit̄: qd erimus: q̄les erim⁹: que bona i illo regno accepturi sumus: qñ qdem x̄ moriente ꝓ nobis tale iā pignus accepimus? Qualis erit sp̄us hoīs nullū oīo habēs uiciū: nec sub quo iaceat: nec cui cedat: nec contra qd̄ saltem laudabiliter dimicet: pacatissia uirtute pfc̄us? Rerū ibi oīm q̄ta q̄ speciosa q̄certa scientia: sine aliq̄ errore ul' labore: ubi dei sapia de ipo suo fonte potabit̄ cū sūma felicitate: sñ ulla difficultate? Quale erit corp⁹ qd̄ oīmō sp̄ui subditum: et eo sufficienter uiuificatum: nullis alimoniis indigebit: non eni aīale sed spiritale erit: habens qdem carnis sed sine ulla carnali corruptōe substātiam? ¶ Caplm .xxv.

VErū de aīmi hoīs qbus post hanc uitā beatissim⁹ pfruet̄: nō a nobis dissentiūt phi nobiles: q de carnis resurrectōne contendūt. Hanc quantū possūt negant: s; credētes multi negantes paucissimos reliquer̄t: et ad xp̄m q hoc qd̄ istis uidet̄ absurdū in sua resurrectōne monstrauit: fideli corde cōuersi sunt docti & indocti: sapiētes mūdi et insipiētes. Hoc eni credidit mūdus: qd̄ predixit deus. q etiā hoc pdixit: ꝙ hāc rem mūdus fuerat crediturus. Neq;.n. Petri maleficiis eā cū laude credentiū tanto añ prenunciare cōpulsus est. Ille est eniz deus: quē sicut iam dixi aliq̄ciens nec cōmemorare me piget: cōfitente Porphirio atq; id oraculis d̄o⁊ suo⁊ ꝓbare cupiente: ipa numina pborrescūt. Quē sic laudauit: ut eum et deum prēm et regem uocaret. Absit enim ut sic intelligēda sint que predixit: quō uolūt hi q hoc cū mūdo nō crediderūt: ꝙ mūdū crediturū esse predixit. Cur eniz nō poti⁹ ita sicut crediturus tanto añ predcūs est mūdus: nō sicut paucissimi garriūt: q cū hoc mūdo ꝙ creditur⁹ predcūs ē credere noluerunt? Si eni ꝓpterea dicūt alio mō eē credenda: ne si dixerint uana eē conscripta: iniuriā faciāt illi deo cui tā magnū phibent testimoniū: tantā ꝓrsus ei ul' etiā grauiorē faciūt iniuriā: si aliter dicūt eē intelligēda: non sicut mūdus ea credidit quē crediturū ipse laudauit: ipe ꝓmisit: ipe compleuit. Cur eni non pōt facere ut resurgat caro & uiuat in eternum? An ꝓpterea credendū non ē id eū esse factu⁊: quia malū est atq; indignū deo? Sed de oīpotentia ei⁹ que tot et tanta facit incredibilia: iā multa dixim⁹: si uolūt inuēire qd̄ oīpotens non pōt: habent. ꝓrsus ego dicam: mentiri non pōt. Credamus ḡ qd̄ pōt: non credendo qd̄ non pōt. Non itaq; credētes ꝙ mētiri possit: credāt eē factu⁊: qd̄ factu⁊ esse ꝓmisit. Et sic credant sicut id credidit mūdus: quē crediturum esse predixit: quē crediturū esse laudauit: q̄ crediturū eē promisit: quē credidisse iam ostendit: hoc aūt malū esse unde demonstrauit. Non erit illic ulla corruptio: qd̄ ē

corporis malum. De ordine elementoruȝ iam disputauimus: de aliis hominē con-iecturis satis diximus. Quāta sit futura in corpe incorruptibili facilitas motus: de presentis ualitudis bone tēpamento: que utiq; nullo modo illi comparanda est immortalitati: ī libro. xiii. satis ut opior ostēdimus. legant supiora operis huius: qui uel non legerunt: uel nolunt recolere quod legerunt.

¶ Capitulm .xxvi.

Sed Porphirius ait inquit: ut btā sit aīa corpus oīne esse fugiēdum. nihil ḡo pdest qa incorruptibile diximus futurum corpus: si aīa beata nō erit nisi corpus oīne effugerit. Sed iam et hinc in libro mēorato quātū oportuit disputaui. uerū hic unū inde tantum cōmemorabo. Emendet libros suos istoꝝ oīm magister Plato: et dicat eoꝝ deos ut beati sint sua corpora fugituros: id est esse morituros: quos in celestib9 corpibus dixit inclusos. Quibus tamē deus a quo facti sunt: quo possent esse securi īmortalitatem id est in eisdem corporibus eternam pmansioēm: non eoꝝ natura id habente sȝ suo consilio preualente pmisit. Vbi etiā illud euertit quod dicunt. quoniā est impossibile ideo resurrectōnem carnis non eē credēdam. Apertissime quippe iuxta eundem phm: ubi diis a se factis pmisit deus nō factus immortalitatē: quod īpossibile est se dixit esse facturū. Sic eni eum locutum narrat Plato. Quoniā estis orti inqt: īmortales esse & dissolubiles non potestis. Non tñ dissoluemini: neq; uos ulla mortis fata piment: nec erunt ualentiora q̄ consilium meū: qđ maius est uinculū ad ppetuitatē uestram: q̄ illa qbus estis colligati. Si non solum absurdi sed surdi non sunt qui hec audiūt: non utiq; dubitant diis factis ab illo deo q eos fecit: scđm Platonem quod est impossibile fuisse pmissum. Qui enim dicit: uos quidem īmortales esse non po-testis: sed mea uolūtate īmortales eritis: qd aliud dicit: q̄ id quod fieri non potest me faciente tamē eritis? Ille igit carnem incorruptibilem: īmortalem: spiritualeȝ: resuscitabit: qui iuxta Platonem id quod impossibile est se esse facturum promisit. Quid adhuc quod promisit deus: qꝑ deo promittenti credidit mūdus: q etiam ipe promissus est crediturus: esse impossibile clamant: q̄ndoqdem nos deū q etiā scđm Platonem facit īpossibilia: id facturū esse clamamus? Non ergo ut beate sint aīme corpus est omne fugiendum: sed corpus incorruptibile recipiēdum. Et in quo cō-uenientius incorruptibili corpe letabunt: q̄ in quo corruptibili gemuerūt? Sic eniȝ non ī eis erit illa dira cupiditas quā po-suit ex Platōe Virgilius ubi ait. Rursus et incipient in corpa uelle reuerti. Sic inq̄ cupiditatem reuertendi ad corpora non habebūt: cū corpora ī que reuerti cupiūt secum habebūt: et sic habebūt ut nunq̄m non habeant: nunq̄m ea prorsus uel ad exiguum quamlibet tempus ulla morte deponant.

¶ Capitulm .xxvii.

Singula quedā dixerūt Plato atq; Porphirius. que si inter se cōicare potuissent: facti essent fortasse christiani. Plato dixit sine corpibus aīas in eternū esse non posse. Ideo eni dixit etiā sapien-tium aīmas post q̄mlibet lōgum tempus tamen ad corpora redituras. Porphirius aūt dixit: aīam purgatissimā cū redierit ad patrem: ad hec mala mūdi nunq̄m eē redituram. Ac p hoc qđ uerū uidit Plato: si dedisset Porphirio: etiā iustorum atq; sapiētium purgatissimas aīas ad hūana corpora redituras. rursus qđ uerū uidit Porphirius: si dedisset Platoni: nunq̄m r̄dituras ad miserias corruptiblis corpis aīmas sanctas: ut nō singuli hec singula: sed ambo ut singuli utrūq; dicerēt: puto qꝑ uiderent esse iam consequens: ut et re-dirent aīme ad corpora: et talia recipent corpora: ī qbus beate atq; immortaliter

uiuerent. Quoniam ſm Platonem etiam aĩme ſancte ad hũana corpora redibũt: ſcd̃m Porphirium ad mala mũdi huius ſancte aĩme nõ redibũt. Dicat itaq; cum Platone Porphirius: redibũt ad corpa. dicat Plato cũ Porphirio: non redibunt ad mala: et ad ea corpa redire cõſennẽt: in qbus nulla paciant̃ mala. Hec itaq; nõ erunt niſi illa que promiſit deus: beatas aĩmas in eternum cum ſua eterna carne facturus. Hoc eni; q̃ntum exiſtimo iam facile nobis cõcederent ambo: ut q fate rẽtur ad immortalia corpora redituras aĩmas eſſe ſanctorum: ad ſua illas redire permicterent: in qbus mala huius ſeculi pertulerunt: in qbus deum ut his malis carerent pie fideliterq; coluerunt.

Nonnulli noſtrũ Cap. xxviii. propter quoddam preclariſſimu; loquendi genus: et propter nõnulla que ueraciter ſenſit: amãtes Platonem dicũt eũ aliqd ſimile nobis etiã de mortuorum reſurrectõe ſenſiſſe. Quod qdem ſic tãgit in libris de rep̃blica Tullius: ut eũ luſiſſe potius q̃ q̄ id uerũ eſſet affirmãdo dicer̃ uoluiſſe. Inducit eni; hoĩem reuixiſſe: et narraſſe quedam que platonicis diſpu tatõnibus congruebant. Labeo etiã duos dicit uno die fuiſſe defũctos: et occurriſſe inuicem in quodam compito. Deinde ad corpora ſua iuſſos fuiſſe remeare: et con ſtituiſſe inter ſe amicos ſe eſſe uicturos: atq; ita eẽ factũ donec poſtea morerent̃. Sed iſti auctores talem reſurrectionem corporis factam fuiſſe narrarũt: quales fuerunt eoꝝ quos reſurrexiſſe nouimus: et huic qdem redditos uite: ſ; non eo mõ ut non morerentur ulterius. Mirabilius autẽ quoddam Marcus Varro ponit in libris quos conſcp̃ſit de gente populi ro mani: cuius putaui uerba ip̃a ponenda. Genethliaci qdam ſcp̃ſerunt ĩngt: eſſe in renaſcẽdis hoĩbus quã appellant palin geneſiam: greci hanc ſcripſerũt confici in annis numero quadringẽtis q̃dragĩnta. ut idem corpus & eadem aĩa que fuerãt cõiuncta in hoĩe aliquãdo: eadem rurſus redeant in cõiunctõem. Iſte Varro qdem ſiue genethliaci illi neſcio q: nõ eni; noĩa eoꝝ prodidit quoꝝ cõmemorauit ſentẽ tiam: aliqd dixerũt quod licet falſum ſit: cũ eni ſemel ad eadem corpa que geſſerũt anime redierunt: nunq̃m ea poſtea ſunt relicture: tamen multa illius ĩpoſſibilitas que contra nos iſti garriunt argumenta cõuellit & deſtruit. Qui eni; hec ſentiunt ſiue ſenſerunt: non eis uiſum eſt fieri non poſſe: ut dilapſa cadauera: in auras: in puluerẽ: in cinerẽ: in humores: in corpa ueſcẽtium beſtiaꝝ: uel ip̃oꝝ quoq; hoĩm: ad id rurſus redeant quod fuerũt. Qua propter Plato et Porphirius: uel potius qcunq; illos diligunt & adhuc uiuunt: ſi nobis conſentiunt: etiã ſanctas aĩmas ad corpa redituras ſicut ait Plato: nec tamẽ ad mala ulla redituras ſicut ait Porphi rius: ut ex his fiat conſequẽs quod fides predicat xp̃iana: talia corpa recepturas in quibus ſine ullo malo ĩ eternũ feliciter uiuant. Aſſumant etiã hoc de Varrone: ut ad eadem corpora redeant in quibus antea fuerũt: et apud eos tota queſtio de carnis in eternũ reſurrectõne ſoluetur.

Nunc iam quid Caplm .xxix. acturi ſint in corpib9 immortalib9 atq; ſp̃ũalib9 ſancti: nõ adhuc eoꝝ carne carnaliter ſed ſp̃ũaliter iã uiuente: q̃ntu; dominus dignatur adiuuare uideamus. Et illa qdem actio uel potius quies atq; ocium: q̃le futurũ ſit ſi uerũ uelim dicere neſcio. Non eni hoc unq̃m p̃ ſenſus corpis uidi. Si autem mente id eſt intelligentia uidiſſe me dicam: q̃ntum eſt aut quid eſt noſtra intelligentia ad illã excellentiam? Ibi eſt eni; pax dei que ſicut dicit apoſto lus ſupat omnẽ ſenſum uel intellectũ. quẽ niſi noſtrum: aut fortaſſe etiã ſanctorum angeloꝝ? Non eni & dei. Si ergo ſancti

in dei pace victuri sũt: ꝑfecto in ea pace victuri sunt: quę supat omnẽ intellectuꝫ. Quoniam ꝙ nostrum qdem supat nõ est dubium. Si aũt supat & angeloꝝ: ut nec ipsos excepisse videatur q ait omnem intellectum: scđm hoc dictum eẽ debemus accipe: qa pacẽ dei qua ipe deus pacat9 ẽ: sicut deus nouit non eã nos sic possumus nosse: nec ulli angeli. Supat itaqꝫ omnem intellectũ: nõ dubium ꝙ pręter suũ. Sed quia & nos pro modo nostro pacis eius participes facti: summam in nobis atqꝫ inter nos & cum ipo pacem: q̃ntum nr̃m sũmum est obtinebimus. Isto modo pro suo modo sciunt eã sancti angeli: homĩes aũt nũc longe infra q̃ntumlibet prouectu mentis excellant. Considerandum ẽ eniꝫ quantus uir dicebat. Ex parte scimus & ex parte ꝓphamus: donec ueniat quod ꝑfectum est. Et videmus nũc per spęculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciem. Sic iam vident sancti angeli: q etiam nostri angeli dicti sunt: quia eruti de potestate tenebrarum: et accepto spiritus pignore translati ad regnũ christi: ad eos anglos iam cępimus ptinere: cũ qbus nobis erit sancta atqꝫ dulcissia de qua iã tot libros scpsimus dei ciuitas ipa cõmunis. Sic sũt ergo angeli nostri q sunt angeli dei: quẽadmodũ christus dei christus est noster. Dei sunt qa deum non reliquęrũt: nostri sunt: qa suos ciues nos habere cęperunt. Dixit autem dominus Ihesus. uidete ne cõtempnatis unum de pusillis istis. dico eniꝫ uobis: qa angeli eoꝝ in cęlis semper vidẽt faciem pr̃is mei: q in cęlis est. Sicut ergo illi vident: ita & nos visuri sumus: sed nondum ita videmus. propter qđ ait apostolus qđ pauloante dixi. Videmus nũc per spęculum ĩ enigmate: tũc autem facie ad faciem. Pręmiũ itaqꝫ fidei nobis visio ista seruatur. De qua & Iohannes apostolus loquens: cum apparuerit inqt similes ei erimus: qm̃ videbim9 eũ sicuti ẽ.

Facies autem dei manifestatio eius intelligenda est: nõ aliquod tale membrorum quale nos habemus in corpore: atqꝫ isto nomĩe nuncupamus. Quapropter cum a me quęritur: qđ acturi sunt sancti in illo corpore spũali: nõ dico quod iam video: sed dico quod credo: scđm illud quod in psalmo lego. Credidi ꝓpter quod locut9 sum. Dico itaqꝫ. visuri sunt deum in ipso corpe. sed utrũ per ipm sicut per corpus nũc videmus: solem: lunã: stellas: mare: ac terrã & quę sunt ĩ ea: non pua quęstio est. Durum est eniꝫ dicere: ꝙ sancti talia corpora tũc habebũt: ut nõ possint oclos claudere atqꝫ apire cum uelint. Durius autẽ ꝙ ibi deum quisqs oculos clauserit non videbit. Si enĩ ꝓpha Heliseus puerũ suum Giezi absens corpore: vidit accipientẽ munera quę dedit ei Naaman syr9: quẽ ꝓpha mẽoratus a leprę deformitate mundauerat: quod seruus nequã dño suo non vidente latenter se fecisse putauerat: quãto magis in illo corpe spũali videbũt sancti om̃ia: non solũ si oculos claudant: uerum etiã unde sunt corpore absentes. Tunc enĩ erit ꝑfectum illud de quo loqꝫs apostolus: ex parte inqt scimus et ex pte prophamus. cum autẽ uenerit qđ ꝑfectũ est: euacuabit̃ quod ex parte ẽ. Deinde ut quomõ posset aliqua similitudĩe ostẽderet: quantũ ab illa quę futura ẽ distet hęc uita: non qualiũcunqꝫ hoĩum: uerum etiã q pręcipua hic sanctitate sũt pręditi: cum eẽm inqt paruulus: quasi paruulus sapiebã: quasi paruulus loquębar: quasi paruulus cogitabam. Cum autem factus sum uir: euacuaui ea quę paruuli erant. Videmus nunc p spęculum in enigmate: tũc aũt facie ad faciem. Nunc scio ex pte: tunc aũt cognoscam sicut & ego cognit9 sum. Si ergo in hac uita: ubi hoĩm mirabilium ꝓphetia ita companda est illi vitę q̃si puuli ad iuuenẽ: vidit tamen Heliseus seruum suũ accipientem munera ubi ipse

non erat: ita ne cum uenerit quod pfectuȝ est: nec iã corp9 corruptibile aggrauabit aĩam: sed incorruptibile nihil impediet: illi sancti ad ea que uidenda sunt: oculis corpeis qbus Heliseus absens ad seruum suũ uidendum nõ indiguit indigebunt. Nam scd̃m interpretes. lxx. ista sunt ad Giezi uerba prophete. Nonne cor meum erat tecũ: quãdo cõuersus est uir de curru in obuiam tibi: et accepisti pecuniã: 7c. Sicut autem ex hebreo interpretatus est presbiter Hieronimus. Nõne cor meum inqt in presenti erat: quãdo reuersus est homo de curru suo ĩ occursũ tuũ. Corde ergo suo se dixit hoc uidisse pphēta: adiuto qdem mirabiliter nll'o dubitãte diuinit9. Sed quãto amplius tũc oẽs munere isto abũdabunt: cũ deus erit oĩa in oĩbus: habebunt tamen etiam illi oculi corporei offitiũ suum: et in loco suo erũt: utetur qȝ ille spũs per spũale corpus. Neqȝ enim & ille pphēta qa nõ eis indiguit ut uideret absentem: non eis usus ẽ ad uidẽda presentia: que tamen spũ uidere posset etiam si illos clauderet: sicut uidit absentia ubi cũ eis ipe non erat. Absit ergo ut dicam9 illos sanctos ĩ illa uita deũ clausis oculis non uisuros: quẽ spũ semper uidebũt. sed utrum uidebunt & per oculos corporis cum eos apertos habebunt: inde questio est: Si enim tantũ potuerunt in corpore spũali eo mõ utiqȝ etiã ipsi oculi spũales: qntum possunt isti quales nũc habemus: proculdubio p eos de9 uideri nõ poterit. longe itaqȝ alterius erũt potentie: si p eos uidebitur incorporea illa natura: que nõ cõtinetur loco: sȝ ubiqȝ tota est. Non eniȝ qa dicimus deũ & in celo esse et in terra: ipe qppe ait per pphētam: celũ & terraȝ ego impleo: aliam ptem dicturi sumus eũ in celo habere: et aliam in terra: sed tot9 in celo est totus ĩ terra: nõ alternis tẽporib9 sed utrunqȝ simul: qd̃ nulla corpalis natura põt. Vis itaqȝ prepollẽtior ocloꝝ erit illoꝝ: non ut acutius uideant q̃ qdaȝ perhibentur uidere serpentes uel aquile: quãtalibet eniȝ acrimonia cernendi eadẽ quoqȝ aĩmalia nihil aliud possunt uidere q̃ corpora: sȝ ut uideant & incorporalia. Et fortasse ista ũtus magna cernẽdi data fuerit ad horam etiã in isto mortali corpe oculis sancti uiri Iob: qñ ait ad deum. In obauditu auris obaudiebam te pus: nũc autem oculus meus uidet te: propterea despexi memetipm & distabui: et existimaui me terrã & cinerem. Quãuis nihil hic prohibeat oculum cordis ĩtelligi: de quibus oculis ait apostolis. Illuminatos oculos habere cordis uestri. Ipsis autem uideri deum cum uidebitur: christianus ambigit nemo: qui fideliter accipit quod ait ille magister deus. Beati mũdo corde quoniã ipsi deum uidebunt. Sed utrum etiã corporalib9 ibi oculis uideatur: hoc in ista questione uersamus. Illud eniȝ qd̃ scriptum est & uidebit omnis caro salutare dei: sine ullius nodo difficultatis sic intelligi potest: ac si dictum fuerit. Et uidebit omnis homo christum dei: q utiqȝ in corpore uisus est & in corpe uidebit: qndo uiuos & mortuos iudicabit. Quod autem ipe sit salutare dei: multa sunt & alia testimoĩa scripturaꝝ. Sed euidẽtius uenerandi illi9 senis Symeonis uerba declarant. Qui cũ infantẽ xp̃m accepissȝ in manus suas: nũc inqt dimictis dñe seruũ tuũ scd̃m uerbũ tuũ in pace: qm̃ uiderũt oculi mei salutare tuum. Illud etiã quod ait supra memoratus Iob: sicut in exemplaribus que ex hebreo sunt inueitur: et in carne mea uidebo deũ: resurrectionẽ qdem carnis sine dubio prophauit. Non tamẽ dixit per carnẽ meam. Quod qdeȝ si dixisset: posset deus christus intelligi q per carnẽ in carne uidebitur. Nunc uero potest & sic accipi. In carne mea uidebo deum saluatorẽ meum. Ac si dixisset. In carne mea ero cum uidebo deum. Et illud

quod ait apostolus: facie ad faciem: non
cogit ut deum per hanc faciem corpalem
ubi sunt oculi corporales: nos uisuros eẽ
credamus: quem spiritu sine intermissiõe
uidebimus. Nisi eniz esset etiã interioris
homĩs facies: nõ diceret idem apostolus.
Nos autẽ reuelata facie gloriam domini
speculantes: in eandem imaginem trans-
formamur: de gloria in gloriam: tanq̃m
a domini spiritu. Nec aliter intelligim9
quod in psalmo canitur. Accedite ad eũ
et illuminamini: et facies uestri non eru-
bescẽt. Fide q̃ppe acceditur ad deũ: quã
cordis esse constat non corporis. Sed q̃a
spiritale corpus nescimus q̃ntos habebit
accessus: de re q̃ppe inexperta loq̃mur:
ubi aliqua quę aliter itelligi nequeat di-
uinarum scripturarum non occurrit: sed
succurrit auctas: necesse est ut contingat
in nobis quod legitur in libro sapientię.
Cogitatiões mortalium timidę et incertę
prouidentię nostrę. Ratiocinatio quippe
illa philosophoꝝ: qua disputãt ita mẽtis
aspectu intelligibilia uideri: et sensu cor-
poris sensibilia id est corporalia: ut nec
intelligibilia per corpus: nec corporalia
per seipam mens ualeat intueri. sꝫ posset
nobis esse certissima. profecto certum eẽt
per oculos corporis etiã spirituales nllo
modo posse uideri deum. Sed istam rati-
ocinationem & uera ratio & prophetica
irridet auctoritas. Quis. n. ita sit auersus
a uero: ut dicere audeat deũ corporalia
ista nescire? Nunq̃d ergo corpus habet:
ꝑ cui9 oculos ea possit addiscere? Deinde
q̃d de propheta Heliseo pauloante dixi-
mus: nõne satis indicat etiã spiritu non ꝑ
corpus posse cerni corporalia? Quando
eniz seruus ille munera accepit: utiq̃ cor-
poraliter gestum est: quod tamẽ propħa
non per corpus sed ꝑ spiritũ uidit. Sicut
ergo constat uideri corpora spiritu: quid
si tanta erit potentia spũalis corporis: ut
corpore uideatur & spiritus? Spiritus

enim est deus. Deinde uitam q̃dem suam
qua nũc uiuit in corpore: et hęc terrena
mẽbra uegetat facitq̃ uiuentia: interiore
sensu quisq̃ non per corporeos oculos
nouit: aliorũ uero uitas cum sint inuisibi-
les per corpus uidet. Nam unde uiuẽtia
discernimus a non uiuentibus corpora:
nisi corpora simul uitasq̃ uideam9: quas
nisi per corpus uidere non possumus?
Vitas autem sine corporibus corporeis
oculis non uidemus. Quamobrem fieri
potest: ualdeq̃ credibile est: sic nos esse
uisuros mundana tunc corpora cęli noui
& terrę nouę: ut deum ubiq̃ pręsentem
et uniuersa etiã corporalia gubernãtem:
per corpora quę gestabimus & quę con-
spiciemus: quaquauersum oculos duxe-
rimus clarissima ꝑspicuitate uideamus:
non sicut nunc inuisibilia dei per ea quę
facta sunt intellecta cõspiciunt̃: ꝑ specu-
lum in enigmate & ex parte: ubi plus in
nobis ualet fides qua credimus q̃ rerum
corꝑalium species q̃ per oculos cernimus
corporales: sed sicut homines inter quos
uiuẽtes mot9q̃ uitales exerẽtes uiuim9:
mox ut aspicimus non credimus uiuere
sed uidemus: cum eorum uitam sine cor-
poribus uidere nequeamus: quam tamẽ
in eis per corpora remota omi ambigui-
tate conspicimus. Ita quacũq̃ spiritualia
illa lumina corporum nostrorum circũ-
feremus: incorporeũ deum oĩa regẽtem
etiã per corpora contuebimur. Aut ergo
sic per illos oculos uidebitur deus: ut a-
liquid habeant in tanta excellentia menti
simile: quo & incorporea natura cernat̃:
quod ullis exemplis siue scpturarũ testi-
moniis diuinarũ uel difficile uel impossi-
bile ẽ ostendere. Aut q̃d est intelligendũ
facilius: ita deus nobis erit notus atq̃
cõspicuus: ut uideatur spiritu a singulis
nobis in singulis nobis: uideat̃ ab altero
in altero: uideatur in seipo: uideatur in
cęlo nouo & in terra noua: atq̃ in omni

quę tunc fuerit creatura: uideatur & per corpora ĩ omni corpore: quocũq; fuerint spiritualis corporis oculi acie peruenięte directi: patebũt etiã cogitatões inuicem nobis. Tunc enĩ; implebit̃ quod apostolus cũ dixisset nolite ante tempus q̃cq̃m iudicare: mox addidit donec ueniat dominus & illuminet absc̃odita tenebrarũ: et manifestet cogitatõnes cordis: et tunc laus erit unicuiq; a deo. Cap. xxx.

QVanta erit illa fęlicitas: ubi nullũ erit malum: nullum latebit bonũ: uacabitur dei laudibus: qui erit omnia in oĩbus? Nam quid aliud agetur: ubi neq; ulla desidia cessabitur: neq; ulla indigentia laborabitur nescio. Admoneor etiam sancto cantico ubi lego uel audio. Beati qui habitant ĩ domo tua domine: in ęcula ęculorum laudabunt te. Oĩa membra & uiscera ĩcorruptibilis corpis: quę nunc uidemus per usus necessitatis uarios et motus distributa: quoniã tunc nõ erit ipa necessitas: sed plena: certa: secura: sempiterna fęlicitas: proficient laudibus dei. Omnes q̃ppe illi de q̃bus iam sum locutus: q̃ nunc latent armonię corporalis numeri: nõ latebunt: intrinsecus & extrinsecus per cũcta corporis dispositi: et cũ cęteris rebus quę ibi magnę atq; mirabiles uidebũtur: rationales mentes in tanti artificis laude rõnabilis pulcritudinis delectatõe succedent. Qui motus illic talium corporum sint futuri: temere definire non audeo: quod excogitare nõ ualeo. tamen et motus & status sicut ipa species decens erit: quicũq; erit ubi quod non decebit non erit. Certe ubi uolet spiritus ibi erit protinus corpus: nec uolet aliquid spiritus quod nec spiritum possit decere: nec corpus. Vera ibi gloria erit: ubi laudantis nec errore q̃sq̃m nec adulatione laudabitur. uerus honor. q̃ nulli negabitur digno: nulli deferet̃ indigno. Sed nec ad eum ambiet ullus indignus: ubi nullus permictetur esse nisi dignus. Vera pax ibi est: ubi nihil aduersi nec a seipo nec ab alio quisq; patietur. pręmiũ uirtutis erit ipe qui uirtutem dedit: eiq; seipsum quo melius & maius nihil possit esse promisit. Quid ẽ enĩ; aliud quod per prophetam dixit. Ero illorũ deus: et ipi mihi erũt plebs: nisi ego ero unde satietur: ego ero quęcũq; ab oĩbus honeste desiderãtur: et uita & salus: et uictus & copia: et gloria & honor: et pax & oĩa bona? Sic enĩ; & illud recte intelligitur quod ait apostolus: ut sit deus omnia in oĩbus. Ipe finis erit desideriorum nostrorum: qui sine fine uidebitur: sine fastidio amabitur: sine fatigatione laudabitur. hoc munus: hic affectus: hic actus profecto erit oĩbus: sicut ipsa uita ęterna cõmunis. Cęterum q̃ futuri sint ꝓ meritis pręmiorum etiam gradus honorum atq; gloriarum: quis est idoneus cogitare? Quãto magis dicere? Quod tamẽ futuri sint non est ambigendum. Atq; id etiam beata illa ciuitas magnum in se bonũ uidebit: quod nulli superiori ullus inferior inuidebit: sicut nũc non inuident archãgelis angeli cęteri. tam nolet eẽ unusq̃sq; quod non accepit: quãuis sit pacatissimo concordię uinculo ei q̃ accepit obstrictus: q̃ nec in corpore uult oculus esse qui est digitus: cum membrum utrũq; cõtineat totius carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donum alius alio minus: ut hoc quoq; donum habeat nec uelit amplius. Nec ideo liberũ arbitrium nõ habebũt: quia peccata eos delectare nõ poterunt. Magis quippe erit liberum a delectatõe peccandi: usq; ad delectatõnem non peccãdi indeclinabilẽ libertatem. Nam primum liberũ arbitrium quod hõi datum est quando primum creatus est rectus: potuit non peccare: sʒ potuit & peccare. hoc autem nouissimum eo potẽtius erit: quo peccare nõ poterit. Verũ hoc quoq;

dei munere: non suę possibilitate naturę.
Aliud est eniꝫ esse deũ: aliud participem
dei. deus natura peccare nõ potest: par-
ticeps uero dei ab illo accipit ut peccare
non possit. Seruãdi autem gradus erant
diuini muneris: ut ꝓmum daret̃ liberuꝫ
arbitrium quo non peccare homo posset:
nouissimum quo peccare non posset. atqꝫ
illud ad comparandum meritum: hoc ad
recipiẽdum pręmium pertineret. Sed qa
peccauit ista natura cum peccare potuit:
largiore gratia liberatur: ut ad eam ꝑdu-
catur libertatẽ in qua peccare non possit.
Sicut enĩ prima immortalitas fuit quam
peccando Adam ꝑdidit: posse non mori:
nouissima erit non posse mori. ita ꝓmum
liberũ arbitrium posse non peccare: no-
uissimum non posse peccare. Sic eniꝫ erit
inamissiblis uoluntas pietatis & ęqtatis:
quomõ & fęlicitatis. Nam uticꝫ peccãdo
nec pietatem nec fęlicitatem tenuimus:
uoluntatem uero fęlicitatis nec perdita
fęlicitate ꝑdidimus. Certe deus ipe nũqd
quia peccare nõ potest: ideo liberum ar-
bitrium habere negandus est. Erit ergo
illius ciuitatis & una in oĩbus et inse-
parabilis in singulis uoluntas libera: ab
oĩ malo liberata: et impleta oĩ bono:
fruens indefinenter ęternorum iocundi-
tate gaudiorum: oblita culparum: oblita
pęnarum: nec tamen ideo suę liberatiõis
oblita: ut liberatori suo sit ingrata. Quã-
tum ergo actinet ad scientiã rationalem:
memor pręteritoꝝ etiã malorum suorũ:
quantum autem ad experientis sensum
prorsus immemor. Nam & peritissimus
medicus sicut arte sciunt̃ omẽs fere mor-
bos corporis nouit: sicut autem corpore
sentiuntur plurimos nescit: quos ipe non
est passus. Vt ergo scientię malorum duę
sunt: una qua potentiã mentis nõ latent:
altera qua experientis sensibus inherẽt:
aliter qppe sciuntur omnia uicia per sa-
pientię doctrinam: aliter per insipientis

pessimam uitam: ita et obliuiones maloꝝ
duę sunt: aliter ea nãqꝫ obliuiscit̃ erudit⁹
& doctus: aliter expertus et passus. Ille
si peritiã negligat: iste si miseria careat.
Scd̃m hãc obliuionem quam posteriore
loco posui: non erunt mẽores sancti pręte-
ritorum malorum. Carebunt eniꝫ om-
nibus malis: ita ut penitus deleantur de
sensibus eorum: ea tamẽ potentia scientię
quę magna in eis erit: nõ solum sua pręte-
rita: sꝫ etiã damnatorũ eos sempiterna
miseria nõ latebit. Alioquin si se miseros
fuisse nescituri sunt: quõ sicut ait psalm⁹
misericordias domini in ęternum canta-
bunt. Quo cantico in gloriam gratię xpi
cuius sanguine liberati sumus: nihil erit
ꝑfecto illi iocundius ciuitati. Ibi ꝑficiet̃:
uacate & uidete quoniã ego sum deus.
Quod erit uere maximum sabbatum nõ
habens uesperam. quod cõmendauit do-
minus in primis operibus mũdi: ubi le-
gitur. Et requieuit deus ĩ die septima: ab
oĩbus operibus suis quę fecit: et bene-
dixit deus diem septimum et sanctifica-
uit eum: quia in eo requieuit ab oĩbus
operibus suis: quę ĩchoauit deus facere.
Dies eniꝫ septimus etiam nosipi erimus:
quando eius fuerimus benedictione &
sanctificatione pleni atqꝫ refecti. Ibi ua-
cantes uidebimus quoniam ipe est deus:
quod nobisipsi esse uoluimus: quando ab
illo cecidim⁹ audiẽtes a seductore: eritis
sicut dii: et recedẽtes a uero deo: quo fa-
ciente dii essemus eius participatõe: non
desertione. Quid enim sine illo fecimus:
nisi q̄ in ira eius defecimus: a quo refecti
& gratia maiore pręfecti: uacabimus in
ęternum uidentes quia ipe est deus: quo
pleni erimus quãdo ipe erit oĩa in om-
nibus. Nam et ipa oꝑa bona nr̃a: quãdo
ipius potius intelliguntur q̃ nostra: tunc
nobis ad hoc sabbatum adipiscendum
imputantur. Quia si nobis ea tribuerim⁹
seruilia erunt: cum de sabbato dicatur.

Omne opus seruile in eo non facietis. Prropter quod & per Ezechielem pphetam dicitur. Et sabbata mea dedi eis: in signū inter me et inter eos: ut scirent qa ego dominꝰ q sanctifico eos. Hoc pfecte tunc sciemus: quādo perfecte uacabimꝰ: et perfecte uidebimus quia ipe est deus. Ipse etiā numerus ętatum ueluti dierum: si scd̄m eos articulos tēporis cōputentur qui ī scripturis uident̄ expressi: iste sabbatismus euidentius apparebit: quoniā septimus inuenitur. Vt prima ętas tanq̄ primꝰ dies sit ab Adam usq; ad diluuiū. Secunda inde usq; ad Abraam: nō ęqualitate tēporum sed numero generationū. denas quippe habere reperiuntur. Hinc iā sicut Matheus euangelista determiat: tres ętates usq; ad christi subsequuntur aduentum: quę singulę denis & q̄ternis generatōibus explicantur. Ab Abraam usq; ad Dauid una. Altera inde usq; ad transmigrationem in babiloniam. Tertia inde usq; ad xp̄i carnalem natiuitatem. Fiunt itaq; omēs quinq;. Sexta nūc agit̄ nullo generationum numero metienda: propter id qd̄ dictum est. Non est uestrū scire tempora quę pater posuit ī sua potestate. Post hanc tanq̄m in die septimo requiescet deus: cum eundem diem septimum qd̄ nos erimus in seipso deo faciet requiescere. De istis porro ętatibus singulis: nunc diligenter longum est disputare. Hęc tamen septima erit sabbatum: cuiꝰ finis non erit uespera: sed dominicus dies uelut octauus ęternus: q christi resurrectōne sacratus est: ęternam non solum spiritus uerum etiā corporis requiem prefigurans. Ibi uacabimꝰ et uidebimus: uidebimus & amabimus: amabimus & laudabimus. Ecce qd̄ erit ī fine sine fine. Nam qs alius ē noster finis: nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis?

Videor mihi debitū ¶ Ca. xxxi. ingentis huius operis adiuuante domino reddidisse. Quibus parum uel q̄bus nimium ē: mihi ignoscant. Quibus aūt satis est: non mihi sed deo mecū gr̄as congratulantes agant. Gloria & honor pr̄i et filio & spiritui sancto: oīpotenti deo in excelsis in secula seculoꝝ Amen.

¶ AVRELII AVGVSTINI doctoris egregii atq; Episcopi ypponensis de ciuitate dei liber uicesimussecundus explicit contra paganos. Sub anno a natiuitate domini. M.CCCC.LXVII. Pontificatꝰ PAVLI Papę secundi anno eius tertio. Tertio regnante Romanoꝝ Impatore FREDERICO. Indictiōe. XV. die uero duodecima mensis Iunii.

DEO GRATIAS. GOD .AL.